5206. D · M · S ‖ M · VRBICIVS ‖ FAVENTINVS ‖ IPOCOBVL-CIE‖ENSIS[1]) ANNOR ‖ XXXXV · P · I · S ·[2]) H ‖ S · E · S · T · T · L — *Carcabuci* regni Cordubensis. *Mem. de la R. Acad. d. l. hist.*, Madrid, t. VI, 1821, p. LXIV.

1) Civitas mihi certe ignota. 2) Pius In Suis; cf. n. 159 et 4697.

5207. *imp · caes · d · hadriani · fil · d · traiani* ‖ *parth* · NEPOTI · *divi* ‖ NERVAE PRON T AELIO HA‖DRIANO · ANTONINO · AVG · PIO · · · ‖ · · · · MIROBRIGENSIVM · · · ‖ · · · LICINIVS · LICINIA-NVS — *Cerca de bel Alcazar y de Capilla.* Codex ant. Ortii Veronensis, p. 130; dedit Borghesius.

5208. NVMINI · DIVORVM · AVGG ‖ C · POBLICIVS · FORTV-NATVS ‖ M · F · NESCAN ·[1]) ARAM ‖ SOLO · PVB · S · P · D · D · D — Nescaniae. Ex eodem codice.

1) NESCAN*iensis*.

5209. C · MOCCONIO · C · F · FAB · VERO ‖ PRAETORI · LE-GATO · PR · PR ‖ PROVINCIAE · ACHAIAE · TR · PL ‖ Q · VR-BANO · III · VIR · CAPIT*ali* ‖ TRIBVNO · LATICLAVIO · L*egionis* ‖ VII · GEMIN · AT CENSVS · ACCIPI*en*‖DOS · CIVITATIVM · XXIII · · · · · ‖ VASCONVM ET VARDVLORVM ‖ VIXIT · ANNIS · XXXVI ‖ EX TESTAMENTO — Rep. in Via Praenestina ad Turrim quam dicunt Sapientiae, nunc in villa Coelimontana marchionis Campana. Kellerm. Vig. 252; vidi ipse.

5210. Mense Ianuario anni 1852 in fundo *Vicarello* ad lacum Sabatinum sito, ubi veterum Aquas Apollinares fuisse iam maxime pro-

babile est, quum fontis salutiferi antiquum instauraretur receptaculum, in ipsa aqua praeter magnam molem aeris rudis quod dicunt, nummosque permultos aeneos, alios quidem fusos aevi antiquissimi, alios cusos ad tempora posteriora liberae rei publicae et imperatorum aetatem pertinentes, vasa nonnulla aerea et argentea reperta sunt, quorum plura Apollini, Nymphis, Silvano dicata erant (cf. nn. 5701. 5767.), tria vero argentea in formam miliarii redacta itineraria a Gadibus Romam usque inscripta exhibent. Quae quum diversis temporibus concepta haud paucis et numeris et mansionum nominibus inter se differant, ita ea hic proponenda esse censui, ut commode inter se comparari possint. Collato autem cum iis itinerario Antonini, id, quod tertio loco proponemus, cum hoc magis ceteris conspirare patet, illud contra, quod primo loco legitur, haud paucas mansiones exhibere, quae in Antoniniano iam non reperiuntur. Itinerarium denique secundo loco prolatum pluribus quidem et numeris et nominibus cum tertio convenit, sed nonnullae mansiones in primo obviae in eo quoque exstant, licet in tertio desiderentur. Quae quum ita sint, facile apparet, antiquissimum certe esse itinerarium primum, novissimum tertium, secundum autem ante tertium et post primum exaratum esse. — Quae varie in singulis leguntur, ita explicanda sunt, ut in commodum peregrinantium mansionum numerum paullatim auctum, viis per planiora directis substructisve rupibusque excisis, locorum distantiam hic breviorem, illic longiorem redditam esse dicamus. Quamquam in itinerario praesertim secundo, quae a priore et posteriore aeque diversa sunt, scalptoris errori tribuenda esse puto. — Mirum, quod summa numerorum omnium in fine inscriptionum proposita eadem in primo et tertio monumento est, quamvis singuli numeri nonnunquam inter se differant. Quos si accurate computaveris, ne in uno quidem monumento cum summa plane conspirare invenies; id quod parum scio, utrum negligentia factum sit eorum, qui numeros inciderunt, an quia, neglectis iis, quae postero tempore in locorum intervallis mutata erant, universam summam in miliariis antiquioribus recte fortasse propositam in his quoque vasis retinuerint. — Inscriptiones ita in vasis distributae sunt, ut quaternis in singulis distinctae columnarum figuris tabulas quaternas singulae efficiant, titulus vero supra scriptus et summarum indicatio singulis versibus per totum vasorum circuitum legantur. Asservantur nunc in Museo Kircheriano Collegii Romani. Edidit nuper P. Iosephus Marchi in libello, cui titulus est: *La stipe tributata alle divinità delle Acque Apollinari* cet. *Roma*, 1852, 4, pp. 32 cum 4 tabulis aeri incisis, in quibus tamen vasorum 2 et 3 binae tantum columnae repraesentatae sunt; id quod propterea dolendum, quia in exemplo typis expresso nonnulla aliter leguntur, atque in tabulis aeri incisis. Equidem, quantum potui, has secutus sum. Itinerarium autem alterum inde ab initio usque ad mansionem SEXTANTIO, tertium a NEMAVSO usque ad finem in iis exhibentur. Ipse in Museo Rhenano denuo edidi, vol. X, 1853, p. 20 seqq.

1. ITINERARIVM A GADES ROMAM		2. AB GADES VSQVE ROMA (sic) ITINERARE		3. ITINERARE . A . GADES . VSQ : ROMA	
ADPORTVM	XXIIII	ADPORTVM	XXIIII	ADPORTVM	XXIIII [1]
HASTAM	XVI	HASTA	XVI	HASTA	XVI
VGIAM	XXVII	VGIA	XXVII	VGIA	XXVII
ORIPPVM	XXIIII	ORIPPO	XXIIII	ORIPPO	XXIIII
HISPALIM	VIIII	HISPALIM (sic)	IX	HISPALIM (sic)	VIIII
CARMONEM	XXII	CARMONE	XXII	CARMONE	XXII
OBVCLAM	XX	OBVCLA	XX	OBVCLA	XX
ASTIGIM	XV	ASTIGI	XV	ASTIGI	XV
ADARAS	XII	ADARAS	XII	ADARAS	XII
CORDVBAM	XXIII	CORDVBA	XXIII	CORDVBA	XXIII
ADX̄	X	ADDECVMO	X	ADX̄	X
EPORAM	XVII	ADLVCOS	XVIII	ADLVCOS	XVIII [1*]
VCIESEM	XVIII	VCIESE	XVIII	VCIESE	XVIII
ADNOVLAS	XIII	ADNOVLAS	XIII	ADNOVLAS	XIII
CASTVLONEM	XIX	ADARAS	XIX	CASTVLONE	XIX
ADMORVM	XXIIII	ADMORVM	XVIIII (sic)	ADMORVM	XXIIII
ĪISOLARIA	XIX	ADSOLARIA	XVIIII	ĪISOLARIA	XIX
MARIANA	XX	MARIANA	XX	MARIANA	XX
MENTESAM	XX	MENTESA	XX	MENTESA	XX
LIBISOSAM	XXIIII	LIBISOSA	XXVIII (sic)	LIBISOSA	XXIIII
PARIETINIS (sic)	XXII	PARIETINIS	XXII	PARIETINIS	XXII
SALTIGIM	XVI	SALTIGI	XVI	SALTIGI	XVI
ADPALEM	XXXII	ADPALEN (sic)	XXXII	ADPALE	XXXII [2]
ADARAS	XXII	ADARAS	XXII	ATTVRRES	XXV [3]
SAETABIM	XXVIII	SAETABI	XXVIII	SAETABI	XXV [4]
SVCRONEM	XVI	SVCRONE	XV (sic)	SVCRONE	XVI [5]
VALENTIAM	XX	VAEENTIA (sic)	XX	VALENTIA	XX
SAGYNTVM	XVI	SAGYNTO	XVI	SAGVNTO	XVI
ADNOVLAS	XXIIII	ADNOVLAS	XXIIII	SEBELACI	XXII [5*]
ILDVM	XXII	ILDVM (sic)	XXII	ILDVM (sic)	XXIIII (sic)
INTIBILIM	XXIIII	INTIBILI	XXIIII	INTILIBI (sic)	XXIIII
DERTOSAM	XXVII	DERTOSA	XXVII	DERTOSA	XXVII
				TRIACAPITA	XVII [6]
SVBSALTVM	XXXVII	SVBSALTV	XXXVII	SVBSALTV	XX
TARRACONEM	XXV	TARRACONE	XXI (sic)	TARRACONE	XXV [7]
PALFVRIANAM	XVI	PALFVRIANA	XVI	PALFVRIANA	XVI [8]
ANTISTIANAM	XIII	ANTISTIANA	XVI (sic)	ANTISTIANA	XIII
ADFINES	XVII	ADFINES	XVII	ADFINES	XVII
ARRAGONEM	XX	ARRAGONE	XX	ARRAGONE	XX [9]
SEMPRONIANA	VIIII	PRAETORIO	XVII	PRAETORIO	XVII
SETERRAS	XXIIII	SITERAS	XV	SAETERRAS	XV
AQVISVOCONTIS	XV	AQVISVOCONĪ	XV	AQVISVOCONIS	XV
GERVNDAM	XII	GERVNDA	XII	GERVNDA	XII
CILNIANAM (sic)	XII	CILNIANA	X (sic)	CINNIANA	XII [10]
IVNCARIAM	XV	IVNCARIA	XV	IVNCARIA	XV
INPYRAENEVM (sic)	XVI	INPYRENEO (sic)	XVI	INPYRENAEO	XVI [11]
RVSCINONEM	XXV	RVSCINNE (sic)	XXV	RVSCINONE	XXV [12]

COMBVSTA (sic)	VI	COMBVSTA	VI	COMBVSTA	VI
NARBONEM	XXXII	NARBONE	XXXII	NARBONE	XXXIIII [13]
BAETERRAS	XVI	BAETERRAS (sic)	XV (sic)	BAETERRA	XVI [14]
CESSERONEM	XIII	CESSERONE	XII (sic)	CESSERONE	XIII [15]
FORVMDOMITI	XVIII	FORODOMITI	XVIII	FORODOMITI	XVIII
SEXTANTIONEM	XV	SEXTANTIO	XV	SEXTANTIONE	XV
AMBRVSSVM	XV	AMBRVSSVM (sic)	XV	AMBRVSSVM (sic)	XV
NEMAVSVM	XV	NEMAVSO	XV	NEMAVSO	XV
VGERNVM	XV	VGERNO	XVI (sic)	VGERNO	XV [16]
ARELATA	VIIII	(omissum)		ARELATA	VIIII
ERNAGINVM	VI	ERNAGINI	VIII (sic)	ERNAGINO	VII (sic) [17]
CLANVM	VIII	GLANVM (sic)	VII (sic)	GLANV*m*	VIII [18]
CABELLIONEM	XII	CABELLIONE	XII	CABELLIONe	XII [19]
(deest)		ADFINES	XII	ADFINES	XII
APTAMIVLIAM	XII	APTAIVLIA	X	APTAIVLIA	X
CATVIACIAM	XII	CATVIACIA	XII	CATVIACIA	XII
ALAVNIVM	XVI	ALAVNIO	XVI	ALAVNIO	XVI
SEGVSTERONEM	XXIIII	SEQVSTERONE (sic)	XXIIII	SEGVSTERONE	XXIIII
ALABONTEM	XVI	ALABONTE	XVI	ALABONTE	XVI
VAPPINCVM	XVIII	VAPPINQVO (sic)	XVIII	VAPPINCO	XVIII
CATVRRIGOMAGVM	XII	CATVRRIGOMAGI	XII	CATVRIGOMAG (sic)	XII [20]
EBVRODVNVM	XVIII (sic)	EBVRODVNO	XVII	EBVRODVNO	XVII
RAMAM	XVII	RAMA	XVII	RAMA	XVII [21]
BRIGANTIVM	XVIII	BRIGANTIO	XVIII	BRIGANTIO	XVIII
		GRVENTIA	VI	SVMMASALPES	VI
DRVANTIVM	XI	COESAO	V	CAESAEONE	V
SEGVSIONEM	XXIIII	SEGVSIO (sic)	XXIII (sic)	SEGVSIONE	XXIIII [22]
OCELVM	XXVII	OCELO	XX (sic)	OCELO	XX [23]
TAVRINIS (sic)	XX	TAVRINIS	XX	TAVRINIS	XX [24]
QVADRATA	XX (sic)	QVADRATIS	XXIIII (sic)	QVADRATA (sic)	XXIII [25]
RIGOMAGVM	XVI	RIGOMAGI	XIII (sic)	RIGOMAGO	XVI [26]
CVTTIAS	XV (sic)	CVTTIAE	XXIIII	CVTTIAE	XXIIII [27]
LAVMELLVM	XIII	LAVMELLVM (sic)	XII (sic)	LAVMELLO	XIII [28]
TICINVM	XXI	TICINVM (sic)	XX (sic)	TICINO	XXI [29]
LAMBRVM	XX	LAMBRVM (sic)	XX	LAMBRVM (sic)	XX
PLACENTIAM	XVI	PLACENTIA	XVI	PLACENTIA	XVI
FLORENTIAM	XV	FLORENTIA	XVI (sic)	FLORENTIA	XV
PARMAM	XXV	PARMA	XXV	PARMA	XXV [30]
LEPIDVMREGIVM	XVIII	REGIOLEPIDI	XVIII	LEPIDOREGIO	XVIII [31]
MVTINAM	XVII	MVTINA	XVII	MVTINA	XVII [32]
BONONIAM	XXV	BONONIA	XXV	BONONIA	XXV
CLATERNVM	X	CLATERNO	X	CLATERNO	X
FORVMCORNELI	XIII	FOROCORNELI	XIII	FOROCORNELI	XIII
FAVENTIAM	X	FAVENTIA	X	FAVENTIA	X
FORVMLIVI	X	FOROLIVI	XIII (sic)	FOROLIVI	X
CESENAM	XIII	CAESANA (sic)	XX (sic)	CAESENA (sic)	XIII [33]
ARIMINVM	XX	ARIMINO	XXIIII (sic)	ARIMINO	XX
PISAVRVM	XXIIII	PISAVRO	XVI (sic)	PISAVRO	XXIIII
FANVMFORTVNAE	VIII	FANOFORTVNAE	IIX	FANOFORTVNAE	VIII
FORVMSEMPRONI	XVI	FOROSEMPRONI	XVIII	FOROSEMPRONI	XVI
ADCALEM	XVIII	CALE (sic)	XIII	ADCALE	XVIII [34]

HESIM	XIII	HAESIM (sic)	XIII	HESIM (sic)	XIIII (sic)
HELVILLVM	X	HELVILIVM (sic)	XV (sic)	HELVILLV (sic)	X 35)
NVCERIAM	XV	NVCERIA	XVIII (sic)	NVCERIA	XV
MEVANIAM	XIX	MEVANIA	XV (sic)	MAEVANIA (sic)	XIX 36)
ADMARTIS	XVI	ADMARTIS	XVII (sic)	ADMARTIS	XVI
NARNIAM	XVIII	NARNIA	XII (sic)	NARNIA	XVIII 37)
OCRICLO (sic)	XII	OCRICVLO	XII	OCRICLO	XII 38)
ADXX	XXIIII	ADVICESVMO	XXIIII	ADXX	XXIIII 39)
ROMAM	XX	ROMA	XX	ROMA	XX 40)
SVM . M . P . IXI ƆCCC XXXX CXƆ		SVMMA MILLIA PASSVS XƆCCCXXXXII		SVM . M . P . X . ƆCCC XXXX . CXƆ	

1) Nota, in itinerario primo loco proposito mansiones casu quarto indicari, in alteris duobus fere semper sexto casu. — Itinerarium Antonini ante primam mansionem aliam quandam exhibet AD PONTEM XII, deinde PORTV GADITANO XIIII. 1a) Mansio *ad X* omittitur in It. Ant.; deinde EPORA XXVIII. Eodem modo paullo post omissa mansione *ad noulas*, CASTVLONE XXXII ibidem legitur. 2) AD PVTEA XXXII, It. Ant. 3) AD TVRRES, ibid. 4) AD STATVAS VIIII, ibid. 5) SVCRONEM XXXII recte, ibid. 5a) SEPELACI XXII, It. Ant. 6) TRAIACAPITA XVII, ibid. 7) Pro mansione SVB SALTV It. Ant. exhibet OLEASTRVM XXIIII, deinde vero TARRACONE XXI, summa XLV, ut in itinerario 3. 8) XVII, ibid. apud Parthey et Pinder e pluribus codicibus; unus tamen rectius XVI. 9) BARCENONE, ibid. 10) Deest GERVNDA, quapropter deinde CINNIANA XXIIII, ibid. 11) SVMMO PYRENAEO XVI, ibid. 12) Ante hanc mansionem It. Ant. habet AD CENTVRIONES V, et post hanc RVSCIONE XX. 13) Post mansionem COMBVSTA It. Ant. AD VICENSIMVM XIIII, NARBONE XX. 14) BETERRIS XII, ibid., apud Pinder et Parthey, sed alio loco recte XVI, p. 339 Wess. 15) XII, ibid. 16) Cf. n. 5230. 17) VII, ibid. 18) XII, ibid. 19) XVI, ibid. 20) CATVRRIGAS XII, ibid. 21) RAMAE XVIII, ibid. 22) Post BRIGANTIONE XVIII sequitur in It. Ant. AD MARTIS XVIII, SEGVSIONE XVI. 23) Pro OCELO in It. Ant. legitur FINES. 24) XVIII. ibid. 25) QVADRATIS XXIII, ibid. 26) XV, ibid. 27) CARBANTIA XII, COTTIAE XII, ibid. 28) LAVMELLVM XII, sed al. XIII. 29) TICINVM XXII, sed al. XXI. 30) Post FLORENTIA It. Ant. habet FIDENTIA X, PARMA XV, TANNETVM VIIII; alii codd. rectius VIII. 31) REGIO X, ibid. 32) XVIII, ibid. 33) CVRVA CAESENA XIII. 34) CALLE VICVS XVIII. 35) Omissa mansione proxima, HELVILLO VICVS XXIII, ibid. 36) XVIII. 37) NARNIAE XVI; alii codd. rectius XVIII. 38) VTRICVLI XII. 39) ROSTRATA VILLA XXI. 40) ROMA XXIIII.

§. 4. GERMANIA. GALLIA (excepta HELVETIA). BRITANNIA.

NN. 171—175, distinguendi *Frisii* et *Frisaeones s. Frisiavones.*

N. 177: nota quoque Getam Caesarem appellatum, quamquam Augustus iam vivo patre fuerat; praeterea cognomen Felicis in Caracalli nominibus desideratur.

N. 178, v. 5. VEREÇVNI *Mém. des Antiqu. de France* XII, p. 35; VE . . CVND Steiner, Inscr. Rhen. 724 et 960; I. Danub. et Rh. II, 1470, qui recte PEREGR v. 3. exhibet.

N. 180, v. 5. Orelli et Steiner I. Rh. 302, I. Dan. et Rhen. I, 586 OSTONI, quia idem cum patrono liberto nomen esse debet. Liberti autem, si uno tantum nomine appellantur, solo cognomine utuntur, et pro cognomine equidem habeo illud OCTONI, si recte ita editor legit. Summopere autem Or. a vero aberrat, quippe qui *Gaium* Ostonium libertum *Titi* dici potuisse credat, oblitus temporibus tantum antiquioribus diversa a patronorum praenomina libertis nonnunquam data esse.

N. 181, v. 5. P . AL . . . . ., i. e. AL*exandrianae*, cuius cognominis scalpro deleti priores tamen litterae adhuc leguntur; Steiner, I. Rh. 131; I. Dan. et Rh. I, 633. — IMM . COS explica *immunis consularis*, i. e. legati consularis, sive pr. pr. Germaniae superioris.

N. 182. De Claudio Aelio Pollione (ita enim recte explicatur) cf. Borghesium Bull. Neap. IV, p. 85 et nostrum n. 6461; BB . FF . COS, *consularis*; cf. C. I. Gr. 4453: βοηθῷ κορνικουλαρίων ὑπατικοῦ.

N. 183, v. 5 init. AEDIS desideratur; DEDIT, Grut. ex Smet.; pro XCCL scr. ✕CCL: Steiner, Cod. I. Dan. et Rh. n. 1000, ex ingenio correxit; v. 6. AED id. AEDEM Grut.; L . MARTIVS . SIMILIS Grut. et St. l. l., quamquam antea SIMILO legerat (I. Rh. 733).

N. 186, spurius, vel certe interpolatus. Bimard, proleg. ad Mur. p. 164 ad C. Serenum refert a Cicerone laudatum (Planc. V, 12); at falso ita pro *Serrano* legitur. Nota praeterea praenomen cum cognomine coniunctum, Galliaeque fines liberae rei publicae temporibus ad has usque regiones prolatos. Quapropter Steinerus, I. Rh. 730, I. Dan. et Rh. II. 1357, ad id temporis spatium refert, quo a Caesare subiecta neque tamen ab Augusto in provincias divisa Gallia erat; at quum priores post Caesarem praesides satis noti sint, anni saltem restant 714—727, quorum altero Octavianus Gallia potitus erat, altero novam provinciarum formam instituit. Accedit, quod Gallia a Caesare devicta nunquam Transalpina, sed Celtica vel Nova dicebatur, id quod sciscitanti mihi Borghesius adnotavit.

N. 190, v. 2: IBIDMQ, *i. e. ibidemque*, Gough, *Camden's Britannia*, III, tab. XVI, 2.

N. 192, v. 1. ALBANIO, i. e. Albanio; v. 2. INDIANAE; v. 3. BARBI; v. 4. AN; STP. Lersch, C. M. I, 37.

N. 198. De hoc titulo explicando alii videant; equidem cum Reinesio potius de Iunone cogitandum esse puto, quam cum Hagenbuchio de geographico quodam nomine.

N. 203. In laterculis militum saepissime patriam loco tribus notatam invenimus.

N. 205, v. 9. PATRONVS; v. 10. PERPETVS (sic). In Museo Vaticano, ubi vidi.

5211. MINERVAE ‖ CVR · LADAE (?) ‖ T · PVNICIVS · GE-‖NIALIS · II · VIR · Co‖LON · MORINO‖RVM · SACERDOS ‖ ROMAE · ET · AVG ‖ OB · HONOREM ‖ F · V · A · M · O · V · L[1]) — Prope Neomagum. Grut. 80, 6; cf. Steiner, I. Rh. 952.

1) FLAMONII? Grut.

5212. . . . . ‖ . . . . ‖ TRIB · MIL · LEG · II ‖ ADIVTRICIS · CENSORI ‖ CIVITATIS · REMOR · FOEDER ‖ PROC · IMP · NERVAE · TRAIAN ‖ CAES · AVG · GERM · DACICI ‖ OPTIMI · PROVINC · ASTVR · ‖ ET · GALLAEC ‖ CONVENTVS · ASTVRVM — Viennae Allobrogum. *Giorn. Arcad.* LVI, 1832.

5213. AVRELIAE THEVDOSIAE ‖ BENIGNISSIMAE ET ‖ INCOMPARABILI FEMINAE ‖ AVRELIVS OPTATVS ‖ CONIVGI INNOCENTISSIMAE ‖ DEPOS · PR · KAL · DEC ‖ NAT · AMBIANA ‖ B · M · F — Romae. Borghesio misit P. Marchi.

5214. TI CLAVDIO ‖ DRVSI · F · CAESAR ‖ AVG · GERMANIC · ‖ PONT · MAX · TRIB · ‖ POTESTAT · III · IMP · III ‖ P · P · COS · DES ‖ VICANI · MAROSA‖LLENSES · PVB · ‖ DEDICATA · VIIII · K ‖ OCTOB · ANNO · C ‖ PASSIENI · CRISPI ‖ II · T · STATILO · TAVRO COs[1]) — *Marsal, dép. de la Meurthe. Revue archéol.* I, p. 492; *Mémoires de l'Institut royal de France t.* XVI, 1846, p. 385.

1) A. 797 = 44; cf. Borghes. Bull. 1846, p. 169. Claudii autem trib. pot. III. annus indicatur 796 = 43, quo per Gallias in Britanniam profectus imperator III. IV. V. dictus est; cf. Eckhel, D. N. VI, p. 240. Monumentum igitur tunc decretum anno insequenti dedicatum est. *Cos.* autem *des* . errore quodam in eo dicitur; fuit enim *cos* . III.

5215. DEO APOLLINI R · P · PAGI · II · M · [1]) ANTESSIODVRI — Auxerre, in patera argentea. Férussac, Bull. 1831, 17, 20.

1) *Res Publica* PAGI *secundi Municipii* cet. ?

5216. NVMINI · AVG ‖ DEO · SILVANO [1]) ‖ FABRI · TIGNVAR ‖ QVI · FORO · SEGVS [2]) ‖ CONSISTVNT ‖ D · S · P · P — *Feurs* in Provincia. Grut. 112, 1.

1) Martin, *religion des Gaulois* II, 190, et *de Wal*, *myth. Sept.* n. CCLX deum *Sylcianum* ex Silvano fecerunt. 2) Foris Secundis, de Wal male; est *Forum Segusiavorum.* Ita autem pro *Segusianorum* scribendum esse his titulis docemur:

5217. P MAGLIO PRISCIAN ‖ SEGVSIAVO ‖ PATRI PAMAE PRISCIAN — In eodem lapide alterum titulum exaratum fuisse subscriptis docemur litteris maioribus LIAE, i. e. *tres. prov. gal*LIAE. Lugduni. Boissieu *Inscr. de Lyon* III, 3, p. 120.

5218. SEX · IVL · LVCANO · IIVIR ‖ CIVITAT · SEGVSIAVOR [1]) ‖ APPARITORES · LIB [2]) ‖ SACERDOTALI — a sinistra: TITTIVS ‖ COCILLVS ‖ ARDA — a dextra: CETTINVS ‖ CASVRINVS ‖ ATTICVS — Rep. 1846, in vico *Marclop* pagi *St. Laurent-la-Conche*, prope *Feurs* (Forum Segusiavorum). *Mém. des Antiquaires de France* XVIII, p. 262; *Revue de philologie* 1847, p. 194.

1) Ita omnibus quoque Caesaris, Plinii, Strabonis, Ptolemaei locis scribendum esse ostendit Bernard, *Mém. des Ant.* l. l. p. 341; cf. Nipperdey, Caes. addend. ad p. 261, 18. Unde corrigenda, quae de ala Gallorum Sebosiana nuper proposui (*Jahrbücher d. V. v. Alterthumsfr. im Rheinlande* 1848). pro Segusianis *Sebusianos* populum dicendum esse ratus; suo enim iure Nipperdeius a Seboso quodam praefecto alam appellatam esse affirmat. 2) *Apparitores liberti*, quorum nomina in lapide recensentur.

5219. D M ‖ AEMILIO ‖ MORVINNICO ‖ AEDVO — Romae. *Giorn. Arcad.* XXVIII, 1825, p. 345.

5220. DD NN ‖ IMP M IVL PHILIP‖PO PIO FELIC AVG ‖ ET M IVL PHILIP‖PO NOBILISS ‖ CAES CIVIT VEL [1]) ‖ M P III — *St. Paulien*, *Haute-Loire*. *Mém. des antiquaires de France* IV, p. 87; Férussac, Bull. 1829, II, p. 49. Alterum exemplum plane simile prope *Sansac* repertum pro *vel* exhibet VELA; pro *m p iii* M P VI; tertium Severo Alexandro dicatum VELL et M P XII.

1) VEL*lavorum*; cf. Caes. B. G. VII, 75, ubi Nipperdeius quoque *Vellavios* in textum recepit, et Str. IV, 2, p. 190.

5221. ETRVSCILLAE ‖ AVG · CONIVGI ‖ AVG · N̄ [1]) ‖ CIVITAS VELLAVOR ‖ LIBERA [2]) — *Haut-Solier*, *Haute-Loire*. Op. cit. IV, p. 528.

1) Sc. Traiani Decii. 2) Antea Arvernis addicta (Caes. B. G. VII, 75) iam Strabonis aetate libera fuit; Str. IV, 2, 190.

5222. CATIAE · T · FIL · SERVATAE · FLAM ‖ IVL · AVG · VAS · VOC · [1]) Q · SECVNDIO ‖ ZMARAGDO IIIIIIVIR AVG · MARITO ‖ EIVS · T · CATIVS SEVERVS FRATER ET · H · F · C ‖ EX TESTAMENTO — Vasione. Breton, *ville de Vaison* p. 26. *Mém. des Antiquaires de France* XVI, p. 134.

1) FLAM*inicae* IVL*iae* AVG*ustae* VAS*ione* VOC*ontiorum*. — *Vasienses*, cf. Mur. 1091, 2, et nostrum n. 6943.

5223. D · M ‖ CAECILIAE · D · F · APRVLLAE · FLAM ‖ DESIGNATAE · COL · DEA · AVG · VOC ‖ Θ ANNOS · XLIII · M · II · D · V ‖ MARITVS · VXORI · PIISSIMAE · PO‖SVIT — *Die* (Deae Augustae). *Mém. présentés à l'Acad. d. b. l.* II, p. 377; Grut. 323, 2 Arelati tribuit.

5224. C · VERATI TRO‖PHIMI IIIIIVIR ‖ AVG · CORPORAT‖DEA · AVG · VOCON‖TIOR · CVRATO · · · — Nemausi in Museo publico. *Mém. présentés* cet. II, p. 404.

5225. VALERIVS · GAL ‖ VOLTVTVS · LV‖CO · [1]) MILES · COH‖ORTIS · I · CLASS‖ICAE · AN · XXII ‖ DIE*r.* VIIII · H · S · E — Excisi Nitiobrigum (*Eysse*). *Mém. de la société des antiquaires de France*, II, p. 379.

1) Luco Augusti Vocontiorum; cf. Plin. N. H. III, 4, 5 de civitatibus Vocontiorum.

5226. L · MARIVS · L · F · PV‖PINEA · BAETERRIS ‖ MILES · LEG · XXI · STI‖PENDIORVM ‖ XVI · ANNO · XXXX ‖ HIC · SIT · EST · FRATE‖R · FACIENDVM ‖ CVRAVIT — Mogontiaci. *Jahrbb. d. V. v. Alterthsfr. im Rheinl.* II, p. 103, 68; Steiner, Inscr. Dan. et Rh. n. 284.

5227. IMP · CAES ‖ C · M · [1]) MESSIO QVIN‖TO TRAIANO DEC‖IO · PIO · FEL · INVIC‖TO AVG · P · M · TRIB ‖ POT · III · COS · II[2]) ‖ P · P ‖ CIVIT · VINT[3]) — Vintii Nerusiorum (*Vence*). *Mém. des antiquaires de France* XX, p. 71.

1) Scalpri vel descriptoris errori littera M debetur. 2) Corr. aut TRIB . POT . II, aut COS . III; cf. Eckhel, D. N. VII, p. 342. 3) VINT*iensium*; cf. n. 2066 et Murat. 1094, 6; porro:

5228. P · CORNELIO ‖ LICINIO · VALE‖RIANO · NOBILIS‖SIMO CAES ‖ PRINCIPI IVVEN‖TVTIS ‖ NEPOTI ET FILIO ‖ DD NN VALERIA‖NI ET GALL*i*ENI[1]) ‖ AVGG · ORDO ‖ VINTIENSIVM — ibd. Millin, *Voyage* III, p. 6.

1) Cf. 5335 et ad 5546.

5229. NVMINI ‖ AVGVSTO ‖ FORO CLAVD ‖ P · R ‖ MALLIO‖PROC · AVG — *Aixme*, ad *Iseram* fluvium. Bertolotti, *viaggio* I, 38, 2.

5230. ANDVSI ‖ BRVGETIA ‖ TEDVSIA ‖ VATRVTE ‖ VGERNI ‖ SEXTANT ‖ BRIGINN ‖ STATVMAE ‖ VIRINN ‖ VGETIAE[1]) ‖ SEGVSION[2]) — Columna parva rep. Andusiae; nunc asservatur in aede Nemausensi, quae *Maison carrée* appellari solet. Ménard, *hist. de Nismes* I, p. 22. Mihi ded. Oriolius, qui exscripsit. Cf. Mérimée, *voyage dans le midi de la France*, p. 385; de la Saussaye, *numism. de la Gaule Narbonnaise* (*Blois et Paris*, 1842), p. 178, qui vv. 5. et 10. litteris maioribus scriptos et eorum initio puncta exstare docet; Walckenaer, *géogr. de l'ancienne Gaule*, II, p. 185; d'Anville, *notice de la Gaule*, p. 602, 681.

1) Ita Orioli; alii VCETIAE. 2) Ita recte Or.; alii SEGVSTON.

5231. C · AVRELIVS ‖ PARTHENIVS ‖ ORNAMENTIS · DEC ‖ HONORATVS · COL · AVG ‖ NEMAVSI · IIIIII · AVG ‖ COL · COPIA · CLAVD · AVG · LVGVD ‖ ITEM · NARBONE · MARTIO · ‖ ET FIR · IVL · SECVND · ARAVSIONE [1]) ‖ ET · FORO · IVLII · PACATO [2]) ‖ VBIQVE · GRATVITIS · HONORIBVS — Ibd. Bull. Inst. Arch. 1848, p. 21.

1) *Arausio Secundanorum* (Plin. N. H. III, 4, 5) primum hoc titulo *colonia Firma Iulia* cognominatur. 2) Novum hoc nomen coloniae *Pacensis* vel *classicae*; Plin. l. l.

5232. P · VINICIVS · P · F · PA‖PIR · SECVNDVS · AEDIL · IIVR ‖ QVAESTOR · CoLoN · IVLIA · PA‖TERNA · CLAVD · NARB · MART [1]) ‖ D · S · P — Narbone. Taillefer, *antiquités de Vesone* t. I, p. 414.

1) Nomen coloniae hoc titulo primum, quod sciam, integrum apparet; unde littera C *Claudium*, non *Constantem* significari constat; cf. 4241. Nomen autem Claudiae a Claudio imperatore coloniae inditum esse ea re confirmatur, quod ante aetatem eius *Iulia* dicitur *Paterna*; deducta enim a Caesare dictatore erat; cf. Sueton. Tib. 4.

5233. M · LVCTERIO ‖ LVCTERII · SENE‖CIANI · F · LEONI ‖ OMNIBVS · HON‖NORIBVS · (sic) IN · PA‖TRIA · FVNCTO ‖ SACERDOS · ARAE ‖ AVG · INTER · CON‖FLVENT · ARAR ‖ ET · RHODANI [1]) ‖ CIVITAS · CAD [2]) ‖ OB · MERIT · EIVS ‖ PVB · POSVIT — *Lot. Revue Archéol.* III, p. 251. *Cahors* (Cadurcis). *Férussac, Bull.* 1831, 18, p. 184, in cuius editione tribus versibus prioribus ultimae litterae desunt, et pro *honnoribus* HONORIBVS legitur.

1) Cf. n. 660 et 4018. 2) CAD*urcorum*.

5234. ADBOGIVS · COI‖NAGI · F · NA · PETR‖VCORIVS · EQ · AL · RVSONIS · AN ‖ XXIX · STI · X ‖ HIC · SITVS · EST ‖ EX · TESTAMEN‖TO · LIBERTVS ‖ FECIT — Mogontiaci. Steiner, I. Rh. 440; I. Dan. et Rh. I, 342.

5235. IVLIVS · ACCEPTVS ‖ GENIO · AMBISSOV ‖ CVM · BONA — *Aiguillon entre Agen et Bordeaux. Revue archéol.* V, p. 659.

5236. col. I. . . . . L XI [1]) ‖ *rigo*MAGVS L VIIII ‖ *antu*NNACVM L VIII ‖ *confl*VENTES L VIII ‖ *ba*VDOBRICA [2]) L · VIII ‖ *vo*SOLVIA L · VIII ‖ *bi*NGIVM L VIII ‖ *mo*GONTIAC L XII ‖ *bauc*ONICA L · VIIII ‖ *borb*ITOMAG L · XI — col. II. . . . . L XV ‖ *novi*OMAG L XV ‖ DVROCORIER L XII ‖ AD FINES L XII ‖ AVG · SVESSIONVM ‖ L XII ‖ ISARA L XVI ‖ ROVDIVM L VIIII ‖ SEEVIAE L VIII ‖ SAMARABRIVA . . . . — col. III. ITEM ‖ A CAS‖TELLO *ad* ‖ FINES ATREBATVM ‖ L · XIIII ‖ NEMETAC · L · · · ‖ ITEM ‖ AD · · · — Aduatucae Tungrorum (*Tongres*). Columna octogona, cuius tria tantum latera conservata sunt. *Bulletin de l'Académie de Bruxelles* 1838, IV, p. 174, tab.; Bull. Inst. Arch. 1838, p. 51.

1) *Leugae*. 2) In figura delineata in Bull. de l'Acad. de Bruxelles VDOBRICA legitur, quam nominis formam quum plane cum Itinerario Antonini (p. 254 et 374 ed. Wess.; p. 117 et 178 ed. Parthey et Pinder) conspirare et Notitia quoque Dignitt. (Occ.

c. 39) confirmari vidissem, in textum admittere non dubitavi. Contra v. cl. Roulez (Bull. Inst. l. l.) bonDOBRICA scripsit.

5237. I · O · M ‖ VICVS ‖ VOCLANNI — In via quae Treveris Leotium ducit. Lersch, C. M. III, 4; cf. III, 5: I · O · O ‖ ET · VICO · VOCLA cet.; III, 6: *i* · *h* · D · D · I · O · M ‖ *et vico vocl*ANNIONVM cet.

5238. IN · H · D · D · DEA*e* ‖ EPONE · VICA*n*‖I · BELG · [1]) P · CV‖RANTE · G · VEL‖ORIO · SACRIL‖LIO · Q[2]) — Ad turrim *Stumpfe Thurm* in via Bingio Treviros ducente. *Rhein. Jahrbb.* III, p. 47.

1) BELG*inates*; cf. Forbiger, Geogr. III, p. 246. 2) *Posuerunt* — *Quaestore*.

5239. DEAE · EPONAE ‖ ET · GENIO · LEVC [1]) ‖ TIB · IVSTI-NIVS ‖ TITIANVS ‖ LEG · XXII ‖ ANTONINIANAE ‖ EX VOTO — Inter rudera Nasii. *Rhein. Jahrb.* III, p. 50 ex *Revue d'Austrasie*, 4me *série*, t. I, n. 4, *Metz* 1843.

1) LEVC*orum*; cf. Forbiger l. l. p. 239, et Mur. 1079, 1.

5240. · · · · · · · ‖ ET · GENIO · IVENT‖VTIS · VOBERG‖ENS · [1]) T · GENEALINIVS ‖ CRESCENS · V · S · L ‖ L · M · ANVLLINO ‖ II · ET · FRONTONE [2]) — Mogontiaci. *Rhein. Jahrb.* II, p. 100, n. 58; *Ztschr. d. AV. zu Mainz* I, 1, p. 58, 3; Steiner, Inscr. Dan. et Rh. I, n. 298.

1) Nomen Germanicum. 2) A. 199.

5241. *i* · *h* · D · D · I · O · M · ET · *iun* · *reg* ‖ MELONI · CARAN-TVS ‖ *et* IVCVNDVS · DE · SVO ‖ *d* · D · VICO · NOVO · ME‖LO-NIOR · CETHEGO · ET · CLARO ‖ COS [1]) — Castelli rep., nunc in Museo Wiesbadensi. Steiner, I. Rh. 363; I. Dan. et Rh. I, 261.

1) A. 170.

5242. IVN · REG ‖ PLAT · DEX ‖ EVNT · NID [1]) ‖ T · VETER · A‖TESSAS · ET ‖ S · MASC · CO‖NCESSVS ‖ D · [2]) FECER — In basi imaginis aeneae Iunonis, rep. Castelli a. 1820, nunc in Museo Wiesbadensi. Steiner, I. Rh. 348; I. Dan. et Rh. I, 230.

1) PLAT*ea* DEX*tra* EVNTI NID*am*, St. Una cum hac basi altera reperta est nunc in Museo Mogontiacensi asservata I . O . M dicata, in qua legitur: PLAT . DEXT . EuN N(*idam*). Notat St. viam Romanam per Castellum ad Nidam flumen duxisse, cuius nomen hic primum legi affirmat, eiusque adhuc superesse vestigia.

5243. I · O · M ‖ IVNONI · RE‖GINAE · VAL · QVILI‖IVVS · [1]) PATERN‖VS · D · C · MATTI [2]) ‖ EX · VOTO · POSI ‖ L · L · M · DEDICATA ‖ X · K · OCT · TER · ET · BIS ‖ COS [3]) — Castelli. Steiner, I. Rh. 367; I. Dan. et Rh. I, 266; Bull. Inst. Arch. 1834, p. 71.

1) *a*QVILINVS Borgh. Bull. l. l., ubi pro VAL VL*pius* legitur. 2) *Decurio Civitatis* MATTI*acorum*; ibd.; cf. n. 4983. 3) cos. sunt Philippi Augusti, a. 1001 = 248.

° 5244. MA*t*RI · MELIAE · E · · · · · · ‖ PRO · FELICITA‖TE · PVBLICA ‖ CIVITATIS ‖ MATII ‖ *c*IVES · VVSINO‖BATES [1]) — Castelli; imago matris deae cum cane. Müller, *Annal. des Nass. A. V.* II, 2 p. 110; Steiner, I. Rh. 362; I. Dan. et Rh. I, 232.

1) Editores de civitate *Wiesbaden* hariolantur, vel de *Buccinobantibus*, Alamannorum gente (Amm. Marc. XXIX, 1, 4; Notit. ad Or. c. V). Equidem titulum

hic referendum censui, ut insigne exemplum lectoribus praeberem fraudis nostra etiam aetate inter nostrales commissae. Spuriam autem inscriptionem esse nuper demonstravit Kleinius, Rhein. Jahrbb. XVII, p. 206.

5245. IMP · CAESaRi ‖ VAL · LICINIO (sic) ‖ ΛCINIO · [1]) PIIO ‖ f · iNV · AVG ‖ C · N [2]) ‖ L · II — Miliarium rep. in vico *Altripp* prope Nemetes. *Jahrb. f. d. Pfalz* 1842, p. 20; Steiner, I. Dan. et Rh. I, 738; Rhein. Jahrb. II, p. 121.

1) Corr. LICINIANO, LICINIO. 2) *Civitas Nemetum.* In aliis cippis ibidem effossis C. NE (Steiner l. l. 745) et C NEM . . . . (l. l. 746).

5246. IMP · CAES · PVBLIO · LICINIO ‖ VALERIANO · PIO · FELICI · INVICTO ‖ AVGVSTO · CIV ‖ TRIBOCORVM ‖ · · · · · — Brocomagi (*Brumat*) in Alsatia. Schöpflin, Alsatia I, 330; Steiner, I. Rh. 134; I. Dan. et Rh. I, 832.

5247. IN · H · D · D ‖ DEAe VIcTORIAE ‖ PRO · SAL ‖ VICANOrum ‖ CETTVRIG — Rep. *Horburgi* in Alsatia, nunc Argentorati. Steiner, I. Dan. et Rh. I, 828.

5248. IN HONOREM ‖ DOMVS DIVINE ‖ EX DECRETO ORDINIS ‖ SALTVS [1]) SVMELOCENNENSIS [2]) CVRAM AGENTIB ‖ IVL · DEXTRO ET C TVRRAN ‖ MARCIANO IIVIRIS CI · · — Prope Rottenburg. Rhein. Jahrb. 1851, p. 134: emendatius Mommsen Anal. 18 (Ber. der sächs. Ges. der Wiss. 1852 pag. 201).

1) Sic ad ectypon sibi missum edidit Mommsen. Cf. n. 5313. 2) Civis Sumelocennesis (Sumlocennensis *Rein.*) est apud Reines. VIII, 55 = Mur. 870, 2; plerosque titulos, quibus coloniae Sumlocennae et Solicinii mentio fit (apud Steinerum, I. Dan. et Rh. I., 117 sqq.), caveas pro sinceris habeas; cf. Mommsen, *Anall.* 18 (*Ber. d. S. Ges. d. W.* 1852).

5249. I · O · M ‖ CONFANESSES · ARMISSES · [1]) V · S · L · ‖ L · M — Rep. in loco *Metzingen* Würtembergii, nunc Stuttgarti. Stälin, *Würt. Gesch.* I, p. 41, n. 91; Steiner, I. Rh. 12; I. Dan. et Rh. I, 153.

1) Nomen civitatis vel pagi cuiusdam in valle *Ermsthal*; Steiner l. l. — Idem nomen in fragmento legitur edito a Stälino, l. l. n. 92; Steiner 13 et 154.

5250. IMP · CAES · HADRIANI · AVG · MET · LVT [1]), et: L · ARVCONI VERECVNDI METAL LVTVD [1]) — In massis plumbeis prope *Mattock* agri Derbiensis repertis. *Archaeologia* V, p. 369; VII, p. 170; Newton, Excerpta ex inscriptt. de Britannia n. 144.

1) *Lutudarum* (Chesterfield ?); Newton l. l.

5251. · · · LEG · Aug ‖ Q · CALPVRNIVS ‖ CONCESSINIVS · PRAEF · EQ ‖ CAESA · CORIONOTOTARVM · [1]) MANV PRAESENTISSIMI ‖ NVMINIS DEI V S — Hexham, Northumberland. Horsley, t. CVIII; Gough, *Additions to Camden* III, 34, 8; Newton, op. cit. n. 68.

1) Ignotus, ut videtur, Britannorum populus.

5252. IMP CAES ‖ DIVI TRAIAN PARTH F DIVi *nervae* NEP ‖ TRAIAN HADRIAN · *aug* . *p* · *m* · *tri*B ‖ POT · IV · COS · III · A RATIS [1]) · · · · H — Cippus mil. rep. prope *Leicester*. Nichols, *Lei-*

cestershire I, p. CLIV, V, pl. VI, III; *Archaeol.* VII, p. 84; Newton, op. cit. n. 8a.

1) *Ratae* hodie *Leicester*.

5253. T · FLAVIVS ‖ CRENSCES (sic) ‖ EQV · ALE ‖ TAMVE‖ X · BRIT · 1) AN · XXX · STIP · XV · ‖ DOM. DVROCORREM 2) ‖ H · S · E · FLAVIVS · SILVAN‖VS · DEC · A · · · FVS · D ‖ H · F · F — Carnunti (*S. Petronell*). Alterth. d. Oesterr. Monarchie (Wiener Jahrbb. 1829 sqq.) n. 388; Bull. Inst. Arch. 1833, p. 48.

1) ALE TAM*i* . . . VEX*illationis* BRIT*annicae*; Borghesius, Bull. l. l. Contra Cardinalius ALE TAM*pianae* (Dipl. p. 144, n. 279) exemplo nisus tabulae honestae missionis (n. XI), in qua *ala Pannoniorum Tampiana* legitur. Eum ego quoque secutus sum, quum in Annalibus Rhenanis 1848 duas tabb. honestae missionis explicarem; sed parum intelligo, quo modo cum ala Pannoniorum vexillatio Britannica coniungi possit. Quapropter fortasse intelligendum: VEX*illarius* (natione) *Britannus*. 2) Ignota videtur esse Britanniae civitas.

5254. IMP CAES · L · SEPTIMIO · *severo* ‖ PIO PERTINACI AVGV*sto et* ‖ IMP · CAESARI · M · AVRELIO · A*ntonino* ‖ PIO FELICI AVGVSTO *et* ‖ *p · sept · getae no*‖*bilissimo caesari* ‖ *et iuliae aug matr augg. et kastr* ‖ BRACCHIO 1) CAEMENTICIVM *murum* ‖ *coh* VI NERVIORVM SVB CVRA L. A*lfeni* SENECION 2) AMPLISSIMI *viri instituit* ‖ OPERI L · VISPIVS PRAE · · ‖ · LEGIO · · 3) — *Brough, Yorkshire*. Horsley p. 313. Newton, op. cit. n. 98. Ipse restitui.

1) Hodie Brough? 2) *Leg. pr. pr. prov. Britanniae*. 3) Ne restituas PRAE*fectus* LEGIO*nis*. Quo enim tempore titulus exaratus est, cognomen Vispio deesse nequit. Ad verba *instituit operi*, cf. n. 4998.

5255. IMP · VESP · V · · · IMP · III · COS ‖ DE CEANGI 1) — In massa plumbea rep. prope *Great Boughton* in agro Cestrensi. Newton, Excerpta ex inscriptionibus de Britannia n. 135.

1) Nomen esse videtur loci cuiusdam.

§. 5. HELVETIA.

Titulos Helveticos, patriae quodam amore ductus (praef. p. 12), omnes in collectionem suam admisit Orellius. Quorum quum paucos tantum ad rationem operis pertinere videam, plerosque autem male exscriptos correctione quam maxime egere pateat, curam eorum Helvetiis relinquendam esse censeo, quibus ipsa monumenta inspicere licet, praesertim quum novam iam et accuratam editionem parari a Mommsenio sciamus. Omissis igitur paucis illis, quae ad corrigendas inscriptiones Helvetiae ex libris collecta habeo, unum hunc titulum nuper a Mommsenio in Ephemeridibus Genevensibus (*Journal de Genève*, 31. Dec. 1853) restitutum referre liceat:

5256. E CA VICTORI 1) ‖ IMP · CAES · VESPASIAN ‖ AVG · PONTIFICIS · MAX ‖ TRIB · POTESTA[T ·] V · COS · V ‖ [IMP · XI · P · P · C]EN[SOR] 2) ‖ CN · PIN[A]RI[V]S · CORNEL ‖ CLEMENS · [LEG·]EIVS · PRO [PR] ‖ EXERCITVS · GERMANIC ‖ SVPERIORIS · 3) INTER ‖ V[ALL]ENSES 4) ET · CENTRONES ‖ [TER]MINAV[IT] — *Larioz, versant ouest du col de la Forclaz, entre St. Gervais et Servoz.* Voces uncis inclusae a Mommsenio ex vestigiis litterarum restitutae sunt.

1) E*x* AVCTORI*tate* Borghesius in litteris ad me datis, quod magis placet quam Mommsenii *pro salute et victoria*. 2) A. 74. 3) Cf. 5418 et 5427. 4) V . . . MNENSES, unde de supplemento *Vallenses* non plane constat.

§. 6. RAETIA. VINDELICIA.

N. 482, v. 3: M. *Propertius Quartus* (vel *Quintus*) *Filius*. De usu nomina solis litteris initialibus indicandi cf. quae nuper collegit Labus, *Marmi Bresciani*, 7, 21 et p. 67.

N. 486 = 785; minus correcte ed. Seidl, Excurs. epigr. V, 10.

N. 487 corr. 3409.

N. 488: cf. n. 6939, quo *Vallis Poenina* una cum *Raetis* et *Vindolicis* commemoratur.

N. 489, male, ut videtur, exscriptus. Quam Orellius comprobat, Olivieri sententia neque exemplis firmatur *equitum triplariorum*, et epigraphicae scribendi rationi plane repugnat. Praeterea equitem imperatoris cuiusdam nunquam neque in lapidibus neque in scriptorum libris commemoratum, neque *Aureliani* nomen per compendium AVREL significatum inveni. Contra vv. 2 et 3 ita coniungendos esse puto, ut, qui titulum posuit, L. AVREL*ius* . A . F . ABVCIVS . PIVS nominatus esse credatur. In iis autem, quae praecedunt, magistratus fortasse municipales latent: AE*d* . Q . II . *Pecuniae Publicae*, quamquam nihil certi de his affirmare audeo.

N. 491, interpolatus a Boissardo. Flaminum Dialium exempla extra Italiae fines mihi quidem nota omnia spuria sunt. Or. 2208 = Grut. 307, 8 ex Boissardo, ex Zamosio autem Gr. 8, 1 et 115, 6. Nota praeterea ordinem inversum v. 3 et municipium plane ignotum, magistratum inauditum v. 5, quem coniectura parum felici Hagenb. restituere conatus est, nominum denique rationem satis corruptam v. 6.

N. 493. Cf. Grut. 129, 4 et Mur. 1099, 1.

N. 494, corr. v. 2. IVLIANVS; v. 4. SECVNDINIAE; cf. Grut. 426, 3.

§. 7. NORICVM. PANNONIA. DALMATIA. DACIA. GRAECIA CET.

N. 496, accuratius Apianus p. 408, qui post ANTONINI . AVG . nonnullas litteras deesse tradidit. Recte enim Orellium Apiani lapidem pro eodem cum Gruteriano 265, 4 habuisse censeo, ortam autem ex interpolatione coloniam illam Hadrianam, licet, qui nuper monumenta Iuvavensia in Actis Acad. Vindobonensis (1849, vol. 1, class. philos. hist.) edidit, Hefnerus Monacensis et duos titulos et coloniam illam in librum receperit (p. 14 sqq., n. XIV, XV). De nomine civitatis Iuvavensis cf. l. l. p. 15, et eiusdem auctoris librum *Röm. Denkmäler Oberbaierns* I, p. 194 (*Oberb. Archiv* vol. VI.), ubi titulus quidam *Endorfensis* exstat in Antiquario Monacensi asservatus, in quo omnibus litteris IVVAVO legitur; cf. Tab. Peut. IVAVO; It. Ant. p. 235, 256, 258 ed. Wess., p. 110, 119, 120 ed. Parthey et Pinder: IOVAVI.

N. 497, v. 2. DECVRIONI II IVVAVENSIVM; v. 5. VIXIT — LVIII; v. 6. BELATVMARAE; v. ult. FVCIENDVM; Hefner, *Denkm. Salzburgs* l. l. p. 15; *Oberbaierns* p. 255, qui diversam versuum distributionem exhibet et *Trostbergi* monumentum erutum esse narrat.

N. 502, nunc Patavii; Furlanetto, *lapidi Patavine* n. LXXVIII. V. 8. Riditae prope *Ruda* ad fl. *Cetina*, Carrara in Seidl, *Beiträge zu einer Chronik* cet. 1851, p. 261; v. 12. Σπλαῦνον Delmatarum oppidum a Germanico a. p. C. 9. expugnatum, Dio 56, 11; cf. Furlan. l. l. p. 77, n.

N. 503, male exscriptus; neque enim praenomen *Nonii* apud Romanos usitatum, neque milites gregarii *armatura simplaris* in lapidibus appellantur.

N. 504, v. 2. COH . V . PR . P . V. *piae vindicis*; v. 7. pro FOSINO recte Hagenb. EQ SING. Exstat in Mus. Vat.; Kellerm. Vig. 160.

N. 505, v. 3. Lerschius, C. M. II, 20, p. 24, et, qui nuper in Indice monumentorum Musei Bonnensis edidit (p. 55, n. 115), Overbeckius PRISCILIANVS et PR, minus recte, ni fallor. Nota PR vix aliud significari potest, nisi PR*aefectus*; sed quum *legatus legionis* postea commemoretur, praefecto ia eadem vix locus erat. *Principem* autem si quis indicatum esse credit, hoc ei obstare credo, quod solis litteris PR fieri non facile potest, ut *princeps* significetur. Cuius rei quae in inscriptionibus classis Misenatis exempla exstare videntur, non satis certa sunt, quum *proretae* quoque in iis commemorati esse possint. — Ceterum consulum nomina minime corrupta sunt, sed erasum Alexandri nomen, qui quum consul cum Elagabalo processisset, post

mortem eius solus in saxo commemoratus erat. Ad eius vero aetatem titulum pertinere mentione constat Aproniani legati, quem Germaniae inferiori tum praefuisse scimus; cf. Lersch, op. cit. II, 14. Hinc nomen legionis supplendum I Minerviae *Severianae* vel *Alexandrianae*; l. l.

N. 507. *Andautonium* recte; cf. Ptolem. II, 15; Forbiger, III, p. 487.

N. 508, v. 1 ante FELIX deest PIVS; v. 2. extr. AVG; dedit *Neigebaur* v. cl., cui misit amicus quidam. V. ult. explica: *PraePositus Provinciae Pannoniae* cet.

5257. · · · · · · · · · · ‖ · · · · · · · · · · ‖ · · F · ET · TAVRISCOS · [1]) C · · ‖ · · I · · · COACTOS · M · · · · · ‖ · · Q · QVINEIS · QVA · · · · · ‖ · · SIGNEIS · CONSI · · · · · · ‖ · · FECIT · TRIVMP · · · · · · ‖ · · DIA · ET · R · · · TI · · · — Monasteri. *Alterth. d. Oesterr. Monarchie* (*Wiener Jahrbb.* 1829 seqq.), n. 246; Bull. Inst. Arch. 1833, p. 44. Litterae aetatem Caesaris Aug. indicant.

1) Cf. Plin. N. H. III, 20, 24; Forbiger, Geogr. III, p. 448, 450.

5258. *d · n · fl · iulio valerio constantio pio felici invicto augusto* ‖ FIL · D · N · CONSTAN‖TINI · MAXIMI · VICTORI‖OSISSIMI · SEMPER · AVG ‖ NEPOTI · M · AVRELI · MA‖XIMIANI · ET · FL ‖ CONSTANTI · DIVORVM ‖ ET · DIVI · CLAVDI · ABNE‖POTI · NORICI · MEDI‖TER · DEVOTI · NVMI‖NI · MAIESTATIQVE ‖ EORVM [1]) — Prope Celeiam. *Alterth. d. Oesterr. Monarchie.* (*Wiener Jahrbb.* 1829 sqq.), n. 285; Bull. Inst. Arch. 1833, p. 45; Seidl, Monum. Celeiana n. 9, in Excurs. epigr. II, p. 6 (*Wiener Jahrbb.* CIV).

1) Constantii nomen ab initio desiderari altero quodam titulo Celeiano confirmatur ab iisdem huic imperatori dedicato et iisdem paene verbis concepto; cf. Seidl, l. l. — Provincia iam Constantini M. tempore in *Noricum ripense* et *mediterraneum* divisa erat; cf. Grut. 283, 5:

5259. D · N · FL · CONSTANTINO ‖ CLEMENTISSIMO · ATQ · VICT · AVG ‖ MARTINIANVS · V · P · PRAESES ‖ PROVINC · NORICI · MEDITERR ‖ D · N · M · EIVS, et:

5260. D · N · FL · VAL ‖ CONSTANTINO ‖ MAXIM · BEATIS‖*simo supra om*‖*neS* · RETRO · PRIN‖CIPES · PIISSIMO ‖ ET · VICTORIOSISS‖IMO · SEMPER ‖ AVGVSTO · B · R · P · N[1]) ‖ FAB · CLAVDIVS ‖ VPPPNMTDNM[2]) ‖ QVE EIVS · SEMPER — *Seckau ob Leibnitz* Stiriae. Seidl, l. l. p. 15. Singula huius tituli fragmenta legebantur apud Apianum 386 et in Chronologia Duc. Styr. p. I, p. 69.

1) *Bono Rei Publicae Nato.* 2) *Vir Perfectissimus Praeses Provinciae Norici MediTerranei Devotus Numini MaiestatiQVE.*

5261. P · ALBINVS[1]) ‖ ANTONIVS ‖ AED · CL · CEL · [2]) ET ‖ TERENTIA ‖ FINITA · V · F · SIBI ‖ ET · P · ALBINIO ‖ FINITO · FIL · Q ‖ CL · CEL · AN · XXXX ‖ ET · P · ALBIN · MAR‖CELLINO · F · AN · L ‖ ET · P · ALB · MARCIANO ‖ NEP · θ · AN · XXX ‖ VPI · XV · · · · · · — *Trifail*, prope Celeiam. Seidl, Excurs. epigr. V, p. 6 (*Wiener Jahrbb.* CXV).

1) Corr. ALBINIVS. 2) CL*audiae* CEL*eiae*.

5262. D · I · M ‖ EVTYCHES ‖ IVLIOR ‖ C · P · P · [1]) SER · >*Scr* [2]) ‖ STATIONIS · BOIOD · · [3]) ‖ EX VIK [4]) BENIGNI VIL*ici* ‖

STAT . ATRANTIN*ae*[5]) ‖ ARAM · CVM · SIGN*o* ‖ LVNAE ‖ EX VOTO POS*uit* ‖ P · F · S · T · CLA · SENILL · ·[6]) — Rep. ad S. Oswaldi, nunc Goritiae. Vodnik, *Mitthl. f. Krain* 1848, p. 88; melius *Istria* V, p. 145.

1) *Conductorum Portorii Pannonici?* Neque enim praenomina esse possunt, quum post nomen posita sint, neque *clarissimorum puerorum* significare, quia tum C . C . P . P in lapide incidi debebat. 2) SCR Vodnik; l. *contrascriptor*. 3) BOIOD*uri*, ad confluentes Aeni et Danubii; v. Forbiger, III, p. 455. 4) EXVIK*ario*. 5) Plerumque *Adrans* (It. Ant.) vel *Adrana* (Zosim. II, 45); cf. Forbiger, III, p. 460. 6) P . R . S . C . LAESENII . l. Vodnik minus recte; quamquam enim ne lectio quidem mihi approbata satis intelligitur, tamen T . CLA*udii* SENILL*i* nomen in extremo titulo apparet.

5263. T ATTIO · C · FIL ‖ TVTORI ‖ PRAEF · ALAE · I · BATA‖VOR MILL*i*AR ‖ PRAEF · ALAE · I · TVNG ‖ FRONTON*i*AN*ae* ‖ TRIB · MIL · LEG · II · AD · P · F ‖ PRAEF · COH · I · BETASO*r* ‖ DEC · FL · SOLVAE[1]) ‖ SEDAT · QVIETVS — *Seckau* Stiriae. *Rhein. Jahrbb.* 1851, p. 105, ex opere *Schriften des histor. Vereins f. Inner-oestreich*, fasc. I, *Gratz* 1848; minus bene Muchar, *Gesch. v. Steierm.* III, p. 397.

1) *Flavium Solvense*, Plin. III, 24, 27; cf. Or. 3076—3078.

5264. IMP · CAES · · · · ‖ · · · · · · · ‖ PIO · FELICI · INVIC ‖ AVG · PONT · MAX ‖ P · P · TRIB · POT · COS ‖ PROCOS · ORD‖O · SOL[1]) — *Ibd. Alterth. d. Oesterr. Monarchie* (*Wiener Jahrbb.* 1829 sqq.), n. 302.

1) SOL*vensis*; AED*ilis* SOL*vensis* l. l. n. 329.

5265. D · M ‖ MATT · ADIECTO ‖ INTERFECTVS ‖ A MATTZARIS ·[1]) AN · XL ‖ ANT · QVINCTA · CON ‖ V · F — Celeiae a. 1839 denuo effossus. Apian. 377; Grut. 552, 8; corr. Seidl, Excurs. epigr. I, p. 10, n. 3 (*Wiener Jahrbb.* CII).

1) Populus quidam ignotus; recte enim Seidl, l. l. p. 13, de *Mazaris* ad flumina *Atel* et *Gecch* a Porphyrogeneta de administr. imp. c. 37, commemoratis cogitari posse negat, quamquam minus probo, quae de telo Gallico *matara* vel *matera* appellato idem disputat.

5266. P · AEL · FLAVI · DEC · ET · IIVIR · ET · FLAMINIS · AEL ‖ CETIENSIVM ·[1]) ITEM · DEC · E · IIVIR · E · PONTIFICIS ‖ COLONIA · AVRELIA · ANTONINIANA · OVIL ·[2]) TRIB · LEG · ‖ III · AVG · E · AELIÆ · P · FILIÆ · FLAVINÆ · FILIÆ · EIVSDEM ‖ E · ÆL · MASVET · PATRIS · EIVS · E · ORGETIÆ · SISIÆ MATRIS ‖ EX · PRECEPTO EIVS · ORGETIA · VRSA · PROPINQVA ‖ INPENDIO · HEREDIS · FIERI · INSTITVIT — In monasterio *Lambach* Austriae. Grut. 345, 8; corr. *Denkschr. d. Wiener Akad., hist. philos. Cl*, vol. III, 1852, 2, p. 14.

1) *Aelium Cetium* fortasse St. Pölten; l. l.; cf. Forbiger, Geogr. III, p. 456. 2) OVIL*aba*, s. OVIL*ia*; op. cit. p. 452. De ea disputavit nuper J. Gaisberger, *Ovilaba u. d. damit verbundenen R. Alterthümer*, *Denkschr. d. W. Akad.*, l. l.; cf. n. 6694.

5267. C · ALBVCIO · C · F · TROM · MENIPPO · DEC · SALON ‖ AEDIL · MARIT · ET · C · ALBVC · C · F · TR · PROCILIANO ‖ DEC · SAL · ET · ISS ·[1]) AEDIL · DEF · ANN · IXXX · ET · C · ALB · C · F · SE*n* ‖ MENIPP · DEC · ISS · DEF · ANN · IXX · FIL*i*S ·

ET · C · LIC · [2]) TITIAN ‖ DEF · ANN · XXX · FRATRI · LIGVRIA · PROCILLA [QUAE · ET · AL] [3])‖BVCIA · ET · SIBI (*ascia*) VIVA · POS — Salonae. Lanza, *lapidi Salon.* n. XXXIV.

1) *Issae.* 2) LIG*urius*. 3) Haec postea adiuncta esse videntur. — Nota singularem numeros exprimendi modum.

5268. T · TVRRANIO ‖ T · F · VERO ‖ AEDILI · SCARDON ‖ ARRIA · C · F · MAXIM · FIL ‖ PIENTISSIMO · FECIT · SIBI · ET ‖ C · MAECIO · MAXIMO · CONIVG ‖ LIBERTIS · LIBERTABVSQ · SVIS — Ibd. Op. cit. n. XXXV.

5269. GENIO ‖ MVNICIPI ‖ FL · SCARD [1]) ‖ C · PETRONIVS ‖ FIRMVS · OB ‖ HONOREM · AVG ‖ L · D · D · D — Scardonae. Amatius misit Borghesio.

1) FL*aviae* SCARD*onae*.

5270. ANDES · SEX · F ‖ CIVES · RAETI‖NIO · [1]) EQ · ALA ‖ CLAVD · [2]) AN · XXX ‖ STIP · V · H · S · E · H · F · C — *Zahlbach* prope Mogontiacum. Steiner, I. Dan. et Rh. I, 465.

1) *Ῥαίτινον* Dion. 56, 11; *Rataneum* Plin. III, 22, 26. 2) CLAVD*iana* recte St. Si *Claudia* nomen legendum esset, vix deesset populi mentio. Contra male pro *ala Noricorum Claudiana* habetur, quae in inscriptione eodem loco reperta *ala Noricorum* simpliciter dicitur (l. l. n. 464); in ea enim Claudia tribus est C. Romanii Capitonis. Ceterum *ala Claudia nova* est in titulis *Kossutino* Dalmatiae, n. 6726, Or. 3408, 3582, tab. hon. miss. 5418.

5271. I · O · M ‖ ET · IVN · REG ‖ FINITIVS · FI‖DELIS · MIL ‖ N · CADDA‖RENSIVM [1]) ‖ IN · SVO ‖ POSIT ‖ FVSCO · ET ‖ DEXTR · COS [2]) — Castelli, nunc in Museo Mogontiacensi. Steiner, I. Rh. 369; I. Dan. et Rh. I, 259.

1) Iidem sunt qui *Cattharenses* sive *Catarienses* (cf. *circitor numeri Cattharensium*, opp. cit. 504 et I, 349, et Not. dignitt. Occ. c. VII), quos ad *Cataros* Pannoniae Borghesius (Ann. Inst. 1839, p. 138), ad *Catharum* vero Dalmatiae Bockingius (Notit. ad l. l.) refert. Haec civitas a Geogr. Rav. *Decadaron* appellatur; cf. ad n. 5162. 2) A. 225.

5272. IMP · CAESAR ‖ M · AVRELIVS ‖ · · · · · · · · · [1]) ‖ ANTONINVS ‖ AVG · PIVS · SARM ‖ GERM · MAXIMVS ‖ BRITTANNICVS ‖ PONT · MAX · TRIB ‖ POT · VIIII · IMP · VI ‖ COS · IIII · [2]) P · P ‖ PONTEM · HIPPI · FLVMI‖NIS · [3]) VETVSTATE · CORRVPTVM · RESTITVIT ‖ SVMPTVM ET OPERAS ‖ SVBMINISTRANTIBVS ‖ NOVENSIBVS [4]) DELMI‖NENSIBVS REDITIS [5]) CV‖RANTE ET DEDICANTE ‖ L · IVNIO · RVFINO · PROCV‖LIANO · LEG · PR · PR — Rep. Tilurii (*Trigl*), nunc in Museo Salonitano. Bull. Inst. Arch. 1851, p. 156.

1) *Commodi* nomen erasum. 2) a. 937 = 184. quo anno cognomen Britannici Commodus assumpsit. 3) nunc *Cettina*, flumen, quod Tilurum appellatum esse antea vv. dd. crediderunt. 4) cf. n. 5274. 5) cf. n. 502, et:

5273. D · M · ‖ Q · RVTILIO ‖ Q · F · TITIANO ‖ IIVIR · Q · Q · ‖ ET ‖ Q · RVTILIO ‖ Q · F · PROCVLO ‖ IIVIR · Q · Q ‖ FILIO ‖ EIVS ‖ PRINCIPI MV‖NICIPI RI‖DITARVM — *Danilli* regionis Sebenicensis Dalmatiae. Bull. Inst. Arch. 1839, p. 179.

5274. I · O · M ‖ ET · GENIO · M ‖ N · [1]) SALVIS · CI‖VIBVS · NOVEN‖SIBVS · AVRELIVS ‖ DONATVS ‖ VOTVM · POSVIT — *Runovich* Dalmatiae ad fines Turcicos. Paulovich-Lucich, Marmora Macarensia ed. 2, p. 29; *Archiv f. Kunde Oesterr. Geschichtsquellen*, 1851, I, fasc. 3, p. 260.

1) *Municipii Nostri.*

5275. M · TREBIO ‖ PROCVLO ‖ EQVOM · PVBL ‖ HAB · [1]) SACER · LIB [2]) ‖ ĪIVIR · AEDIL · ARBA [3]) ‖ TREBIA · M · FIL ‖ PROCVLA ‖ PATRI · T · P · I — Iaderae. Bull. Inst. Arch. 1851, p. 183.

1) EQVOM . PVBL*icum* HAB*enti*. 2) SACER*doti* LIB*eri patris*. 3) *Insula Dalmatiae.*

5276. TI · CAESAR · DĪVI · AVGVSTI · F ‖ AVGVSTVS · IMP · PONTIF · MAX ‖ TRIB · POTEST · XXI · COS · III ‖ VIAM · A · SALONIS · AD · L · · · CASTEL ‖ DAESITIATIVM · [1]) PER · M · PASSVVM ‖ CLVI · MVNIT ‖ ET · IDEM · VIAM · AD · LAI · · · · ALN ‖ QVOD · DĪVI · F · III [2]) · · · · · IBVS ‖ A · SALONIS · MVNIT · PER · M · PASSVVM ‖ CLVIII ‖ · · · · · · · · · · · ‖ · · · · · · · · · · · · · ‖ CVIVS · VIAE · MILLIA · PASSVS · [3]) SVNT ‖ CLXVII · MVNIT · PER · VEXILLARIOS ‖ LEG · VII · ET · XI · ITEM · VIAM · GABINIANAM [4]) ‖ AB · SALONIS · ANDETRIVM · APERVIT ‖ ET MVNIT · PER · LEG · VII ‖ · · · · · · · · — Salonae (Spalati, in aede cathedrali). Spon, Miscell. p. 179, qui in medio titulo lacunam non indicat; contra Lanza, *lapidi Salonitane* n. XVI et XVII, non solum versus quosdam intercidisse censet, sed etiam dubitanter fragmenta inter se coniungit. Titulus pertinet ad annum 772/3 = 19/20.

1) Daesitiates Strabo (VII, p. 314) inter populos Pannoniae, inter Dalmatiae Dio (55, 29) et Plinius (III, 22, 26) nominant; id quod Lanza (l. l.) suo iure ita expedit, ut ab origine Pannonios Daesitiates provinciae Dalmatiae adscriptos fuisse dicat. 2) FILIVS Sp. 3) PASSVVM, id. 4) A. Gabinius, quum Caesari auxilium laturus terra per Illyricum exercitum duceret, a Dalmatis oppressus et Salonas repulsus est (App. Ill. 12, 25, 27; B. Alex. 42, 43, cet.). Huius nomine viam dictam esse Lanza suspicatur. Vix tamen probabile cladis memoriam ita a Romanis in perpetuum conservatam esse. — Alius quidam Gabinius Gentio devicto Scodrae regiae eius praepositus est; Liv. 45, 26.

5277. BATONIANO PRAEFVIT ‖ IAPVDIAI [1]) · ET · LIBVRN ‖ SIBI · ET · LIBERTIS ‖ T · F · I — Veronae rep. 1850. *Istria* VI, p. 83; Ann. Inst. Arch. 1851, p. 85.

1) cf. Forbiger, Geogr. III, p. 836.

5278. I · O · M ‖ PRO · SALVTE ‖ ET · VICTORIA ‖ IMP · CAES · LVC · ‖ SEPTIMI SEVER ‖ PERTINACIS · AVG ‖ DOMINI · INDVL‖GENTISSIMI ‖ IVNIANVS · LIB ‖ ADIVT · TABVL ‖ P · P · S [1]) ‖ EX · VOTO — Poetovione. Muchar, *Gesch. v. Steiermark* III, p. 399.

1) *Provinciae Pannoniae Superioris.*

5279. ☧ ‖ *quod*) GENS CARNVNTVM ‖ M*ensi*S [1]) SVBLIMIBVS OFFERT ‖ *n*ON AVRO AVT GEMMIS SET ‖ · · · · · · T [2]) TITVLO ‖ NAM QVOD MANDRONI VENE‖RANDO NOMINE FVLGET ‖ MAIVS

YDASPIO [3]) ‖ MVNERE SVSPICITVR — Romae in tabula aerea fastigiata, quam vidi. Supplementa sunt de Rossii v. cl.

1) [Malim *Muri*S . Mommsen] 2) [Num RADIAT? Mommsen] 3) cf. *Dives Hydaspeis augescat purpura gemmis*, Claudian. III cons. Honor. 4.

5280. ····· VE CAPITONI · C · F · P · ILLYRICO [1]) ‖ ····ET · OMNIB · HONORIB · AB · ORDINE ‖ MVNICIPI · SIRMIATIVM · HONORATO · E ···· ‖ TEMPERENTIAE · DICVNDAE · [2]) ITEM · SACERDOTALI ‖ AB · ORDINE · COL · VLP · OESCE · STATVAM · AERE · COLLATO ‖ DECRETIS · [3]) IAM · PRIDEM · AB · EODEM · ORDIN ‖ ORNAMENTIS · IIVIRAL · ITEM · DECVRIONA‖LIB · ORNAMENTIS · HONORATO · AB · ORDINE ‖ COLONIAR · VLPIAE · POETOVIONENSIS ‖ EX · PANNONIA · SVPERIORE · VLP · RATIAR*iae* ‖ EX MOESIA · SVPERIORE · [4]) TRAIANAE · SARMI‖ZEGETHVSENSIVM · EX · DACIA · SVPERIORE [5]) ‖ ITEM · IIVIRALIB · AB · ORDINE · MVNICIPI ‖ ROMVLENSIVM · [6]) BVLEVTAE · CIVITATIS ‖ PONTICAE · TOMITANORVM · [7]) PATRONO ‖ COL · VLP · OESC ‖

1) corr. COS . IIII . PROCOS. Puto etiam pro CAESARE ubique dativum ponendum esse. 2) Pro IIII corr. ET. 3) In fine versus praecedentis NOB excidit. — Annus est 257.

5545. *imp* CAES · P · LICINIO ‖ *gal*LIENO PIO FEL ‖ *augus*TO GERM ‖ *max* PONT · MAX ‖ *dacic* · MAX · TRIB ‖ *pot* · *x*IIII · COS ‖ *vi* DESIGN VII ‖ *tean*ENSES · D · D [1]) — Teani. V. Mommsen, I. N. 3991.

1) a. 265. — *Dacici maximi* nomen, licet loco parum apto collocatum, supplevi ex Grut. 275, 3. 4.

5546. P · Lic‖*nio* · *corn*E‖LIO · SALONI‖NO · NOBILI‖SSIMO · CAE‖SARI ∾ CIN‖GVLANI ‖ PVBLICE ‖ D · D · P · ∾, et: Di-VO ‖ V*ale*‖*riano* [1]) ‖ CAES ‖ CING‖VLANI ‖ D · D · P · ∾ — Cinguli. Bull. Inst. Arch. 1846, p. 167.

1) De hoc cf. titulum Sitifensem n. 5335. Est enim P. Cornelius Licinius Valerianus, nepos Valeriani Aug., filius Gallieni Aug., frater Salonini nob. Caesaris et postea Augusti. Hic est filius ille Gallieni, quem a. 259 Postumus Coloniae Agrippinae interfecit; cf. Eckhel VII, p. 421, qui pro Salonino filium occisum habuit, et contra disputantem Cavedonium, in *Albo*, ephemeridibus quibusdam Romanis, a. XIX, n. 17, p. 134, ubi Letronnium (*Journal des Savants* 1847, p. 730) secutus quaestionem valde difficilem optime expedit. Praeter nomina autem ante commemorata nomen Salonini huic quoque fuisse nummis confirmat, omnes nummos *Divo Salonino* inscriptos ei tribuendos esse docens, ad eumque titulum spectare Grut. 275, 5. Ab eo autem distinguendus est Valerianus quidam frater Gallieni cos. II cum Lucilio (Or. 1014), ut recte Norisius quoque intellexit (Epistola consularis II, cuius fragmentum Ortius nuper edidit [Ann. Inst. Arch. 1851, p. 70 sq.], ipsam epistolam mox prolaturus), qui in eo tamen a vero aberravit, quod, quamquam Saloninum et Valerianum filios Gallieni agnovit, illum a Postumo interfectum esse proposuit. — Ad Saloninum spectat titulus Asisii repertus, quem cum Borghesio Bettius, ille mecum communicavit: P. CORNEL ‖ SALONINO ‖ VALERIANO ‖ NOBIL . CAES ‖ PRINCIPI . IVVEN-‖TVTIS . FILIO ‖ IMP . GALLIENI ‖ AVG . SOD. Contra frater Gallieni Valerianus ille est, qui in hoc titulo Faleriensi commemoratur:

5547. *p* · LICINIO · V*ale*‖RIANO · IVN · N · *v* [1]) — Ann. Inst. Arch. 1839, p. 56; cf. eund. Bull. 1852, p. 140.

1) *Nobilissimus vir* supplevit Borghesius, neque C pro *Caesare* facile eo loco scribi, nec voci CAES spatium sufficere docens.

§. 33. TRIGINTA, QVI DICVNTVR, TYRANNI.

N. 1016 extr. FEL . AVG, Gough, *additions to Camden* III, t. IV, p. 100.

N. 1019 a Sponio, Misc. p. 174, iisdem litteris, sed sine lacunis repraesentatur.

5548. IMP ‖ M C [1]) PIA‖VONIO ‖ VICTOR‖INO AVG — *Pyle* prope *Neath* in agro Glamorgensi, nunc in Museo Swanseiensi. *Archeological Journal* III, p. 274.

1) In nummis *Marcus* appellatur, unde M et C male exscriptae locum mutasse videntur, praesertim quum C(*aesar*) in monumento huius generis vix deesse possit.

5549. IMP C · C · ‖ POESVIO ‖ TETRICO ‖ P E AG [1]) — *Bittern* prope *Southampton*. Archaeologia XXIX, p. 257.

1) corr. P(*io*) F(*elici*) AVG(*usto*).

§. 34. CLAVDIVS GOTHICVS. AVRELIANVS.

N. 1020, v. 1 AVR; v. 4 pro *et* l. II; v. 5 MAXIMOQ; v. 6 MAIESTATIQ; Finestres II, 28.

N. 1024 pro P . ET recte Schoenwisner P . F; Acta litt. Mus. nat. Hungar. p. 265, n. 48, ubi versus aliter divisi leguntur, initio vero CAES pro *caesari*. Cognomen CONSTANS nunc desideratur, legitur tamen apud Schoenwisner; cf. n. 4985.

5550. IMP CAES L ‖ DOMITIO AV‖RELIANO PIO FELI‖CI AVG P · P · CON‖SVLI CASTRONO‖VANI · EX D D P — Castronovi, nunc in Mus. Vat., ubi vidi. *Antologia Romana* 1777, p. 297.

5551. IMP · C · L · D · AVRE‖LIANO · P · F · INVI · C [1]) ‖ AVG PONT · M · T · P · VII ‖ COS III · GER · M · GOT · M · PA‖R · M · DA · M · CAR · M · IM [2]) — Mil. rep. 1843 prope Aurelianum Galliae, nunc in Mus. publ. Aurelianensi. Dedit mihi Mommsenius ex schedis Borghesii.

1) iunge INVIC*to*. 2) PAR*thico*, M*aximo*. DA*cico*, M*aximo*. CAR*pico*. M*aximo*. IM*peratori*. Cognomen Dacici nescio num in aliis antea monumentis lectum sit; cf. nummos Aureliani cum inscriptione DACIA FELIX; Eckhel, VII, p. 481. De *Carpici* cognomine cf. Vopisc. 30, et Or. 1029. Alterum huius tituli exemplum ibidem asservatur, eo tantum diversum, quod nomen P*atris* P*atriae* post PONT . M in eo legitur. In utroque monumento nota trib. pot. VII, quae parum constat cum sententia Eckhelii de *terminis imperii* Aureliani, VII, p. 484 sqq. — In fine IM minus recte lectum esse credo.

5552. VLPIE · SEVE‖RINE · AVG ‖ CONIVGI · D · N ‖ AVRELIANI · IN‖VICTI · AVG ‖ MATRI · CAS‖TRORVM ‖ RES · PVB ‖ POLENS — Polae. *Istria* I, p. 27; cf. titulum Allifanum apud Mommsen, I. N. 4750.

§. 35. TACITVS. FLORIANVS. PROBVS. CARVS. NVMERIANVS. CARINVS.

N. 1033, v. 3 pro *v. c* l. AVG.

N. 1037, not. 2 l. V*icem* P*raesidis*.

N. 1042 spurius; cf. Mommsen, I. N. 147*.

N. 1043 mihi certe suspectus, praesertim propter nomen *Numerii* Numeriano inditum, in hoc tantum et altero marmore Hispanico (Mur. 256, 7) obvium.

N. 1044: itidem susp. quod *nobilissimus Caesar* Carinus eodem tempore Imperator et Augustus dicitur.

N. 1045, tit. 2, v. 3, 4 AVR . CARO; v. 5 TR . P . COS . II; tit. 3 post *Numeriano* desideratur NOBILISSIMO . CAESARI; Finestres, Inscr. Catal. II, 32.

5553. IMP · CAES*ari* ‖ M · CLAVDIO · T*acito* ‖ PIO · FELIC*i* · *inv* ‖ AVG — Allifis. Mommsen, I. N. 4751.

5554. IMP CA*e*S ‖ M · ANNIO ‖ FLORIANO ‖ PTL NVICTO [1]) ‖ AVG ‖ M · P · LI — *Castor* in agro *Northampton*. Artis, *Durobrivae of Antoninus*, pl. XV, fig. 2 (Newton, Excerpta ex inscr. de Brit. p. CIX, 27 d.)

1) corr. P . *fe*L *i*NVICTO.

5555. *imp* CAESAR*i* ‖ M · AVRELIO ‖ PROBO · PIO ‖ FELICI . AVG ‖ PONTIF · MA‖XIMO · TRIB [1]) · · · · — In via Romana inter *Kaf* et *Testour*, provinciae Tunetanae. *Revue Archéol.* I, p. 827; Temple, *Excursions* II, 282.

1) cf. n. 5312, 5524.

5556. *imp* · *caes* · *m* · *aurelio* · *caro* ‖ PIO · FEL · INV*icto* · *aug* ‖ *e*T M · AVRELIO · CA*rino* ‖ *n*OB · CAES · PRINC · IVB ‖ ET · M · AVRELIO ‖ NVMERIANO ‖ *n*OBILISSIMO · CAES ‖ *c*VRANTE · M ·

ELIO · VITALE ‖ VP · PRAES · PROVINCIAE ‖ SARDINIAE — Mil. rep. *Fordungiani* Sardiniae, nunc in Mus. Caralitano. Della Marmora, voyage II, 468, 8.

5557. IMP CAES · M · A*u*‖RELIO CARINO INV‖*ic*TO PIO FELICI AVG ‖ PONTIFIC MAXIMO ‖ TRIBVNICIAE PO‖TESTATIS PATER PA‖TRIAE PROCONSVL ‖ VIAM IMBRIBVS ‖ ET VETVSTATE ‖ *collap*SAM CVM ‖ *pontibus* · · · RESTI*tuit* 1) — *El Arrouch*. Clarac, *Musée*, *Inscr*. pl. LXXV, 35. In via, quae a Rusicadi Cirtam ducit; *Exploration de l'Algérie*, *Archéol*. pl. 47, 4.

1) scr. *pontibus* collato titulo Decii imperatoris in eadem via reperto; *Expl*. l. l. n. 3.

5558. PRINCIPI IVVENTVTIS ‖ M · AVRELIO ‖ NVMERIANO ‖ NOB · CAES — Saepini. Mommsen, I. N. 4924.

5559. IMP · CAESRI (sic) M · AVRE‖LIO · *numer*IANO ‖ PIO · FELICI · INVIC‖TO · AVG · P · P · COSV‖LI · TRIBVNICIAE ‖ POTESTATI ‖ CASTRONOVANI ‖ D D P — Rep. Castronovi; nunc in Mus. Vat. — Antologia Rom. 1777, p. 158. V. ipse et correxi.

Magniae Urbicae Carini titulum v. Or. 5057.

§. 36. DIOCLETIANVS. VAL. MAXIMIANVS. CONSTANTIVS CHLORVS. GAL. MAXIMIANVS. GAL. VALERIA. FL. SEVERVS. MAXIMINVS DAZA. MAXENTIVS. ROMVLVS. MAXIMILLA. LICINII DVO.

N. 1052a, v. 3 pro *p. t* scr. P . F.

N. 1054, v. 2 PERPVRGATIS (?); v. 4 ADMIRABILIVM; v. 5 FABRICARVM; v. ult. DIONYSIO; Anon. Einsiedl. ed. Haenel (*Archiv f. Phil.* cet. V, 1), p. 125.

N. 1056 rest. Mommsen, Gerhard, *Arch. Ztg*. 1846, p. 229 et *Epigr. Anall*. 14 (*Ber. d. S. Ges. d. W.* 1850, p. 308) ex Anon. Einsiedl. XVI (Maz. 14; Grut. 178, 7 e Maz.; 179, 1 ex cod. Carp.; 178, 4 ex Panvinio) et fragmentis Maz. 36 (Smet. 9, 6; Grut. 178, 8) et Don. II, 28): DD NN DIOCLETIANVS ET MAXIMIANVS INVICTI ‖ SENIORES . AVGG . PATRES . IMPP . ET . CAESS . ET ‖ DD . NN . CONSTANTIVS . ET . MAXIMIANVS . INVICTI . AVGG . ET ‖ SEVERVS . ET . MAXIMINVS . NOBILISSIMI . CAESARES 1) ‖ THERMAS . FELICeS . *dio*CLETIANAS . QVAS ‖ *m*AXIMIANVS . AVG . *absen*S . EX . AFRICA . SVB ‖ *pr*AESENTIA . MAIE*statis* . DISPOSVIT . AC ‖ *fi*ERI . IVSSIT . ET . DIOCLETIANI . AVG . FRATRIS . SVI ‖ NOMINI . CONSECRAVIT . COEMPTIS . AEDIFICIIS ‖ PRO . TANTI . OPERIS . MAGNITVDINE . OMNI . CVLTV ‖ PERFECTAS . ROMANIS . SVIS . DEDICAVERVNT. — Thermae dedicatae sunt inter Kal. Maias anni 305 et VII Kal. Aug. 306.

N. 1059, v. 8 dele MITYLEN; de Rossi ex schedis Vaticanis quibusdam.

N. 1061 mihi certe suspectus, similis titulis nn. 877. 886, 985, et eiusdem, ni fallor, originis.

N. 1063, v. ult. DIC . N . M . Q . EIVS; a latere titulus hic exstat: DED . KAL . FEBR ‖ MAXIMO . ET . AQVILINO . COS; monumenti vetustioris reliquiae.

N. 1064, v. 5. 6 explica: *Vir Perfectissimus Praeses Provinciae Norici Medi-Terranei*, cf. n. 5259.

N. 1065 spurius; cf. Borghesi, Ann. Inst. Arch. 1846, p. 320.

N. 1068, v. 1 IMP . CAES ‖; Mommsen, I. N. 6297.

N. 1069, v. 2 FILIO (non I FILIO); v. 3 INVICT (non I . INVICT). Post SEN littera excidit. Kellermann, apud Or. Anall. epigr. p. 36; vidi ipse. Notas NV,

NVB, NVBIS explicat *Nobilissimus Vir*, *Nobilissimus Vir Bis* vel BIS (*consul*) Borghesi, *memoria sopra Valeria Massimilla*, p. 8.

N. 1071, v. 2 pro D. M corr. D. N.

5560. Nomina Diocletiani, Maximiani, Caesarum filiorum nunc plenius leguntur in edicto *de pretiis rerum venalium*, cuius exordium hic referendum censui, iis, qui ipsum decretum cognoscere voluerint, Mommsenii libellum commendans, in quo nuper exempla eius ad nostram usque aetatem conservata collegit, restituit, illustravit (*Ber. d. S. Ges. d. W., phil. hist. Cl.* 1851), addito paullo post fragmento quodam Carystio quod Schaubertus cum eo communicarat (l. l.). Exordium autem in solo exemplo Aegyptiaco, quod Aquis Sextiis nunc exstat, legitur a Mommsenio restitutum ita: *imp · caesar · c · aurel · val · diocletianus · p · f · inv · aug · po*NT · MAX · GERM · MAX · VI · SARM · MAX · IIII · PERSIC · MAX · II · BRITT · MAX · CARPIC · MAX · ARMEN · MAX · MEDIC · MAX · ADIABENIC · MAX · TRIB · P · XVIII · COSS · VII · IMP · XVIII · P · P · PROCOSS · ET · IMP · CAESA*r* · M · AVREL · VAL · MAXIMIANVS · P · F · INV · AVG · PONT · MAX · GERM · MAX · V · SARM ‖ *max · iiii · persic · max · ii · britt · max · carpic · max · armen · max · medic · max · adiabenic · max · tri*B · P · XVII · COSS · VI · IMP · XVII · P · P · PROCOSS · ET · FLA · VAL · CONSTANTIVS · GERM · MAX · II · SARM · MAX · II · PERSIC · MAX · II · BRITT · MAX · CARPIC · MAX · ARMENIC · MAX · MEDIC · MAX · ADIABEN · MAX · TRIB · P · VIIII · COSS · III · NOBIL · CAES · ET · G · VAL · MAXIMIANVS · GERM · MAX · II · SARM ‖ *max · ii · persic · max · ii · britt · max · carpic · max · armenic · max · medic · max · adia*B · MAX · TRIB · P · VIIII · COSS · III · NOBIL · CAES *cet.* Pertinet ad annum 301 secundum sententiam Mommsenii, Borghesius vero anno 300 decretum tribuit, nona nisus tribunicia potestate Constantii Chlori, qui Kal. Martiis anni 292 Caesar declaratus erat. De singulis cf. l. l. et Eckhel, VIII.

5560 a. I · O · M · F ‖ CNI · [1]) PRO ‖ SALVTE · DO [2]) ‖ NN · IOVIO*rum* ‖ ET · HERCVLIO*rum* ‖ AVGG · NN — Sirmii. *Alterth. d. Oesterr. Monarchie* (*Wiener Jahrbb.* 1829 sqq.), n. 283.

1) l. *Et her*‖CVLI. 2) l. DD.

5560 b. FORTISSIMO · AC ‖ FLORENTISSIMO ‖ IMP · CAES · C · AVR · VAL ‖ DIOCLETIANO ‖ P · F · INVICTO · AVG · CONS V ‖ P · P · OFFAS [1]) ‖ CVRANTE · TIB · CL · SEVERO V C ‖ D N MQ EIVS · SEMPER — Romae, in Mus. Vat. Amaduzzi, *Anecdd. litt.* III, p. 469. V. ipse.

1) Sic, licet nesciam, quid sit. [Id ipsum puto quod n. 3817 significatur verbis *ex collatione epuli* et n. 3722 *ex sportulis suis*; sodales nescio qui sportulas offis emendis destinatas contulerunt ad statuam imperatori faciendam. Similiter *escae* positae sunt n. 4419. Mommsen.]

5561. IMP · C · MARC*us* [1]) *aurelius* ‖ BALERIVS DIO*cleti*‖ANVS · P · F · INVI*ctus · aug · et* ‖ IMP · C · M · AVR*elius* ‖ MAXIMIANVS ·

p · f · invic‖TVS · AVG*ustus · et* ‖ FLAVIVS · VA*lerius* ‖ CONSTANTi*us · et* ‖ GALERIVS · *val · maximianus* ‖ NOBB · CA*ess* ‖ PASS*uum m* ‖ X · · · — In agro Melfitano, ad viam Herculiam pertinens. Mommsen, I. N. 6296 a; cf. 6296 b.

1) De hoc praenomine pro vulgari C. Diocletiano dato cf. l. l.

5562. FORTISSIMO *clementissimo* (?) ‖ INVICTISSIMO *principi* ‖ DOMINO NOSTRO *imp · caes* ‖ MARCO AVR · VA*l · maximiano p · f* ‖ *invicto semper augusto* cet. — Romae, in ruderibus basilicae Iuliae, quam a Diocletiano et Maximiano restitutam esse constat. Bull. Inst. Arch. 1849, p. 140.

5562 a. DIVO • ‖ M AVR VAL ‖ MAXIMIANO ‖ SENIORI — Amiterni. V. Brunnius.

5563. *i*MP CAES FLA‖VIO VALERIO C‖ONSTANTIO ‖ INVICTO PIO ‖ FELICI AVG PON‖TIFICI MAXIMO ‖ TRIBVNICIAE ‖ POTESTA*ti*S XIV [1]) ‖ *i*MP XI [2]) CONS ‖ V [3]) P P P VALE*rius* [4]) ‖ *a*NTONI*nus v · p · p* ‖ *provi*NC · *Nu*M*i*DI*ae* ‖ P P P [5]) — *Anouna. Exploration de l'Algérie, Archéol.* pl. 168, 12; corr. et rest. Borghesius, apographo usus a Francogallo quodam ei tradito.

1) Est Constantius Chlorus, qui anno 305 Augustus dictus est. Ad eum vero annum Borghesius titulum pertinere docet; litterarum enim vestigiis trib. pot. XIV indicari videtur; cf. n. 5560. 2) In utroque exemplo APTI. 3) In apographis E, quod corrigendum est, quum *quinqu*E ibi scriptum esse nequeat. 4) VAII, in apographo utroque. 5) Quum consueta formula monumentorum Africae D D P P hac certe aetate vix in usu fuerit, Borgh. D N M Q E legendum esse censet.

5564. DIVO ‖ FLAVIO VALERIO ‖ CONSTANTIO ‖ COLONIA · MINT [1]) — Neapoli. Mommsen, I. N. 4058.

1) MINT*urnensium*.

Hic inserendus erat n. 5585.

5565. C · FLAV · GALER · LICINIVS [1]) ‖ AVG · BONO OMNIVM ‖ NATVS ‖ D · D · D · N · N · N ‖ CRISPO · LICINIANO ‖ ET · CONSTANTINO ‖ NNN · OOO · BBB · CAESSS ‖ M · XX — Mil. rep. prope Miletum in Bruttiis. Op. cit. 6281.

1) De nominibus Licinii patris cf. Eckhel VIII, p. 67. Ad eundem pertinet titulus Canusinus, l. l. 6291:

5566. D · N · IOVIO [1]) ‖ LICINIO · IN‖VICTO · SEM‖PER · AVG —

1) cf. Eckhel, l. l., qui nomen Iovii adoptione a Diocletiano in Galerium Maximianum, ab hoc in Maximinum et Licinium transmissum esse demonstrat (Or. 1047. 1051).

5567. PROVIDENTISSIMO ‖ FORTISSIMOQVE · D · N ‖ VALERIO · LICINIANO ‖ LICINIO · PERPETVO ‖ AC · SEMPER · AVG ‖ · · · · SEPTIMIVS · IA‖NVARIVS · V · C · PRAES ‖ PROV · SARD · DEV ‖ NVMINI · MAIESTATIQ ‖ EIVS — *Porto-Torres* Sardiniae. Della Marmora, *voyage* I, p. 478, n. 30.

5568. *imp · caes · va*LERIO ‖ *licinia*NO ‖ *licinio* PIO F ‖ · INVICTO · AVG · P ‖ M · TRIB · P · III · CON ‖ P · P · PROCOS · R · P ‖ PARENTINOR [1]) ‖ D · NVM · MAI ‖ *que* AEIVS (sic) — Parentii 1845. Ortius cum Borghesio communicavit.

1) cf. quae ad n. 72 adnotavi.

5569. IMPRATORI (sic) · CESARI ‖ VALERI · LICINIANIO (sic) LICINIO · NOBILIS‖SIMO · CESARI [1]) ‖ C · N · L · XIII [2]) — In silva *Bienwald*, nunc Spirae. Steiner, I. Rh. 199; corr. id. I. Dan. et Rh. I, 753 ex Jäger, *Jahresber. d. h. V. d. Pfalz* I, 1848, p. 31.

1) Nomen imperatorium Licinio Caesari necdum Augusto fuisse hoc titulo constat, ita ut Caesar eodem modo, quo Titus, Traianus, Antoninus Pius, Valerius Severus fuerit; cf. Borghesi, *I. Renane* p. 4 (Ann. Inst. 1839). 2) *Civitas Nemetum Leugae* XIII.

5570. DOMINO · PATRI ‖ M · VAL · MAXENTIO ‖ VIRO · CLARIS ‖ VAL · ROMVLVS · C · P ‖ PRO · AMORE ‖ CARITATIS · EIVS ‖ PATRI · BENIGNISSIMO — *Zagaroli.* Mur. 753, 3, et:

5571. DOMINAE · MATRI ‖ VAL · MAXIMILLAE ‖ NOB · FEM ‖ VAL · ROMVLVS · C · P ‖ PRO · AMORE ‖ ADFECTIONIS · EIVS ‖ MATRI · CARISSIMAE [1]) — Ibd. Maff. M. V. 316, 6.

1) Maxentius, qui postea imperavit, eiusque coniux Maximiani imperatoris filia, cui titulus *nobilissimae feminae* propter ipsam hanc originem datus est; cf. Borghesi, *memoria sopra Valeria Massimilla* cet.

§. 37. HELENA CHLORI. CONSTANTINVS MAGNVS. FAVSTA. CRISPVS. CONSTANTINVS II. DELMATIVS.

N. 1074, v. 5 exeunte FL nunquam exstitisse, nomen vero *Crispi* abrasum esse Mommsenius notavit (I. N. 106) Garruccius autem, eius rei a Borghesio certior factus, etiam vestigia nominis recognovit (*Iscrizz. di Salerno* p. 19, n. 4); v. 6 in. ET itidem abrasum; v. 8 ALPINIVS; v. 9 IBRITTIORVM „sic" Mommsen l. l., et Mercklin, qui et ipse exscripsit; Garruccius l. l. lectionem vulgatam retinuit. Titulus positus est inter annum 323, quo Constantius Caesar nominatus, et annum 326, quo Crispus interfectus est.

N. 1075 verba INSTINCTV . DIVINITATIS in litura posita sunt; eorum loco olim verba legebantur NVTV . IOVIS . O . M, quorum vestigia satis clara adhuc exstare affirmavit mihi vir quidam rei epigraphicae peritissimus, cui inscriptionem prope intuendi manibusque contrectandi occasio fuerat.

N. 1081 pro *in basilica Constantini* l. *in basi Constantini*; Anon. Einsiedl. cf. Mommsen, Anall. 14 (*Ber. d. S. Ges. d. W.* 1850) p. 299.

N. 1085, 1086, duo exempla alterum altero magis interpolatum eiusdem tituli, si quidem re vera titulus antiquus est, id quod loco quodam operum Ruperti abbatis Tuitiensis, Coloniae ed. 1602, 2 voll. fol. (*de incendio oppidi Tuitii liber singularis* c. 8) probari videtur; cf. Deycks, *Deutz eine Römerveste*, *Castrum Divitensium* (*Rhein. Jahrbb.* 1850, XV, p. 23). Miror, quod Orellio ne suspicionem quidem moverint.

N. 1087, v. 4 l. CONSTANTIO; v. 5 FELICI; v. 6 AVG .AVG . „sic"; v. 9 A . . ET CAL . SEM ‖ . . . . . VS, i. e. *ap*VL*iae* ET CAL*abriae* SEM‖*per d n m q ei*VS (*dicatus numini maiestatique eius*). Mitto versus aliter divisos. Mommsen, I. N. 1108.

N. 1093 initio unus vel plures versus desunt, scalpro, ut videtur, deleti, v. 6 BAEATISSIMORVM . (sic) C . . . . ; v. 7 D N FL IVL CONSTANTI; litterarum pars inferior desideratur. Vidi ipse in Mus. Capitolino.

N. 1097 aevi haud dubie posterioris.

5572. D · N ‖ P · VALER · CONSTANTINO ‖ INVICTO ‖ AVG · BONO · OMNIVM ‖ NATVS · ET ‖ D · D · D · N · N · N · · · · · · · · [1]) ‖ CRISPO ‖ ET · CONSTANTINO ‖ NNN · OOO · BBB · CAESSS ‖ M · XX — Mil. rep. prope Miletum in Bruttiis una cum n. 5565.

1) Nomen Licinii filii abrasum.

5573. D · D · N · N · ‖ CONSTANTINO ‖ MAXIMO ET ‖ LICINIANO · LICI‖NIO · AVGG · ET ‖ FLAVIO · CRISPO · ET ‖ LI-

CINIANO · LICINIO ‖ ET FL · CL · CONSTAN‖TINO · CAESARI-B‖VS · B · R · P · N[1]) — Faleriae Piceni. *Giorn. Arcad.* XXXIII, 97.

1) Bono Rei Publicae Natis.

5574. *f*ORTISSIMO AC ‖ PIISSIMO IMP ‖ D N CONSTANTINO ‖ MAXIMO P F INVICTO ‖ AVG ‖ NONIVS VERVS[1]) V C ‖ CORR APVL ET CALAB ‖ D N M Q. EIVS — Aeclani. Bull. Inst. Arch. 1845, p. 64, 15; Mommsen, I. N. 1107.

1) cf. Mur. 725, 3, corr. a Cavedonio, *Marmi modenesi* p. 163 et 291, ubi quae de aetate Nonii Borghesius exposuerat, novo hoc titulo confirmantur.

5574ª. DIVINAE INDOLI ‖ AC · VENERANDAE ‖ PROSAPIAE · D N · FL ‖ IVLIO CRI*spo* BEA‖TISSIMO AC ‖ NOBILISSIMO ‖ CAESARI ‖ NONIVS · VERVS ‖ V · C · CORR · APVLIAE ‖ ET · CALABRIAE — Aeclani (*nelle masserie del Passo di Mirabella*). V. Brunn. Edidit Garruccius, Bull. Nap. 1853, p. 80.

5575. *fo*RTISSIMO ‖ *cle*MENTISSIMO · E*t* ‖ *gl*ORIOSISSIM*o* ‖ *p*RINCIPI · ‖ *d* · N · FLAVIO · VA*l* ‖ *c*ONSTANTIN*o* ‖ *p* · F · INVICTO · AVG ‖ Q · ATTIVS GRANIV*s* ‖ CAELESTINVS · V C · CV*r* ‖ ALV · TIB · ET · CLOAC · S · V · [1]) D · N · M · Q · EI*us* — Romae; in foro Traiani. Cardinali, *Dipl.* n. 405; corr. ipse in *Allgemeine Jenaische Litt. Ztg.* 1847, n. 61, p. 244 ex apographo ab Amatio confecto; postea vidi ipse et correxi.

1) *Sacrae Vrbis.*

5576. IMP · CAES · FLAVI‖O · CONSTANTINO ‖ MAXIMO · PIO · FELICI · IN‖VICTO · AVG · PONT · MAX · GER ‖ MAXIMO · III · SARM · MAX ‖ BRIT · MAX · CAPP · [1]) MAX · ARAB ‖ MAX · MED · MAX · ARMEN ‖ MAX · GOTH · MAX · TRIB · PO‖TEST · XIIII · IMP · XIII · CON‖SVL · IIII · [2]) PATRI · PATRIÆ ‖ PROCONSVLI ‖ FLAVIVS · TERENTIA‖NVS · V P · PRAESES ‖ PROVINCIAE · MAV‖RETANIAE · SITIF · ‖ NVMINI MAIES‖TATIQVE · EIVS · SEM‖PER · DICATISSI‖MVS — *Ain-Rona*, haud longe a Sitifi dist. — *Revue Archéol.* VII, p. 310.

1) l. CARP*ico*. 2) Constantinus cos. IIII anno 315 processit, cos. V anno 319; unde tribuniciam potestatem eum iam tum adeptum esse patet, quum post mortem patris Augustus quidem ab exercitu, sed Caesar tantum a Maximiano dictus esset. Quamquam ne sic quidem temporum ratio satis clare perspicitur. Nam si prima eius tribunicia potestas anno 306 tribuitur, decima quarta ad annum 319 pertinet, quo fasces quintum gessit; cf. titulum 5578.

5577. TRIVMPHATORI OMNIVM GENT*i*VM AC DOMINATORI VNIVERSARV*m terrarum* (?) ‖ Q*u*I LIBERTATEM TENEDRIS[1]) SERVITVTIS OPPRESSAM SVA FELICI VI*ctoria* ‖ *in* LVCE*m reduxi*T *d* · N FLAVIO VALERIO CONST*a*NT*ino maximo* ‖ *pio felici* · INVICT*o semper* AVG*usto* · · · · · · · · · · · · · · ‖ · · · · VA · · · · · · · PN NVAINI[2]) MAIESTATIQVE EIVS DEVOTA — Constantinae. Exscr. de Grabow. Ipse restitui.

1) corr. TENEBRIS. 2) Fortasse *colonia* (*s. civitas*) *Constantina cirtensi*Vm *metropolis* P N (*provinciae Numidiae*) NVMINI cet. Ipsam enim *Provinciam* Nu-

midiam monumentum dedicasse mihi certe minus verisimile est, quum solis litteris initialibus nomen eius indicetur.

5578. MAGNO ET INVICTO PRINCIPI D · N · IMP · CAESARI ‖ FLAV · VAL · CONSTANTINO PIO FELICI SEMPER AVG ‖ PONT · MAXIMO SARMATICO MAX · GERM · MAX · GOT · MAX ‖ TRIB · POT · X · CONS · IIII · IMP · VIIII · [1]) P · P · PROCONSVLI ‖ SEPTIMIVS FLAVIANVS V P P P MAVR · SITIF [2]) ‖ NVMINI MAIESTATIQ · EIVS SEMPER DICATISSIMVS — ab altero latere: VOT · X, ab altero: MVL · XX — Sitifi, in arcu. Hefner, *R. Inschr. m. Bemerk.* n. XXII (in Actis Acad. Monac. cl. I, vol. V, 2); Bull. Inst. 1851, p. 180.

1) a. 315. 2) *Vir Perfectissimus Praeses Provinciae* MAVR*etaniae* SITIF*ensis*. Ceterum hoc titulo et n. 5576 cognomen *Germanici maximi* Constantino datum esse primum innotuit.

5579. VICTORIAE AVGVSTAE ‖ *sac*RVM PRo SALVTEM (sic) ‖ *dd* · *n*N MAXIMINI ET ‖ *con*STANTINI ET LICIN*i* ‖ *sem*PER · AVGG · AVR · SENECIo ‖ DVX · TEMPLVM NVMINI ‖ *e*IVS EX VoTo A NoVo FIERI IVSSI*t* ‖ PER INSTANTIAM · VAL · SAM- ‖ BARRAE · P · P · EQQ · DALM · AQ‖VESIANIS · COMIT · [1]) L · L · M ‖ OB · VICTORIA · FACTA · V · K · IVLIAS ‖ ANDRONICO · ET · PROBO · COS [2]) — Prutting Boioariae. Hefner, R. Inschr. cet. p. 16; Bull. Inst. Arch. 1851, p. 177.

1) *PraePositus* EQ*uitibus* DALM*atis* AQVESIANIS . COMIT*atensibus*. Aquesianorum populus ignotus. De *comitatensibus* cf. Not. Or. c. 2, ubi inter triginta duas vexillationes equites Dalmatae bis commemorantur. 2) a. 310. Victoria indicatur de Bructeris, Chamavis, Cheruscis, Tubantibus, Alamannis uno die reportata, ex qua Germanici nomen Constantino datum est. Consules autem annum designant, quo *victoria facta* est, minime annum dedicationis monumenti, quippe quo Galerius Maximianus nominari debuisset, si anno 310 positum esset; cf. Borghesi, Bull. l. l.

5580. E · S · R [1]) ‖ IMP · CAES · FL · CONSTANTINVS ‖ MAX · GERM · SARM · GOT · VICTOR [2]) ‖ TRIVMP · AVG ET FL · CONSTANTINVS ‖ ET · FL · IVL · CONSTANTIVS ET FL ‖ CONSTANS [3]) ‖ OMNIA QVIDEM QVAE HVMANI GENE‖RIS SOCIETATE (sic) TVENTVR PERVIGILIVM CV‖RAE COGITATIONE CONPLECTIMVR SED PRO‖VISIONVM NOSTRARVM OPVS MAXIMVS (sic) ‖ EST VT VNIVERSAE VRBES QVAS IN LVMINIBVS PROVIN‖CIARVM HAC [4]) REGIONVM OMNIVM SPECIES ET FORMA DIS‖TINGVITVR (sic) NON MODO DIGNITATE (sic) PRISTINAM TENEANT ‖ SED ETIAM AD MELIOREM STATVM BENEFICENTIAE NOS‖TRAE MVNERE PROBEANTVR [5]) CVM IGITVR ITA VOS TVSCI‖AE ADSERERETIS ESSE CONIVNCTOS VT INSTITVTO ‖ CONSVETVDINIS PRISCAE PER SINGVLOS (sic) ANNORVM VI‖CES A VOBIS QVOQVE PRAEDICTIS SACERDOTES CREENTVR ‖ QVI APVT VVLSINIOS TVSCIAE CIVITATE (sic) LVDOS ‖ SCHENICOS (sic) ET GLADIATORVM MVNVS EXHIBEANT ‖ SED PROPTER ARDVA MONTIVM ET DIFFICVLTATES ITI‖NERVM SALTVOSA (sic) INPENDIO POSCERETIS VT

INDVLTO ‖ REMEDIO SACERDOTI VESTRO OB EDITIONES CELE‖BRANDAS VVLSINIOS PERGERE NECESSE NON ESSET ‖ SCILICET VT CIVITATI CVI NVNC HISPELLVM NOMEN ‖ EST QVAMQVE FLAMINIAE VIAE CONFINEM ADQVE CON‖TINVAM ESSE MEMORATIS DE NOSTRO COGNOMINE ‖ NOMEN DAREMVS IN QVA TEMPLVM FLAVIAE GENTIS ‖ OPERE MAGNIFICO NIMIRVM PRO AMPLITVDINEM ‖ NVNCVPATIONIS EXSVRGERE [6]) IBIDEMQVE HIS [4]) ‖ SACERDOS QVEM ANNIVERSARIA VICE VMBRIA DE‖DISSET SPECTACVLVM TAM SCENICORVM LVDORVM ‖ QVAM GLADIATORII MVNERIS EXHIBERE [6]) MANENTE ‖ PER TVSCIA (sic) EA CONSVETVDINE VT INDIDEM CRE‖ATVS SACERDOS APVT VVLSINIOS VT SOLEBAT ‖ EDITIONVM ANTEDICTARVM SPECTACVLA FRE‖QVENTARE [6]) PRAECATIONI HAC [4]) DESIDERIO VESTRO ‖ FACILIS ACCESSIT NOSTER ADSENSVS NAM CIVI‖TATI HISPELLO AETERNVM VOCABVLVM NOMENQ̄ ‖ VENERANDVM DE NOSTRA NVNCVPATIONE CONCES‖SIMVS SCILICET VT IN POSTERVM PRAEDICTA VRBS ‖ FLAVIA CONSTANS [7]) VOCETVR IN CVIVS GREMIO ‖ AEDEM QVOQVE FLAVIAE HOC EST NOSTRAE GEN‖TIS VT DESIDERATIS MAGNIFICO OPERE PERFICI ‖ VOLVMVS EA OBSERVATIONE PERSCRIPTA NE AE‖DIS NOSTRO NOMINI DEDICATA CVIVSQVAM CON‖TAGIOSE (sic) SVPERSTITIONIS FRAVDIBVS POLLVATVR ‖ CONSEQVENTER ETIAM EDITIONVM IN PRAE‖DICTA CIVITATE EXHIBENDORVM (sic) VOBIS ‖ LICENTIAM DEDIMVS SCILICET VT SICVTI ‖ DICTVM EST PER VICES TEMPORIS SOLLEMI‖NITAS EDITIONVM VVLSINIOS QVOQVE NON DE‖SERAT VBI CREATI (sic) E TVSCIA SACERDOTIBVS MEMO‖RATA CELEBRITAS EXHIBENDA EST ITA QVIPPE NEC ‖ VETERIBVS INSTITVTIS PLVRIMVM VIDEBITVR ‖ DEROGATVM ET VOS QVI OB PRAEDICTAS CAVSAS ‖ NOBIS SVPPLICES EXTITISTIS EA QVAE INPEN‖DIO POSTVLASTIS IMPETRATA ESSE GAVDE‖BITIS — Rep. a. 1733 Hispelli prope theatrum antiquum. Adami, *storia di Bolseno* II, p. 48; Murat. apud Calogerà vol. XI, p. 319, et in Thesauro Inscr. p. 1791—1794; Pococke, Inscr. ant. p. 75. Murat. spurium titulum esse declaravit, atque sententiam eius Orellius quoque secutus est (2170). Nuper Mommsenius egregie monumentum praeclarissimum defendit, ab eoque excitatus ipse mense Maio anni 1851 Hispellum adii, titulum in aedibus publicis asservatum facile repperi, cum exemplis Muratorianis contuli, ectypum chartaceum feci. Titulus autem in tabula marmorea praegrandi, litteris magnis proque aetate eius satis pulchris exaratus, si quis alius, genuinus est. De singulis luculenter Mommsenius disseruit, Anall. epigr. 9 (*Ber. d. S. Ges. d. W.* 1850, p. 199 sqq.), ubi vide.

1) *Exemplum Sacri Rescripti* ? Mor.; cf. *exemplum sacrarum litterarum*, C. Th. XVI, 5, 20. 2) GERM*anicus* . SARM*aticus* . GOT*icus* . VICTOR; minus bene Mommsen: GERM*anorum* cet. VICTOR. 3) De tempore, quo decretum factum est,

nihil aliud affirmare licet, nisi post mortem Crispi a. 326 occisi id scriptum esse. 4) pro AC; ita postea HIS pro IS. 5) pro PROVEHANTVR. 6) l. EXSVRGERET, EXHIBERET, FREQVENTARET; fortasse E et T nexu ligandae erant, cuius rei in archetypo frustra indicationem quaesivi. 7) cf. Or. 2170. — Tusciam et Umbriam, sub administratione unius correctoris s. consularis coniunctas, annua Vulsiniis concilia habuisse hoc titulo docemur, quibus ludi et munera gladiatoria a sacerdotibus edebantur, quibus *coronatis Umbriae et Tusciae* nomen erat. Et sacerdotes quidem singuli per *annorum vices* a singulis populis creabantur, semper autem Umbrorum sacerdoti Vulsinios proficiscendum erat, quum in Umbria ludos illos edere minime liceret. Quapropter ab imperatore Umbri petierunt, ut in civitate Hispellatium sibi ludos facere permitteret, civitati vero ipsi de gentis Flaviae nomine appellationem inderet. Id quod hoc decreto imperator concessit, ea tamen conditione adiuncta, ut ne aedis gentis Flaviae, quae ludorum causa aedificanda erat, paganis superstitionibus pollueretur. Itaque inde ab hoc tempore Umbri Hispelli, Tusci Vulsiniis ad ludos celebrandos convenerunt. Cf. Mommsen. l. l.

5581. PIISSIMAE · AC · VENERAVI‖LI · D · N · FAVSTAE · AVG ‖ VXORI D · N · MAXIMI ‖ VICTORIS · AVG ‖ CONSTANTINI *proc‖rEatric*I · 1) D · D · D · N · N · N ‖ CONSTaNTIS · 2) CONSTANTINI ‖ *e*T CONSTANTI · BAEA‖TISSIMORVM AC *felic‖ium caesa*RVM OR‖*do et populus surrentinorum*3) — Surrenti. Bull. Inst. Arch. 1845, p. 63, 13; corr. Mommsen, I. N. 2114. Novissimus Garruccius inscriptionem denuo edidit *Bull. Napol. nuova serie*, *anno* II, p. 53, cuius apographum secutus sum. Cf. 1074.

1) . . . ‖ . . PI, M. 2) Mommsenio sola S apparuit. 3) CONSTANTI . . . . ‖ . . . . IMORVM . . . ‖ . . . . . INI . . . VMI . OR, M. Quam maxime igitur desiderandum est, ut a viro epigraphices perito Garruccianae et Mommsenianae lectiones denuo cum archetypo conferantur. Id tamen constat, unicum hoc nobis superesse Faustae monumentum; quod post mortem eius positum esse *venerabilis* titulo Borghesius comprobavit, assentitus Garruccio, qui Constantis nomen ante nomina fratrum propterea collocatum esse voluit, quia Italiam tum Constans regebat. Quum vero neque probabile sit, vivente Constantino Magno titulum in honorem Faustae positum esse, neque Augustorum nomine filii in documento Surrentino ornentur, idem Borghesius inscriptionem eo tempore dedicatam esse suspicatur, quo mortuo patre filii nondum Augusti appellati erant. Decessit enim Constantinus XI kal. Iunias anni 337, filii autem V id. Sept. Augusti salutati sunt. Occiso deinde Constante Augusto, eius et matris nomina simul abrasa sunt. *Bull. Nap.* l. l.

5582. D N ‖ FL DELMATIO ‖ NOB ‖ CAES 1) — Darentiacae (*Saillans*). *Mémoires présentés à l'Académie des b. l.* II, 1849, p. 365.

1) Flavius Iulius Delmatius, Delmatii censoris filius, cos. a. 333, Caesar a. 335, tertio imperii anno occisus est; cf. Eckhel VIII, p. 103; Tillemont IV, p. 251. 259. 313 cet.

§. 38. CONSTANS, CONSTANTIVS. CETERI VSQVE AD GRATIANVM ET VALENTINIANVM II.

N. 1113 verba AB AEQVO M VII suo iure pro interpolatis Mommsenius habet; I. N. 6296b.

N. 1114 pro RECTORI Torremuzza, Inscr. Sicil. p. 41, n. 35 exhibet CVLTORI.

N. 1116 rest. Mommsen, *Anall.* 14 (*Ber. d. S. Ges. d. W.* 1850, p. 298) ex Anon. Einsiedl. ed. Haenel p. 122 (*Arch. f. Phil.* V, 1): FORVM . POPVLO . ROMANO . SVO . *dono* . *dederunt* ‖ DOMINI . ET . PRINCIPES . NOSTRI . *imppp* . *auggg* ‖ VALENTINIANVS . ET . VALENS . ET . *gratianus* ‖ CVRANTE . FLAVIO . EVPRAXI*o* V . C . *praef* . *urbi*.

N. 1117: Gratiani nominibus insere *victor*.

N. 1118: male confictus videtur esse ex n. 1117.

N. 1119, initio adde XXXXII ‖ ; v. 3 VALENTINAIN‖O „sic"; v. 5 AVGGG; v. 6 R P N; Kellermann apud Or. Anall. epigr. p. 36 ex apographo Krameri et Bunsenii.

N. 1121 sola Lupuli fide stat; cf. Mommsen, I. N. 1291.

N. 1123: Mur. 393, 5 ad Magnentium referendus est; cf. n. 5587.

5583. BEATITVDINE D · N · CONSTANTIS VICTORIS ‖ AC TRIVMFATORIS SEMPER AVG ‖ PROVISA COPIA QVAE HORREIS DEERAT ‖ POSTEAQVAM CONDENDIS HORREA DEESSE COEPERVNT ‖ HAC[1]) VVLC · RVFINVS · V · C · PRAEF · PRAET ·[2]) PER · SE · COEPTA ‖ IN SECVRITATEM PERPETEM REI ANNONARIAE DEDICAVIT — *Steinamanger.* Seidl, *Chronik d. archaeol. Funde* cet. III, 1847, p. 28.

1) l. *haec.* 2) Vulcatius Rufinus cos. a. 347 cum Eusebio, pr. pr. a. 349; cf. Gothofr. prosopogr. C. Th. s. v.

5584. PROPAGATO*ri orbis ac* ‖ ROMA*nae rei publicae* ‖ CONSTANTIO MAXIMO ‖ TOTO ORBE · VICTORI ‖ AC · TRIVMF · SEMP · AVG ‖ MEMMIVS · VITRASIVS ‖ ORFITVS · V · C · ITERVM ‖ PRAEF · VRB ·[1]) IVDEX ‖ SAC · COGN · TERT · D · N · M · Q · E — Fragmenta tria in Foro Romano effossa, quorum prius vv. 2. continens anno 1835 repertum est, alterum vv. 5. in Mus. Vat. exstat, tertium anno 1833 detectum est. *Arch. Intell. Bl.* 1835, 43.

1) Successor Flavii Leontii, qui a. d. IIII. kal. Nov. 356 fasces urbanos gerebat, ipse praef. usque ad d. certe IX kal. apr. 359; cf. Borghesi, *lap. Grut.* p. 16 (ex Actt. Acad. Taur. vol. XXXVIII).

5585. IMP · CAESARI ‖ GAIO · FABIO · (sic) *val* ‖ CONSTANTIO · P*io* ‖ FELICI · AVGVSTO · *or*‖DO · CVRIVM · SABI*no*‖RVM ‖ D · N · M · Q · E*ius* — Romae, Mus. Vat. Rep. prope Cures (*Fara*). *Nov. lett. Fior.* 1766, p. 93. Vidi ipse. Spectat ad Constantium Chlorum; cf. ad 5564.

5586. LIBERATORI ‖ ORBIS · ROMANI ‖ RESTITVTORI · LIBER‖TATIS · ET · REIPVB · CON‖SERVATORI · MILITVM · ET · PROVINCIALIVM · D · N ‖ MAGNENTIO · INVICTO · PRIN‖CIPI · VICTORI · AC · TRIVMFAT‖ORI · SEMPER AVGVSTO — Mil. rep. *Aquae sanctae* prope Asculum. Bull. Inst. Arch. 1845, p. 64, 16; cf. n. 1106.

5587. PROPAGATORI · ORBIS ‖ AC · ROMANAE · REI ‖ *pub · d · n · magnentio · m*AX ‖ VICTORI · AC ‖ TRIVMFATORI · SEMPER · AVG ‖ *fabius · titianus v · c ·*[1]) CONS · ORD ‖ PRAEF · VRBI · ITERVM ·[2]) IVDEX ‖ COGN · SACR · MAIESTATI · EIVS ‖ DICATISSIMVS — In aversa: FABIVS · FELIX ‖ PASIFILVS · PAVLINVS ‖ V · C · ET · INL · PRAEF ‖ VRBI · DEDICAVIT[3]) — A dextra: D · PRID · KAL · IVNIAS ‖ ARBITIONE · ET · LOLLIANO ‖ CONSS — Romae, rep. in thermis Titi a. 1589. Grut. 271, 4 et 1080, 1; corr. ex Cod. Vat. 5253, p. 165 Borghesi, *lapide Gruteriana* (ex Actt. Acad. Taurin. XXXVIII), p. 3. Alterum exemplum simillimum, cuius versus priores desunt, exstat in Mus. Cap., ubi ipse vidi (Mur. 393, 5).

1) Nomen rest. ex Mur. 393, 5. 2) Fuit praef. urbi annis 339 et 341, deinde, quum usque ad annum 350 pr. pr. Galliarum fuisset, sub auspiciis Magnentii denuo annis 350 et 351 praefectus urbem rexit, donec legatus ad Constantium de pace missus est. 3) Hunc titulum in duabus aliis basibus sculptum fuisse ex iisdem schedis Manutianis Borgh. eruit, l. l. p. 10. In earum altera *retro*, *sed inverso lapide* legebatur: DOMINO . NOSTRO ‖ PIISSIMO ‖ DIOCLETIANO ‖ INVICTO . AVGVSTO ‖ AEMILIVS . VICTOR . V . P . A . RAT ‖ D . N . M . Q . EIVS. — Quae porro a latere legitur dedicatio, ad annum 355 spectans, quum memoria Magnentii post mortem eius renovata esse non possit, ad inscriptionem Pasiphili referenda est, qui in praefectura Memmio Vitrasio Orfito primum praefecto successit; l. l. p. 12 sqq.

5588. NOBILISS · CAES ‖ D N · FL · IVLIANO ‖ ANNIVS · ANTIOCHVS ‖ V · P · CORRECTOR ‖ D · P · E[1]) — **Cannis. Mommsen, I. N. 631.**

1) *Devotus Pietati Eius* dubitanter M., fortasse titulum minus accurate descriptum AP . E*t cal.* exhibere suspicatus (?).

5589. CL · V · IVLIA‖NO[1]) PIO FE‖LICI SEM‖PER AVG‖VSTO ‖ BONO ‖ REI PVBL ‖ NA*to* — **In parte aversa tituli n. 5186. Garrucci,** *Iscr. di Salerno*, **p. 4.**

1) Editor notam V. pro nomine *Valerio* habuit, quamquam nullam neque in monumentis neque apud scriptores notitiam repperit, qua Iulianum ita nominatum esse constaret. Equidem lapide non inspecto de ea re diiudicare minime ausim; sed in monumento evanido pro CLA*V(dio)* facile CL . V legi potuisse censeo.

5590. DD · NN *magno* ‖ MAXIMO · *et* · *fl* ‖ VICTORI · *pp* · *ff* ‖ SEM*per* · *augg* ‖ *b* · *r* · *p* · *natis* ‖ *ccxi* — **Mil. Arimini in aed. Planci asservatum, in quo similes Constantini M. et Iuliani inscriptiones leguntur. Rest. Borghesi,** *Arco di Fano*, **Pesaro 1826.**

§. 39. THEODOSIVS MAGNVS EIVSQVE SVCCESSORES VSQVE AD FINEM IMPERII ROMANI. THEODORICVS REX CET.

N. 1126, v. 1 INCLYTAE; VENERANDE; v. 6 PRINCIPIS; v. 7 THEODOSII; v. 9 IVSTITIA . ET; v. 10 ORBIS . ET (sine *est*); v. 17 SEXIONE; vidit Mommsen, I. N. 642.

N. 1128, v. 1 S . Ꝩ; v. 2 SIO . FL .; v. 3 in. T; v. 4 in. STIS; v. 6 in. VS . EX; Lersch, C. M. I, 1; cf. II, p. 71*, ubi vocem PRAELIVS explicat *magister Privatarum Rationum* AELIVS. Malo: *magister* PR*ivatarum*.

N. 1134 extr. VRB. Vidi in Villa Mediceorum.

N. 1135 corr. a Marinio (G. di Pisa XIII, 291) ex cod. membr. card. Zeladae; a Mommsenio *Epigr. Anall.* 14 (*Ber. d. S. Ges. d. W.* 1850, p. 303); a de Rossi, *le prime raccolte d'antiche iscrizioni* (*Giorn. Arc.* CXXVIII), p. 121. Denique Mommsenius codicem Einsiedlensem denuo inspexit, quaeque prima manu in eo legebantur, enucleavit, lectionemque proposuit hanc, quam veram esse fere constat: IMPPP . CLEMENTISSIMIS . FELICISSIMIS . TOTO . ORBE . VICTORIBVS . DDD . NNN ‖ ARCADIO . HONORIO . THEODOSIO . AVGGG . AD . PERENNE . INDICIVM . TRIVMPHO*rum* ‖ QVOD . GETARVM . NATIONEM . IN . OMNE . AEVVM . DOCVERE . EXTI*ngui* ‖ ARCVM . CVM . SIMVLACRIS . EORVM . TROPAEISQ . DECORA*tum* ‖ S . P . Q . R . TOTIVS . OPERIS . SPLENDORE (*perfecto* ?) *d . d.* De singulis v. ll. ll.

N. 1138 corr. 4999.

N. 1144 cf. Mommsen, I. N. 2450.

N. 1154: exstabat Romae in D. Hadriani ad forum Romanum, nec merito puto Sponianam lectionem ab Orellio receptam, quum rectius Mur. ex Don. II, 44 titulum dedisse videatur.

N. 1155 cf. n. 5594.

5591. TIGRITI BENEMERIII (sic) IN PACE ‖ QVE VICSIT ANNOS · XXX ‖ MEN · II · DEPOSITA · VIII · KAL · ‖ IAN · DD · NN · TEVDOSIO · III ET · ‖ EVGENIO[1]) — Romae, in Mus. Vat., rep. in antiquo quodam Christianorum coemeterio. Ann. Inst. Arch. 1849, p. 307.

1) a. 393. Eugenius tyrannus in nonnullis tantum monumentis imperii occidentis consul cum Theodosio dicitur, cuius collega legitimus Abundantius fuit; cf. de Rossi, l. l.

5592. SALVIS D · D · N · N ‖ THEODOSIO ET PLACIDO ‖ VALENTINIANO ‖ P̄ · P̄ · AAVVGG[1]) ‖ FL · *al*EXANDER · CRESConIVS ‖ V̄C · PRAEF · ANN · VRB · ROME ‖ AD · oRNATVM · PORTICVS ‖ PLACIDIANAE · POSVIT — Ad portum Claudii (*Porto*) rep. 1822, inter rudera porticus et cum fragmento epistylii, in quo legitur: PLACIDIANAM · Nibby, *Dintorni* II, p. 620.

1) *Perpetuis* AVG*ustis*.

5593. NICOMACHO × FLAVIANO CONS × SICIL × VICAR AFRIC ·[1]) QVAEST · AVLAE ‖ DIVI THEODOSI ·[2]) PRAEF PRAET · ITAL · ILLYR ET AFRIC ITERVM[3]) ‖ VIRTVTIS AVCTORITATISQ SENATORIAE ET IVDICIARIAE ERGO ‖ REDDITA IN HONOREM FILII NICOMACHI FLAVIANI CONS CAMP ‖ PROCONS · ASIAE[4]) PRAEF VRBI SAEPIVS[5]) NVNC PRAEF × PRAET · ‖ ITALIAE · ILLYRICI ET · AFRICAE ×[6]) ‖ IMPERATORES CAESS × FL · THEODOSIVS ET FL PLACIDVS VALENTINIANVS ‖ SEMPER AVGG × SENATVI SVO SALVTEM ‖ CLARORVM ADQ · INLVSTRIVM IN REP · VIRORVM ADVERSVM CASVS CONDICIONIS ‖ HVMANAE INTERPOLATVM ALIQVATENVS ADSERERE HONOREM ET MEMORIAM ‖ DEFVNCTI IN LVCEM . . . .[7]) REVOCARE EMENDATIO QVAEDAM EIVS SORTIS ‖ VIDETVR QVAE PRAEIVDIC · · M · · · MVMQ · · · · · MENTVM[8]) VIRTVTVM EXSISTIMATVR ‖ BONO NOBISCVM PC[9]) . . . . OMINE[10]) INTELLEGITIS PROFECTO QVIDQVID IN RESTI‖TVTIONEM . . . . INIS[11]) INLVSTRIS ET SANCTISSIMAE APVT OMNES RECOR‖DATIONIS FLAVIANI SENIO*ri*S ADIMVS DIVI AVI NOSTRI[12]) VENERATIONEM ESSE ‖ SI EVM QVEM VIVERE NOBIS SERVARIQ · VOBIS QVAE VERBA EIVS APVT VOS FVISSE ‖ PLERIQ · MEMINISTIS[13]) OPTAVIT SIC IN MONVMENTA VIRTVTVM SVARVM TITVLOSQ · REVO‖CEMVS VT QVIDQVID IN ISTVM CAECA INSIMVLATIONE CONMISSVM EST PROCVL AB EIVS ‖ PRINCIPIS VOTO FVISSE IVDICETIS CVIVS IN EVM EFFVSA BENIVOLENTIA ET VSQ · AD AN‖NALIVM[14]) QVOS CONSECRARI SIBI A QVAESTORE ET PRAEFECTO SVO VOLVIT PROVECTA ‖ EXCITAVIT LIVOREM INPROBORVM NVNC SI APVT VOS ABVNDE CAVSAS PIAETATIS ‖ ADSTRVXIMVS ACCIPITE ALIVD QVOD DE VESTRIS IN ILLVM SENSIB ET PROVINCIĀR ‖ OMNIVM IVDICIIS MVNIAMVR QVIB · PER ILLVM LOCVPLETIORIS ADHVC REI · P ‖ BONA VEL ADSERVATA VEL ETIAM AVCTA TANTVM ET

APVT NOS REVERENTIAE CONTVLEǁRVNT VT · QVOD HODIE FACIMVS IN PECTORIB · ET SENSIB · VESTRIS ABSQ · INTERPELLAǁTIONE VLLA MEDIAE OBLIVIONIS FVISSE NOVERIMVS EX QVO QVIDEM IPSO NON MIN*us* ǁ MEMORIAE ILLIVS QVAM NOBIS P̄C̄ [9] SVPRA OMNIA PRAESTITISTIS VT NON INMERITO ǁ PATIENTIAE VESTRAE GRATIAS AGAMVS NE QVID ERGA RESTITVTIONEM HONORIS EIVS [15] ǁ ADMONITI POTIVS QVAM SPONTE FECISSE VIDEAMVR CVM ALIOQVI IPSE ETIAM DE INSTITVǁTIONE ILLIVS PROBATVS SAEPE NOBIS PARENTIBVSQ · NOSTRIS FLAVIANI FILI*i* [16] ǁ HONOR SEMIPLENVS ETIAM SVB PRAEFECTVRAE PRAETORIANAE APICE QVEM PROVIDE*ntia* ǁ ET INDVSTRIA SVA COTTIDIE AVGET DELATVS EXSISTIMETVR NISI INTEGER TANDEM ET ABS*q* · *ullo* ǁ *re*LIGIOSI MVNERIS DEBITO TOTIVS DOMVS EIVS FAMILIAEQ SIT · GAVDETE ERGO NOBI*scum* ǁ P̄C̄ OPTIMO IMPERII NOSTRI OPERE VT NOBISCVM RECOGNOSCITIS ET REDDITAM VOBIS E*t* ǁ PATRIAE SENATORIS EIVS MEMORIAM ET DIGNITATEM PROBATE CVIVS CONSORT*io* ǁ CLARIORES FVISTIS ET IN POSTERIS EIVS EADEM APVT NOS REVERENTIA VIGETIS ǁ APPIVS NICOMACHVS DEXTER [17] V̄C̄ EX PRAEF VRB [18] AVO OPTIM*o* ǁ STATVENDAM CVRAVI — In latere dextro: *dedicata* · · · · · SEPTB x ǁ *basso et antioc*HO V̄V̄ C̄C̄ · CONSS x [19] — Romae in foro Ulpio, basis magna litteris valde evanidis. Ann. Inst. Arch. 1849, p. 285; imaginem aeri incisam v. in tabula L eidem libro adiuncta. Luculento commentario instruxit I. B. de Rossi, l. l. — Alterum titulum eiusdem viri v. Or. 1188.

1) a. 377; l. l. p. 293 sqq. 2) circa a. 381 vel 382; p. 296. 3) praef. I fuit circa a. 382; praef. II circa a. 391 et 392; p. 296 sq. — Consul Flavianus a. 394 ab Eugenio tyranno nominatus est, quapropter, nomine eius e fastis publicis sublato, publicis certe documentis consul non dicitur, p. 300 sqq. 4) a. 383; p. 312. 5) formula insolita, qua ob primam praefecturam parum legitimam Flaviano ab Eugenio datam imperatores usi sunt; p. 317. Iterum praefectus ab Honorio Aug. circa annum 399 factus (p. 318 sqq.), tertiam praefecturam post annum certe 402 et ante a. 410 obtinuit (p. 334 sqq.) 6) a. 431. 7) *hominum*; de Rossi p. 286; cf. p. 348. 8) *praeiudicium summumque detrimentum* ? ibd. 9) *Patres Conscripti*. 10) *faustoq*. OMINE. 11) *honoris ac nominis*; p. 288; cf. p. 348. 12) Theodosii Magni. 13) His verbis editor Theodosium Eugenio devicto Romam venisse et in senatu verba fecisse confirmat, qua de re quae Zosimus (IV, 5) narraverat, recentes negarunt; cf. p. 353. 14) Nota titulum operis Nicomachi. Ceterum deest substantivum quoddam, ex quo genitivus *annulium* pendebat. 15) Flavianus senior cum Arbogaste ad partes Eugenii transgressus a Theodosio victore honoribus ac bonis privatus est. De morte eius parum constat; p. 352. Filio Flaviano Theodosius ipse patrimonium reddidit; Honorius eum in aulam arcessivit (p. 317), sed honor ei *semiplenus* erat, antequam patris quoque honores restituti essent. 16) Ita recte Cavedonius legendum esse proposuit; Bull. Inst. Arch. 1850, p. 159. De Rossi praetulit FILI*us*, omissaque esse suspicatus est vocabula *ei* et *fuerit*. [At qua ratione non *filius*, sed *filii honor* dici possit *de patris institutione probatus*, equidem non perspicio recteque ni fallor Rossius scriptorem sententias male consarcinasse iudicavit. Mommsen.] 17) Filius fratris cuiusdam Nicomachi iunioris; p. 360 sqq. 18) Praef. urbi post a. 427 et ante a. 431; pp. 330—347. 19) a. 431; cf. p. 324.

5594. Tituli Grut. 152, 8 (Or. 1155) duo exempla Mesae (*ad Medias*) in via Appia exstant versuum distributione verborumque compendiis

paullulum inter se differentia, quae Eduardus Philippi anno 1851 accuratissime descripta mecum communicavit: DN GLRSMVS ADQ · INCLYT REX THEODORICVS VICT AC TRI‖VMF SEMPER AVG BONO RP · NATVS CVSTOS LIBERTA‖TIS ET PROGATOR (sic) ROM · NOM · DOMITOR G'TIVM DECENNO‖VII [1]) VIAE APPIAE ID' [2]) A TRIP [3]) VSQ' TARRIC IT' ET LOCA [4]) QVAE ‖ CONFLVENTIB' AB VTRAQ · PARTE PALVD' PER OMN RETRO PRINCIP · ‖ INVNDAVERANT VSVI PVBCO (sic) ET SECVRITATE VIANTIVM AD‖MIRANDAM PROPITIO DEO FEL'CITE RESTITVIT (sic) OPERI ‖ INIVNCTO NAVITER INSVDANTE ADQ · CLEMENTISSIMI ‖ PRINCIP · FELICITER DESERVIENTE P'CONIIS EX PROSA‖PIE DECIORVM CAEC · MAV · BASILIO DECIO VC ET IN‖L' EX P' V EX PP O EX CONS ORD PAT · [5]) QVI AD PERPETV‖ANDAM TANTI DOMINI GLORIAM PER PLVRIMOS ‖ QVI ANTE NON ALBEOS DEDVCTA IN MARE AQ‖VA IGNOTAE ATAVIIS (sic) ET NIMIS ANTIQVAE RED‖DIDIT SICCITATI Ȩ [6])

1) Spatium novemdecim milium passuum paludis Pomptinae; cf. Cassiod. Var. II, 32 et 33. 2) *id est*; in altero enim exemplo IDE scriptum est. 3) TRIP*ontium* statio viae Appiae. 4) IT*er* ET LOCA? 5) EX P*raefecto* V*rbi*, EX P*raefecto* P*raetorio* O*rientis*, EX CONS*ule* ORD*inario*, PAT*ricio*; de hoc cf. Cassiod. II. II. 6) De nota Ȩ nihil equidem afferendum habeo. [Quod si novicia exempla sunt tituli deperditi, ut mihi videntur esse, quae descripsit Philippius, in archetypo pro nota Ȩ monogramma christianum ☧ vel ⳩ fuisse crediderim. MOMMSEN.] — In altero exemplo praeter distributionem diversam versuum haec varie leguntur: v. 1 THEDERICVSCVICT'; v. 2 VMF sine lineola supra posita; AVG'; RP'; LIB'TIS sic; v. 3 PRO‖PAGATOR; NOM'; G'TIVM; v. 4 IDE; VSQ . TARRIC IT; v. 5 PRINCIP; v. 7 FELICTE RESTITVIT; v. 9 PRINCIP FELIC; P .; v. 10 VC; v. 11 INL; EX PPO; ORD . PAT; v. 14 ATAVIS; v. ult. DIT SICCITATI litteris minoribus. Ȩ deest. Haec praesertim ob compendia verborum attuli.

5595. DIVO · PIO · SEVERO · PATRI ‖ IMP · CAES · M · AVRELI · SEVERI · ANTONINI ‖ PII · FELICIS · AVG · ARAB · ADIAB · PARTH · MAX · BRIT ‖ MAX · GERM · MAX · PONT · MAX · TRIB · POT · XVII · IMP · II ‖ COS · IIII · PROCOS · P · P, et: NVTV DIV FELICISS TEMPORIB · PIISSIMOR DOMI‖NOR NOSTROR IVSTINIANI ET THEODORAE ‖ AVGG POST ABSCISOS EX AFRICA VANDALOS ‖ EXTINCTAMQVE PER SOLOMONEM GLORIOSISS ‖ ET EXCEL*lentiss ex ma*GIS*t*RO MILITVM EX CONSVL PRAEFECT LIBIAE *provinciae* VNIVERSAM MAVRVSIAM GENTEM [1]) ‖ PROV*identia eius*DEM AEMINENTISSIMI VIRI THE‖VES*te colonia a f*VNDAMENT AEDIFICATA EST — Theveste in arcu triumphali. *Mémoires des Antiquaires de France* VII, p. 34; *Revue Archéol.* IV, p. 370; rest. Letronnius.

1) De bello a Solomone post profectionem Belisarii contra Mauros gesto cf. Procop. Vandal. II, 10—13. 19. 20.

5596. ☧ω SALVIS DOMINIS NOSTRIS XRISTIANISSIMIS ‖ ET INVICTISSIMIS IMPERATORIBVS ‖ IVSTINO [1]) ET SOFIA*e* AVGVSTIS HANC MVNITIONEM ‖ TOMAS EXCELLENTISSIMVS PREFECTVS FELICITER AEDIFICAVIT — *Tubursuk*, in porta ar-

cuata. Temple, *Excursions in the Mediterranean* II, app. n. 31; melius ex schedis Catherwoodii.

1) Iustinus II.

5597. † OPTIMO CLEMENTISSIMO *piissi*MOQVE ‖ PRINCIPI DOMINO N̄ *focae imperat*ORI ‖ PERPETVO A D̄Ō CORONATO TRIVMPHATORI ‖ SEMPER AVGVSTO ‖ SMARAGDVS EX PRAEPOS · SACRI PALATII ‖ AC PATRICIVS ET EXARCHVS ITALIAE ‖ DEVOTVS EIVS CLEMENTIAE · ‖ PRO INNVMERABILIBVS PIETATIS EIVS ‖ BENEFICIIS ET PRO QVIETE ‖ PROCVRATA ITAL · AC CONSERVATA LIBERTATE ‖ HANC STATVAM *maiesta*TIS EIVS ‖ AVRI SPLENDORE *fulgen*TEM HVIC SVBLIMI COLVMNAE *ad* PERENNEM ‖ IPSIVS GLORIAM IMPOSVIT AC DEDICAVIT ‖ DIE PRIMA MENSIS AVGVSTI INDICT · VND ‖ P̄C̄ · [1] PIETATIS EIVS ANNO · QVINTO [2] — Romae in basi columnae Phocae. Fea, *Anfiteatro Flavio* II, p. 63. *Beschr. Roms* III, 1, p. 271, ubi v. cett. Vidi ipse.

1) *Post Consulatum.* 2) a. 608; Fea, l. l.

CAPVT III.

HISTORIA LITTERARIA. STVDIA.

N. 1164 susp.; cf. Mommsen, *Inschr. v. Ameria, Ber. d. S. Ges. d. IV.* 1849, p. 267.

N. 1166, parti superiori sincerae Propertii nomen a falsario adiunctum est; cf. Haupt, *über d. Namen des Properz*, op. cit. p. 265.

N. 1168, v. 1 OLI; v. 2 IVV; v. 3 OLI; Mommsen, I. N. 2224. Consules sunt anni 37; Borghesi apud Avell. Op. II, p. 211 sqq.

N. 1172 rest. nuper Mommsenius in Annall. Inst. Arch. 1854, collatis inter se melioribus apographis, quae nobis conservata sunt; cf. l. l.

C . PLINIVS . L . F . OVF . CAECILIVS . *secundus . cos*
AVGVR . LEGAT . PRO PR . PROVINCIAE PON*ti et bithyniae*
CONSVLARI . POTESTA*t* . IN . EAM . PROVINCIAM . *Extra sortem ab*
IMP . CAESAR . NERVA . T*r*AIANO . AVG . GERMAN*ico . dacico missus*
CVRATOR . ALVEI . TI*b*ERIS . ET . RIPARVM . E*t . cloacarum urbis*
PRAEF . AERARI . SATV*r*NI . PRAEF . AERARI . MIL*itaris . pr . tr . pl*
QVAESTOR . IMP . SEVIR . EQVITVM *romanorum*
TRIB . MILIT . LEG *iii* GALLICA*e xvir . stli-*
TIB . IVDICAND . THERM*as ex HS . . .* ADIECTIS . IN
ORNATVM . HS . CCC *et statuis* (?), *amp*LIVS . IN . TVTELAM
HS . CC . T . F . I *amplius suo et* LIBERTOR . SVORVM . NOMIN*e*
HS IXVIIII LXVI DCLXVI . REI *publ. dedit, quorum inc*REMENT . POSTEA . AD EPVLVM . *pl*
EB . VRBAN . VOLVIT . PERTIN*ere annuos* X*̄v̄dc eo amplius* S . DEDIT . IN . ALIMENT . PVEROR
ET . PVELLAR . PLEB . VRBAN . HS *d . item bybliothecam et* IN . TVTE- LAM . BYBLIOTH*e*
CAE . HS . C̄

Borghesius, qui et ipse titulum restituit (*Barbul.* p. 19), exemplo ab Aldinio (*Marmi Com.* p. 107) proposito in errorem inductus est. — Quum Traianus cognomine *Optimi* careat, ante annum 113 titulus exaratus est; eo autem tempore Plinium in vivis non fuisse, nota T . F . I satis constat.

N. 1174, v. 2 SEMITA; v. 5 AD SVPEROS; v. 10 HILARVS; IPSE, Bull. Inst. Arch. 1831, p. 49.

N. 1175, v. 11 APELITI; in Graecis v. 3 *ΚΕΡΒΕΛΟϹ*; v. 7 *ΠΗΛΟΝ*; v. ult. *ΕΙΠΕ ΟΤΕ*. Vidi ipse in Villa Pamfilia; litterae Σ et Ω ita formatae sunt: *Ϲ*, W.

N. 1178, v. 7 MOES.; v. 8 IVRID . HISPAN . CIT . IVRIDIC . APVL cet.; v. 9 LABR; PLEB; v. 11 SPLENDIDISS. Mommsen, I. N. 1420.

N. 1179: de hoc titulo dubitavit Maff. A. C. I, 282, sed exstat in Mus. Vat., et sinceritas eius confirmatur inscriptione a Letronnio (*Inscr. de l'Egypte* II, p. 397, pl. XXXIII, 19) publicata: *ΑΡЄΙΟ ΟΜΗΡΙΚΟΥ ΠΟΙΗΤΟΥ ЄΚ ΜΟΥϹЄΙΟΥ*, cuius versus supra scripti ex Iliade et Odyssea sumpti et denuo compositi sunt. Fortasse etiam OVIDIANVS POETA (Grut. 446, 8) genuinus est.

N. 1182, v. 2 *cla*VDIO; v. 9 et 10 in. pro F errore E legitur. Titulus haud dubiae sinceritatis nunc in Mus. Borbonico asservatur. Mommsen, I. N. 6794.

N. 1184: ne de sinceritate dubites, noto, titulum in Seminario Nolano exstare; op. cit. 2007.

N. 1187, v. 10 MEMM. Romae, in villa Casaliorum, ubi v. Kellermann. Nomina in inscriptionibus honorariis casu plerumque genitivo (rarius dativo et accusativo vel nominativo) ceteris praemissa nihil aliud esse, nisi nomen quoddam principale et quo praecipue vir honorandus appellari solebat, multis exemplis Borghesius comprobavit; *dichiarazione d'una lapide Gruteriana*, p. 43 sqq. (ex Actt. Acad. Taur. XXXVIII).

N. 1188 corr. Kellerm. Vig. 118 et accuratius de Rossi, Ann. Inst. Arch. 1849, p. 291. Exstat in villa Casaliorum, ubi Symmachorum aedes erant. Cf. n. 5593.

N. 1197, v. 1 ATILI; OVF; Aldini, *Marmi Comensi*, n. 46.

N. 1203 susp.; cf. Mommsen, *Ztschr. f. gesch. Rechtsw.* XV, 3, p. 370.

5598. L · IVNIO · L · F · GAL ‖ MODERATO ‖ COLVMELLAE ‖ TRIB · MIL · LEG · VI · FERRATAE [1]) — Tarenti. Murat. 826, 5; Mommsen, I. N. 578.

1) „Etsi epigraphia Tarentina vulneribus apertis et caecis laborat tota movetque suspicionem titulus, qui scriptoris de re rustica nomina ostendit, tamen hunc titulum egregie tuetur C. L. Grotefend (*Ztschr. f. A W.* 1835, p. 179); Columellam enim natione Hispanum fuisse et commoratum esse in Syria, quod utrumque aliunde constat, convenit cum tribu Galeria Hispanorum propria et cum tribunatu legionis VI ferratae, quae tum in Syria stationem habebat." Mommsen l. l.

5715. L*i*BERO ‖ PATRI ET C*e*R‖*e*RI · HERCLIA‖*n*VS · ET · CERVABVS ‖ ROMANVS · AVGA ‖ ET · AVR · CRESTRO ‖ POSVERVNT — *Zalathna* in Transilvania. Bull. Inst. Arch. 1848, p. 184, ex apographo v. cl. Neigebaur, qui num nomina recte legerit, admodum dubito.

5716. ALFINIO FORTVNATO ‖ VISVS DICERE SOMNO ‖ LEIBER PATER BIMA‖TVS 1) IOVIS E FVLMINE ‖ NATVS BASIS HANC NO‖VATIONEM GENIO ‖ DOMVS SACRANDAM ‖ VOTVM DEO DICNPREF ‖ IPSE CASTRIS ADES ERGO CVM PANSCO 2) MEMOR ‖ HOC MVNERE NOSTRO ‖ NATIS SOSPITE MATRE ‖ FACIAS VIDERE ROMAM ‖ DOMNIS MVNERE HONO‖RE MACTVM CORONA‖TVMQVE 3) — Lambaese. Descr. quidam Francogallorum eo in exilium missorum, mihique dedit v. cl. A. Noël des Vergers.

1) Num ita dictus pro *bimater*? — Utut est, hoc certe constat, Liberum patrem cum Dionyso Semeles filio plane confundi. 2) De symplegmate agi videtur Bacchi et Panisci, cuius basin Alfinius renovaverat. 3) Nota sollemnem sacrificiorum formulam, in inscriptionibus, ni fallor, nunquam antea repertam. Domini ipse videntur esse Liber pater et Paniscus, quibus munere et honore, i. e. basi renovata et coronata, satis fecerat Alfinius.

§. 13. CERES.

N. 1492, spurius; cf. Borghesi, *Decad. num.* I, 8.

N. 1493, sine dubio spurius, quamquam Kellerm. apud Or. Anall. epigr. p. 37. nihil certi affirmare ausus est; v. in Mus. Vat.; *Cererem frugiferam* habes in titulo Grut. 26, 8 in civitate Nepesina adhuc exstante.

N. 1497, spurius; Mommsen, I. N. 738*.

N. 1498: Cumanum esse et Mommsenius I. N. ind. p. 459. docuit et demonstravi ego in *Münch. Gel. Anz.*

5717. CERERI ALVM · 1) OPT · MAX · S — *Voorburgi* Hollandiae, in margine lapidis molaris, *Rhein. Jahrbb.* IX, p. 21.

1) ALVM*nae*.

5718. CERERI ‖ VERT · 1) SAC ‖ BOVIA ‖ MAXIMA ‖ SACERDOS ‖ XVVIRAL 2) ‖ TAGAAT — Potentiae. Mommsen, I. N. 375.

1) VERT*umno*. 2) De sacerdotibus quindecimviralibus in cultu M. D. M. et Mithrae obviis cf. nn. 2199. 2328. 2329.

5719. M D M ‖ CERERIAE 1) ‖ V · S · FRVTICIA ‖ THYMELE ‖ M · STATINĪ · DORI — Ara Venetiis in Mus. Obitianum Cataii translata. Grut. 1010, 2; Mur. 1655, 4; corr. Cavedonius, *Indicaz. del Museo Estense del Catajo* p. 81, et Furlanettus, *lapidi patavine* n. 10; cf. Marin. Arv. p. 248.

1) cf. tit. Aquileiensem Or. 1521: AVGVSTAE . BONAE . DEAE . CERERIE . SACRVM (Bertoli, *AA. d'Aquileja* p. 107, n. 88), quem Maff., A. cr. lap. p. 476, cum hoc nostro ut spurium condemnavit. Marinius l. l. utrumque genuinum credidit. Titulus Obitianus et ipse ad Aquileiam referendus esse videtur.

§. 14. MATER MATVTA.

N. 1501, priores duos versus lectionis valde incertae esse iam Marinius, Arv. p. 627, declaravit. Illis omissis omnia recte se habent.

§. 15. CAELVS. TERRA. SATVRNVS. OPS.

N. 1503, vidi ipse in Mus. Cap., quapropter de sinceritate eius minime dubitare licet.

N. 1510, v. 1. DEO ALO; v. ult. VALERIVS. Defendit Labusius plurium vv. dd., qui viderunt, auctoritate; M. Bresc. n. 136. De cognomine ante nomen posito cf. ibd. p. 98.

5720. SILVANO ‖ TERRAE M · H 1) ‖ HERCVLI ‖ SACR ‖ PRO · SALVTE ‖ SVA SVA‖RVMQVE 2) ‖ IVLIVS ‖ GAIANVS 3) ‖ L · P — Apuli Transilvaniae. Bull. Inst. Arch. 1848, p. 179.

1) scr. MATRI. 2) scr. SVORVMQVE. 3) Titulum eiusdem hominis ibidem repertum habes l. l.; decurionem coloniae Sarmizegethusensis eum fuisse inde patet.

5721. TERRAE MATRI ‖ ABRACVRAE · 1) MA‖TRI · DEVM · MAG‖NAE · IDEAE ‖ POPILIA · M · FIL ‖ MAXIMA · TAVRO- ‖ BOLIVM · ARAM ‖ POSVIT · MOVIT ‖ FECIT — *Announah* Africae. Clarac, *Musée*, *Inscr.* pl. LXXII, n. 17; *Exploration de l'Algérie*, *Archéol.* pl. 168, 9.

1) Cl. AEPECVRAE; Expl. AERECVRAE. Correxit Renier, *Mélanges épigraphiques*, quem librum non vidi. Cf. n. 6042.

5722. TELLVRI · GENETRICI · RESPVBLICA CVICVLITANOR · TEMPLVM FECIT ‖ C · IVLIVS · LEPIDVS · TERTVLLVS · LEG · AVG · PR · PR · 1) DEDICAVIT ‖ SIMVLACRVM · DEAE · ACROLITHVM 2) · TĪ · IVLIVS · HONORATVS · PONT · FL · P · P · 3) DONO · DEDIT — Cuiculi (*Djimilah*). Clarac, l. l. pl. LXXIII, 18; *Exploration* cet. *Beaux arts* I, pl. 51; *Revue Archéol.* 1849, p. 194. Cf. n. 5344.

1) Legatus leg. III. Aug., cuius imperio provincia Numidia tenebatur. 2) In apographo Grabowii v. cl. a Gerhardo communicato legitur A.ONOLITHVM, i. e. MONOLITHVM. 3) FL*amen* P*er*P*etuus*.

5723. SATVRNO ‖ AVG[1]) ‖ T · FL · HONOR‖ATVS SACER‖DOS · · ST · · ‖ · · · · · · · · · PR ‖ · · · · · · · · ‖ · · · · · · · · · ‖ M CONSACRAVIT V S L M — Ibd. Clarac, l. l. pl. LXXI, 1.

1) Saturni cultus in titulis Africanis saepe commemoratur; cf. l. l. nn. 2—5; 7—9; 11; 12.

5724. Homo togatus stans, manum columnae imponens, in qua legitur: SALVV‖M — infra: CASSIA FLAVIA SYRIA MATER ‖ VOTVM SOLVIT SATVRNO REGI QVI ‖ MEO ROC SALVOS[1]) — Sitifi. *Exploration de l'Algérie*, *Archéol.* pl. 81, 1.

1) num MEOs ROgo SALVOS *faciat*?

§. 16. BONA DEA.

N. 1518, not. 1. expl. *Felix . publicus . Asinianus* cet.; cf. nn. 6108. 6109 cet.

N. 1519, spurius; cf. similes *Bonae deae* titulos Mur. 33, 5. 7. 8, Fabr. dedit ex schedis Vaticanis.

5725. C · AVILLIVS · DECEMBER ‖ REDEMPTOR · MARMORARIVS ‖ BONAE · DEAE ‖ CVM · VELLIA · CINNAMIDE · CONT ‖ V · S · L · M ‖ CLAVDIO · AVG · L ‖ PHILADES*p*OTO · SACERDOTE · POSITA ‖ DEDICATA · VI · KAL · NOVEMBRIS ‖ Q · IVNIO · MARVLLO · COS[1]) — Neapoli. Gervasio, *Iscr. Nap.* p. 32; Mommsen, I. N. 2588.

1) a. 62; Borghesius apud Gervasium p. 37; cf. Tac. Ann. XIV, 48.

§. 17. HERCVLES.

N. 1532, v. 4. CONSACRAVIT; v. 5. SAMMIVS; Mommsen, I. N. 1084.

N. 1534: quamquam Odericus ipse lapidem vidit, nihilo tamen minus Gruteri lectio VELDVMNIANVS vera est; monumentum ipsum exstat in Vaticano.

N. 1536: COMITI . CVSTODI, susp.; DIVO HERCVLI Labusio, *M. Br.* 103, male lectus esse videtur; PLACIDO, ex Boissardo, i. e. Ligorio; IVLIANO v. n. 1559.

N. 1540, spurius; Mommsen, I. N. 421*.

N. 1541, v. 7. — CORINTHAM; v. 12. K . IVN; v. ult. NON .; v. ipse in Mus. Cap.

N. 1544, spurium censeo, ex Boissardi schedis desumptum.

N. 1549, v. 3. IIII; v. 4. EQVITATAE; v. 5. TRIBVN . . MILITVM . . AS. Vidi ipse in horreis Vaticani Musei.

N. 1551, v. 4. PRAET; cf. Melchiorri, *Saggiatore* ann. III, vol. VI, p. 272; Viola, *Tivoli nel decennio* ecc. p. 279. V. ipse in aedd. publicis Tiburtinis. Expl. PRAET*oriis*. Falsum eius exemplum exstat in Mus. Vat.

N. 1552, spurius; Mommsen, I. N. 119*.

N. 1555, genuinus; vidi in Mus. Cap.

N. 1558: Mommsenio anaglyphum antiquum, inscriptio vero recens incisa esse videbatur; I. N. 958. Ceterum pro M . ANT legit MANI, qua lectione admissa nihil difficultatis mihi quidem videtur remanere, nisi ipsa forma litterarum falsitatem testatur.

N. 1559: de sinceritate tituli non plane mihi constat.

5726. HERCVLI ‖ BARBATO ‖ SACRVM ‖ M · HELLIVS ‖ SECVNDVS ‖ TVBICEN ‖ LEG · X · G · P ‖ F[1]) ‖ V · S · L · M — *Brohl* prope Coloniam Agr.; Lersch, C. M. III, n. 141.

1) Legionis X geminae piae fidelis.

5727. HERCVLI · VICTORI ‖ CERTENCINO[1]) ‖ M · AVREL · AVG · LIB ‖ ZOTICVS ‖ NOM ·[2]) A · CENSIBVS ‖ D · D ‖ GREGORIVS[3]) ‖ a latere dextro: DEDICATA ID · IA ‖ IVLIANO II ET · CRISPINo ‖ COS[4]) — Tibure. Bull. Inst. Arch. 1852, p. 14 et 54.

1) Nomen *Certenciini* fortasse de vico desumptum. 2) *Nomenclator*. 3) Nomen posteriore aetate adscriptum. 4) A. 977 = 224.

5728. HERCVLI · GALLICO · V · S · M ‖ *c* · AEMILIVS · C · L · ELEVTHER — Allifis. Mommsen, I. N. 4745. — *Herculem Gallianum* tituli Aesernini v. l. l. 5053.

5729. HERCVLI ‖ MAGVSAN‖*o* · SACRVM ‖ VAL · NIGRI‖NVS DVPLI[1]) ‖ ALAE TVN‖GRORVM — *Polmont* Scotiae. Stuart, *Caledonia Romana* pl. XV, fig. 9, p. 351.

1) DVPLI*carius*.

5730. AMICITIAE ‖ HERCVLIS ‖ NERIANI ‖ *i*N · FR · P · C · · — Venafri. Mommsen, I. N. 4610.

5731. HERCVLI ‖ TVTORI ‖ DOMVS ‖ NOVELLIANA — Capuae. Op. cit. 3579.

5732. HERCVLI ET ‖ SILVANO SA*c* ‖ TI · CLAVDIVS ‖ DIADVMENVS ‖ CELLARIVS FE*c* — Romae; vidi in horreis Musei Vaticani.

5733. M · P · VERTVLEIEIS[1]) C · F · ‖ QVOD · RE · SVA · D*if*EIDENS · ASPER*e* ‖ AFLEICTA — PARENS · TIMENS ‖ HEIC · VOVIT · VOTO · HOC ‖ *s*OLVTO — *de*CVMA FACTA ‖ POLOVCTA LEIBEREIS · LVBEN‖TES — DONV · DANVNT · ‖ HERCOLEI · MAXSVME ‖ MERETO — SEMOL · TE · ORANT · SE · *v*OTI CREBRO ‖ CONDEMNES — Sorae. Bull. Inst. Arch. 1845, p. 71; *Rhein. Mus.* 1846, p. 70 sqq.; Mommsen, I. N. 4495. Versus Saturnii interstitiis in ipso lapide indicati.

1) De nominativo plur. decl. 2. cf. quae attuli ll. ll.

§. 18. CASTOR ET POLLVX.

N. 1565: de eius sinceritate non plane mihi constat.

N. 1567, v. 2. HON . III; verba accentibus distincta sunt. Alterum exemplum n. 4235. Vidi in Mus. Vat. — Not. 3. expl. *Frumenti Publici*; cf. Ann. Inst. 1851, p. 160.

5734. CASTORI · ET · POLLVCI ‖ C ATEIVS · PECVLIAR ‖ PP · APOLLIN[1]) ‖ EX STIRPE · DVPIA[2]) ‖ FACIENDVM · CVRAVIT — In vico *Annecy* vetere prope oppidum *Annecy*. Bertolotti, viaggio in Savoia I, p. 129. [Hic sumpsit ex Beaumontio, de cuius fide ad inscr. Helv. n. 22 monui; titulus hic aut spurius est aut certe interpolatus. Mommsen.]

1) APOLLIN*aris*? Sed quid PP significet, nescio, quum *primipilarem* collegio Apollinarium addictum fuisse vix credam, *praepositum* autem *Apollinarium* legere non ausim, quia praepositi collegiorum non reperiuntur, nisi forte in n. 6476 exemplum eorum habemus. 2) l. *stipe dupla*.

5735. CASTO‖RIBVS ‖ AVG SACR — *Zalathnae* in Transilvania. Bull. Inst. Arch. 1848, p. 184.

§. 19. AESCVLAPIVS. HYGIEIA.

N. 1573, v. 2. ACTV; v. 3. ISOCHRYSVS; Mommsen, I. N. 6751.

N. 1574, v. 2. dele M; v. in Mus. Vat.

N. 1577, genuinus est; v. 1. AVG; v. 2. PIQVENT; versus aliter divisi. Rep. prope *Pinguente* Istriae, nunc in Mus. Estensi s. Obizziano Catatii. Furlanetto, *lap. pat.* p. 50; Labus, *lap. tergest.* Actt. Acad. Vindob. vol. I, p. 344, n. 13. Quae Or. non intellexit, expl. ADIECT*a* IVNIC*e*; cf. Mar. Arv. 212; Or. 1518.

N. 1580, not. 1. CO*n*S*ularis*; not. 2. nomen *phalangariae* solo titulo Grut. 391, 4 parum accurate a Mazocchio exscripto (cf. ad n. 3454), comprobatur; nescio, num littera P hoc loco pro *Posuit* accipi possit.

5736. CAESIA ‖ T · F ‖ SECVNDA ‖ BOATI[1] ‖ AESCVLAPIO — Salona in Mus. Spalat. translatus. Lanza, *lapidi Salon.* n. VII.

1) *Boatio* legit deque cognomine Aesculapii ab insula *Bois* deducto agi editor credidit; ego genitivo nomen mariti indicari censeo. *Boatius* quidam est apud Kellerm. Vig. III, 1, 6 et VI, 3, 12.

5737. AESCVLAPIO · SAC ‖ EX · VOTO · SVSCEPTO ‖ MISSI · HONESTA · MISS ‖ EX · COH · III · PR · 7 · GRADIVI ‖ Q · ROSINIVS · Q · FIL · POL ‖ SEVERVS MVTINA ‖ T · POPILIVS · T · F · ANI ‖ BROCCHVS ‖ CAESAR AVG — Romae. Vescovalius misit Borghesio.

5738. DEO · ASCLEPIO ‖ T · IVL · TITI · FILIVS · FABIA ‖ SATVRNINVS · PROCVRATOR ‖ AVGVSTORVM · DONO ‖ DEDIT — Treviris. *Rhein. Jahrbb.* VIII, p. 121.

§. 20. IANVS. PORTVNVS (s. PORTVMNVS.)

N. 1584, recte vv. 3. 4. SER ‖ AETOR; v. 5. TORQ; titulus Salonitanus nunc in aedd. Contarinorum Ateste adservatus genuinus est; v. Furlanettus, *M. d'Este*, p. 1; *Lap. pat.* n. XXIII.

N. 1585: qui Grutero dedit, Metellus imaginem modo monumenti descripsit in aedd. publ. Spoletinorum depictam; cui quae auctoritas sit, nemo non videt.

5739. IANO PATRI AVG · SAC ‖ M · AVRELIVS FELIX ‖ VOTVM SOLVIT ANIMO ‖ S · P · P · D · DEDICAVIT — Dianae. Hefner, *R. Inschr. mit Bemerk.*, *Algerien* VI (*Abhandl. d. k. baier. Akad. d. Wiss., phil. Cl.* V, 2).

§. 21. SILVANVS.

N. 1596 = n. 2518.

N. 1599 extr. V . M . L . P; Labus, M. Bresc. p. 75.

N. 1602: v. 2. IV; v. 4. HARMONIANO; Romae, in aedibus Corsettianis.

N. 1603, v. 3. PRAEF; Gough, *Additions to Camden's Britannia* III, p. 363.

N. 1604, vidit Donius; quapropter genuinum titulum censeo.

N. 1605, suo iure Mommsenius sincerum esse iudicat; I. N. 1393.

N. 1607, v. 1. SILVANO; v. 2. HERCVLI; v. ult. D . D . V. ipse in Mus. Cap.

5740. SILVANO ‖ CAESERIANENSI[1] ‖ TROPHIMVS ‖ ACT ‖ EX VOTO — Rep. in agro Beneventano ad D. Mariae *a Voto*, nunc in D. Mariae *a Toro*. Garrucci, Mon. Baeb. p. 18; *AA. de' Lig. Beb.* tab. II; Mommsen. I. N. 1394.

1) In tabula alimentaria Baebianorum fundi Caesaris commemorantur, sive *Caesariani*, *Caeseriani*, unde *Caeserianensis*, ut *familia Tironianensis coloni fundi Tironiani* appellantur; cf. n. 7224.

5741. In margine superiore: MANSTON (figura cruci similis) BALESRI ‖ S P · C T[1]) — In ipsa basi: VALERIA PROFVTV‖RA · ET MARCVS ‖ ANTONIVS HY‖METVS COM FI‖LIS SVIS DONVM DEDIT SANCTO SIL‖VANO CAMINE‖SI CLODIO ALEXAN‖DRI MANCIPE ‖ CASSIA DEVTERA — Romae in Mus. Cap. Guasco n. 34: v. ipse.

1) Litteras S S interpretare *Sancto Silvano*, vel *Silvano Sacrum*, nominibus Antonii et Valeriae immixtas et maiore tantum figura distinctas; litteras sequentes haud intelligo.

5742. *s*ILVANO ‖ CONSER‖VATOR*i* ‖ FELICISSI‖MVS · ACTO*r* ‖ D D — Sulmone. Mommsen, I. N. 5436.

5743. SILVANO ‖ CVSTODI ‖ PAPIRII — Romae, in villa Giraud; v. Borghesius. Cf. Mur. 69, 9 et Or. 1537.

5744. DIVO ‖ SILVANO ‖ L · ERINACIV*s* ‖ L · LIB ‖ PANTAGATHVS ‖ *v*OT · SOL · LIB · ME — In fundo *il Castellaccio* prope *Fontanellatum* territorii Parmensis. Ronchini, *cenni intorno ad un' antica iscrizione* cet. *Parmae*, 1842, 8.

5745. DIVO · SYLVANO ‖ PORTAE ROMANAE[1]) — Venafri. Mommsen, I. N. 753*.

1) Titulum spurium Borghesius (l. l.) indicat, quia Silvanus *deus*, non divus est; sed cf. tit. praecedentem.

5746. SILVANO ‖ DOMESTICO ‖ SACRVM — Apuli. Bull. Inst. Arch. 1848, p. 178; cf. Or. 1601; 4960.

5747. SILVA‖NO · ERBA‖RIO · SEP‖TIMIA ‖ CONSTA‖NTINA ‖ V · S · L · M — Budae. Labus, M. Bresc. p. 75, 1.

5748. SILVANO FLAVIORVM ‖ CASSIANVS · T · FLAVI · AVG · ‖ LIB · CELADI · LIBERTVS · FECIT · VNA ‖ CVM FLAVIS CASSIANO · ET · ‖ AMANDO · FILIS · INCHOATA ‖ ANTONINO · AVG · PIO · P · P ‖ DEDICATA · XV · K · APRIL ‖ SCIPIONE · ORPHITO · ET ‖ SOSIO · PRISCO · COS[1]) — Romae, in Mus. Cap. Guasco n. 33; Fabr. 473, XXIII; vidi ipse.

1) a. 902 = 149.

5749. SILVANO · I*nvicto* ‖ Q · CORNELIVS ‖ GENITIVOS ‖ DECVRIO · EX · SING[1]) ‖ V · L · M ‖ II · SILANIS COS[2]) — Budae. Labus, M. Bresc. p. 75, 2.

1) EX . SING*ulari*; minus recte Labus EX *equite* SING*ulari*. 2) Iunius Silanus et Q. Servilius Silanus cos. a. 189.

5750. SANCTO ‖ SILVANO ‖ RESTITVTORI ‖ VALERI ‖ EVPHRANIDES ‖ ET · PERGAMVS ‖ VILICI ‖ D · D — Romae. Amatius cum Borghesio communicavit.

5751. *silvano sancto sa*CRVM ‖ ATHE*nio se*XTI LATERANI ‖ LIB · ET · EVTYCHES · DISP ‖ MAGNE · DEVS · SILVANE ·

POTENS ‖ SANCTISSIME · PASTOR · QVI · NEMVS ‖ IDAEVM · ROMANAQVE · CASTRA ‖ GVBERNAS · MELLEA · QVOD · DOCILIS · IVNCTAST · TIBI · FISTVLA · CERA ‖ NAMQVE · PROCVL · CERTE · VICINVS ‖ IVNGITVR · AMNIS · LABITVR ‖ VNDA · LEVI · PER · ROSCIDA · PRATA ‖ TIRINVS · GVRGITE · NON · ALTO · NITIDIS · ARGENT‖EVS · VNDIS · ET · TENERAM · AB · RADICE · FERENS · SILVANE ‖ CVPRESSVM · ADSIS · HVC · MIHI · SANCTE · FAVENS ‖ NVMENQ · REPORTES · QVOD · TIBI · PRO · MERITIS · SIMVLACRVM ‖ ARAMQ · DICAVI · HAEC · EGO · QVAE · FECI · DOMINORVM ‖ CAVSA · SALVTIS · ET · MEA · PROQVE · MEIS · ORANS ‖ VITAMQ · BENIGNAM · OFFICIVMQVE · GERENS · FAVTOR · TV ‖ DEXTER · ADESTO · DVM · TIBI · QVAE · REFERO · QVAEQ · ARIS ‖ INCLVTE · REDDO · EX · VOTO · MERITOQVE · LIBENS · MEA ‖ DICTA · RESOLVO · ILLE · EGO · QVI · INSERVI · NOMEN · IN ‖ ARA · MEVM · NVNC · VOS · O · LAETI · BENE · GESTIS ‖ CORPORA · REBVS · PROCVRATE · VIRI · ET · SEMPER ‖ SPERATE · FVTVRVM ‖ · D · D · — In valle *Tritani*, olim Tirini fl., sub castro *Capistrani*. Marini, *Papiri* p. 332 ex apographo *de Costanzo* abbatis; eum secutus est Mommsen, I. N. 6016; Annal. Inst. Arch. 1834, p. 156, ex exemplo Carlii; Liberatore, *Opusc.* I, p. 112. Nuper tamen vidit et correxit Brunnius. Parva est columna, cuius in latere dextro: SILVA‖NO ‖ ET AVGVRINo ‖ COS ‖ XVI · K · APRIL legitur. Consules sunt anni 156.

5752. SANCTO ‖ SILVANO VO‖TVM EX VISO ‖ OB LIBERTATEM ‖ SEX · ATTIVS DIO‖NYSIVS SIG · CVM ‖ BASE D · P[1]) — In altari oratorii S. Ioannis *dell' acqua* in montibus Simbruinis, prope Sublaqueum. *De Costanzo*, *S. Rufino*, app. n. 141.

1) De *Peculio*, sc. servili, ut n. 4416 *de peculio*, sc. *militari*, vel *de proprio*, ut vult Borghesius apud Furlanettum, *Lap. pat.* p. 135.

5753. SILVANO SILVESTRI ‖ T · C · MAG‖O EX VOTO ‖ S · L · M — *Alcsuth*, in comitatu *Stuhlweissenburg*. Schmidl, *Oesterr. Blätter* 1846, p. 382.

5754. SILVANO · TETEO · [1]) SERVS · FITACIT · [2]) EX · VOTO · R [3]) — In quinque anaglyphis in civitatibus *Ruppertsberg* et *Rheinzabern* repertis, quibus eques repraesentatur armatus monstrum marinum aggrediens. *Rhein. Jahrbb.* II. p. 121, 122. [Cavendum est cum emptoribus tum antiquariis, ne decipiuntur promercalibus his figlinis Tabernarum Rhenanarum. Mommsen.]

1) TETTO in duobus ex quinque exemplis. 2) bis FITAGITI. — Ceterum dubito, num re vera TETTVS vel TETEVS dei, an dedicantis potius nomen sit: TETEO (vel TETTO) SERuVS FITACITi (vel FITAGITI) domini. De titulis votivis pluries repetitis cf. Lersch l. l. 3) *Restituit?*

§. 22. VERTVMNVS. FLORA. POMONA. PRIAPVS.

N. 1619, v. 2. SALASSVS; Mommsen, I. N. 686; cf. 687; Ann. Inst. Arch. 1848, p. 104, 3.

N. 1621, v. 2. CVRVLL sic.; Mommsen, I N. 122; Garrucci, *Iscr. di Salerno* n. 2.
N. 1626, spurius; I. N. 818*.

5755. . . . . ‖ . . . . ANVS ‖ . . . *pollucis et* CASTORIS DECVRIO ‖ . . . . INIANAE ‖ . . . . PHOR · FABER · ARG ‖ *vo*RTVMNVM ‖ . . . . . . IXIT · CVM · SVIS ‖ A ‖ . . . . EROS · F — Romae. Sarti et Settele, ad Dionysii opus de Vaticanis cryptis appendix, Romae, 1840, p. 62, tab. IX, 2.

5756. PRIAPO ‖ L · ARPINVS · L · F ‖ V · S · L · M — Albae Iuliae. Vernazza, Inscr. Alb. p. 70. [Hic quoque liber caute adhibendus est; fraudes videntur editori imposuisse. MOMMSEN.]

5756a. CVSTOS · SEPVLCHRI · PENE · DESTRICTO · DEVS ‖ PRIAPVS · EGO · SVM · MORTIS · ET · VITAI · LOCVS — Romae, rep. in sepulcro prope portam Latinam. Iahn, Specimen p. 27. n. 28; cf. p. 63 sqq. et Or. 1624.

5757. TI · CLAVDIO · NER · P · QVINTILIO ‖ VARO COS[1] ‖ L · OCTAVIVS · CHARITO · OPERIS (sic) ‖ FACIVNDO · PRAEFVIT · ET · PARIETEM ‖ SVPRA · ARCVS · DE · SVO · FECIT · ‖ SIGNV*m* *l*IBERI · ET · PRIAPISCI ‖ *pos*VIT — Telesiae, nunc *Solopacae* in hortis *Gugliae*. Mommsen, I. N. 4834.

1) A. 741 = 13 a. Chr. Est Ti. Caesar, qui postea imperavit.

§. 23. NYMPHAE. AQVAE. FONTES. FLVMINA. LACVS.

N. 1627: de Brittonibus et Britannis cf. Cardinali, *Dipl. VI*, et Borghesi, Ann. Inst. Arch. 1846, p. 315.

N. 1629: num PVB?

N. 1630: titulus, quem solis schedis Boissardi deberi credo, mihi suspectus est.

N. 1632: haud dubie genuinus; pro GRAECIVS, GRAECII I. C. RAECIVS, C. RAECII; cf. Furlanetto, *lap. pat.* p. 301, qui laudat Guarnieri Ottoni, *diss. epist.* p. 4. Ceterum ex *Arbe* insula maris Hadriatici lapis allatus est. Consul est Ti. Claudius Pompeianus gener M. Aurelii Aug., cos. cum Claudio Severo a. 173.

N. 1633: mihi quidem suspectus tum propter duo liberti cognomina et Corneliam, collibertam liberti Augusti, i. e. Augusti libertam, tum quia ex diario Gallettii titulus desumptus est, in quo multae inscriptiones falsae leguntur.

N. 1635: v. 5. in archetypo re vera IIIVIVM legitur, quod quin recte Marinius interpretatus sit, nihil dubium. In versu priore partis secundae legebatur olim: SALVTARIS REXTARAVIT, cuius vestigia satis clara adhuc apparent. V. ipse in Mus. Cap.

N. 1637: v. 4. pro littera C lege C. I, *clarissimus iuvenis*; vidit Furlanettus. Cf. Borghesi, in epistola ad Ortium data, edita in huius *Monumento antico che trovasi nella terra delle Stelle presso Verona*, p. 65.

N. 1638: nescio, quam ob caussam Orellius hunc titulum pro spurio habuerit.

N. 1639: Borghetti, non Aquilae: Mommsen, I. N. 5728.

N. 1647: suo iure Mommsenius, I. N. 2445, meliorem auctoritatem hunc titulum desiderare dicit, quam Summonti et Capaccii, quum, si qui alius, facile fingi potuerit. Quamquam nuper nummus Neapolitanus repertus est, in quo nomen eiusdem fluminis legitur (*Bull. Napol. nuova serie*, 1852, p. 17, tab. IV).

N. 1648: spurius; Mommsen, I. N. 230*, ex Pratillio, p. 465.

N. 1652: Labus, *Marmi Bresciani* n. 130, in extremo titulo legendum proposuit: Q. SAMICIVS. SV*ccessu*S. ITER*um*, ita ut Successus servus votum quidem solverit, libertus autem iterum solverit.

N. 1653: v. 1. L pro M; v. 2. VEREDIVS. Mommsen, I. N. 5481 ex Chaupy, *Maison d'Horace* III, p. 235, et schedis Avezzanensibus.

5758. Q · HORTENSIVS · HYMNVS · NYMPHIS || DIVINIS · V · S · 1) COMPOTE · FACTVS || L · A · 2) ET · CASCELLIA · || ARETHVSA || PERMISSV · TI · LATINI · PANDVSAE — Rep. Sutrii 1767, inde Romam allatus. Ephem. litt. Flor. 1769, p. 246.

1) Voti Sui. 2) Libens Animo.

5758a. NVMINI · AQVAE || ALEXANDRIANAE 1) || HANC · ARAM · NYMPHIS · EXTRVXI || NOMINE · LAETVS || CVM · GEREREM · FASCES · 2) PATRIAE || RVMORE · SECVNDO || PLVS · TAMEN · EST · MIHI · GRATVS || HONOS · QVOD · FASCIBVS · ANNVS || IS · NOSTRI · DATVS · EST · QVOD · SANC||TO · NOMINE · DIVES || LAMBAESEM · LARGO · PERFV||DIT · FLVMINE · NYMPHA — Lambaese, in nymphaeo. Renier, *premier rapport etc. (extrait des archives des missions scientifiques* 1853), p. 9.

1) In litura repositum. 2) Nota fasces magistratus municipalis.

5759. NYMPHIS GEMINIS SACRVM || C · FVFIVS GEMINI L || POLITICVS || IDEM AQVAM PERDVXIT — Firmi. Colucci, Antiqq. Picen. II, p. 160.

5760. · · · VIVS LEÍTVS NYMPHIS NITRÓDIS || VÓT · SOL · L · ANI 1) — Ex insula Ischia in R. Mus. Neap. allatus. Mommsen, I. N. 3514, ubi v. ceteros; cf. n. 5702.

1) Libens ANImo.

5761. NIMPHIS · AVG || PERCERNIBVS || T · GENGETIVS || DIONYSIVS || EX VOTO — Vasione. Bréton, *Ville de Vaison* p. 15.

5762. L · RANTIVS · L · F · TRO · LYMPHIEIS — *ΛΕΥΚΙΟΣ ΡΑΝΤΙΟΣ ΛΕΥΚΙΟΥ* || *ΥΙΟΣ ΝΥΜΦΑΙΣ* — In anaglypho ex insula Ischia in R. Mus. Neap. allato. V. Mommsen, I. N. 5323.

5763. LYMPH · VIRIB || Q · VIBIVS · SERENVS || V · S — *Villincino* in provincia Mediolanensi. Férussac, *Bull. des sciences* 1831, 17, p. 363.

5764. C · ACVLENVS · Q · F DE · · || C · TEVCIDIVS · N · F · LIL · · || IIII · VIR || AQVAM · VENTINAM · EX · S · C || CLVDENDAM · CELLASQ · FONTIS || ET · VENTINAE · ET VIRIVM · || FACIENDAS · CONCAMERAND || CVRARVNT · PROBARVNT || DEDICARVNTQVE — Pinnae in Vestinis. Mur. 468, 4; corr. Mommsen, I. N. 6112, qui vidit.

5765. NYMPHIS || ET || FONTIBVS || LEG · XX · || V · V 1) — *Great Broughton* in Britannia (*Chestershire*). Férussac, *Bull. des sciences* 1824, I. p. 52.

1) LEGionem XX Valeriam Victricem constat in Britannia castra habuisse.

5766. FONTIBVS || DIVINIS 1) || SACR || M · ANTONIVS || SP · F · STEPHON || V · S · L · M — „*In Valcamonica alla chiesa di S. Michele nella parrocchia di Berzo*". Labus, *M. Bresc.* n. 128; Grut. 1072, 7.

1) cf. FONTI . DIVINO Grut. 94, 6.

5767. APOLLINI · ET · NYMPHIS · DOMITIANIS · ‖ Q · CASSIVS · IANVARIVS · D D · — In vase argenteo rep. 1852 in ipsis aquis Apollinaribus; cf. n. 5210. Marchi, *la stipe tributata alle divinità delle Acque Apollinari*, tab. II, n. 2 et 2a.

§. 24. LARES. PENATES.

N. 1662. HA explica *Herculaneus Augustalis*; cf. 2679. 3933. 3934.

N. 1664: v. 1. COMPITALIBVS; v. Iulius Friedlaender v. c. in Mus. Casselensi.

N. 1665, cf. n. 5631.

N. 1668: v. 1. VOLCANO male antepositum; v. 3. DIVI . F male additum, quum in lapide IMP . CAESAR . AVGVSTVS legatur. Exstat in R. Mus. Neap., ubi v. Mommsen, I. N. 6764.

N. 1670: spurius; cf. Mommsen, I. N. 382* et Borghesi, Giorn. Arcad. 1832, LIV, p. 66 sq.

N. 1673: ex Civitate Plebis in Mus. Oddi allatus.

N. 1675 extr.: SAC . SAC . D; Gough, *Camden's Britannia* III, p. 302; num K . AVG ?

5768. L · MINICIO · PAVLLINO ‖ M · PAPVLEIO · LATRONE · Q · [1]) ‖ LAR · PVB · REPOSITI — Bononiae. Schiassi, *Guida al Mus. di Bologna*, p. 23.

1) Quaestoribus.

5769. *diis* · *p*ENATIBVS · SACRARIVM ‖ · · ANVS · PONTIF · MIN · [1]) PATRO*n* · · ‖ · · · T · REIQ · PVBLICAE · DO · · · — Praeneste. Petrini, Memorie I, 34.

1) MINor.

5770. DRACO · MAG · AEDICVLAM ‖ SIGILLA · ORNAMENTAQVE · OMNIA ‖ LAR · FAM · [1]) D · S · P · F · C · E*i*DEMQVE · DEDICAVIT — Anxani. Mommsen, I. N. 5289.

1) LAR*ibus* FAM*iliaribus*.

5770a. C · SALVIVS ‖ EVTYCHVS ‖ LAR · CAS [1]) ‖ OB REDIT ‖ RECTINAE NEP ‖ V · *s* — Larini. Ann. Inst. Arch. 1854, p. 25, n. 37.

1) LAR*ibus* CAS*anicis*; cf. 1600.

§. 25. GENII.

N. 1682: v. 5. C . IVL; v. ult. D . D . DE‖DIC . XIV . K . FEBR . ‖ M . CIVICA . BARBARO . M . ‖ METILIO . REGVLO . COS; Fea, *Fasti* 33. Cos a. 910=157.

N. 1691: v. 3. fortasse EX . ARG . P*(ondo)* V. P*(ecunia)* S*(ua)* P*(osuit)*.

N. 1692: v. 2. NEVIOD, fortasse errore eius, qui exscripsit; v. 4. INGENVS (?) BF . COS. *Istria* VI, p. 152, ubi versus aliter divisi sunt.

N. 1693: v. 2. BENEVENTAN; v. 3. SEPPIA; Mommsen, I. N. 1404.

N. 1694: quos pro duumviris Puteolanis Orellius habuit, Venuleius Apronianus et Sergius Paullus consules iterum erant anno 921 = 168; cf. Marini, A. A. p. 196. Ceterum Vignolius, qui aeri incisum titulum edidit, dedicationem omisit, quam errore a Como, qui Muratorio inscriptionem suppeditavit, adiunctam esse Gervasius suspicatus est; cf. *Iscriz. de' Luccei* p. 30, 2; Mommsen, I. N. 2466.

N. 1695, 2: intellige: OB H*onorem* M*agisterii* M*ercurialium*; cf. Borghesi, Bull. Inst. Arch. 1842, p. 101.

N. 1699 = 3458: titulus in litura repositus, ita tamen ut paucissima tantum vestigia litterarum deletarum appareant; v. 7. VALEREI ...... ET DALMATEVS; v. 8. *Fece*RVNT. Vidi in Museo Capitol.

N. 1709, rectius legitur ad n. 929, ubi vide; melius vero hic explicatur, nisi quod *beneficiarius consularis* intelligendus est.

N. 1710, v. 3: ARIMINES; Tonini, *Rimini* p. 292; cf. n. 7187.

N. 1711, v. 2: FAMILIAE; v. ult. DISP . D . D; v. ipse in Mus. Val.; cf. Kellerm. apud Or. Anall. epigr. p. 38.

N. 1712 = n. 49, ubi vide.

N. 1716, mihi suspectus.

N. 1719, genuinus; v. 1. DOMINOR; v. ult. adiungendus: TESTAMENTO . EX . HS . ∞ ∞. Ceterum ex Dalmatia marmor allatum est; cf. Furlanetto, *lap. pat.* p. 32, et Borghesi apud eundem p. 516; Labus, *M. Bresc.* p. 94.

N. 1726, v. 3. RELIQVIAE . ANNORVM . XVIIII . CONSECRATAE cet.; v. ipse in Museo Capitolino.

N. 1727, v. 3. corr. T . FLAVII; Borghesi, Ann. Inst. 1846, p. 324.

N. 1729, v. 1. DIGINIBVS; Lersch, C. M. I, 27.

5771. GENIO ‖ ANIGEMIO ‖ CVLTORES ‖ EIVS ‖ V · S · L · M — Celeiae. Seidl, *Epigr. Excurs.* IV, p. 31, n. 24; *Alterth. d. Oesterr. Monarchie* (*Wiener Iahrbb.* 1829 sqq.), n. 280; Bull. Inst. Arch. 1833, p. 45.

5772. DEOS CVRIALES[1] ‖ GENIVM · TI · CLAVDI ‖ CAISARIS · AVGVSTI ‖ P P ·[2] CVRIAE · ASERNIAE ‖ A · AVILLIVS · ACANTHVS · DICTATOR ‖ M · IVNIVS · EVTICHVS · DE · SVO POSVER — ES[3] — Caere Centumcellas translatus. Vidi ipse. Ann. Inst. Arch. 1846, p. 266.

1) cf. βουλαίους θεούς tituli Graeci (Ann. Inst. 1852, p. 194), et *deum scholarum* inscriptionis n. 5786. Sunt *dii curiae* vel *curiae conservatores*. 2) *Patris Patriae*; cf. Bull. Inst. 1849, p. 92; nam minus recte in Annall. l. l. notam interpretatus eram. 3) Litteras ES coniunge cum DICTATOR versus praecedentis. Quum Avillius dictator anni prioris antea solus in monumento legeretur, successor suum quoque nomen in eo exarandum curavit; id quod ipso nomine in litura reposito litterarumque vestigiis supra versum reliquis satis evincitur.

5773. I · O · M · ‖ ET · SOLI · DIVINO ‖ ET · GENIO ‖ VENALICI[1] ‖ Q · IVLIVS · MAXIMI ‖ LIB · FELIX · ‖ CVM · IVLIA ‖ Q · F · ROMANA ‖ CONIVGE · LIBENS · ANIM ‖ VOT · SOLVIT ‖ IMP · · · · · · CAESAR · AVG GER XII ‖ SER · CORNELIO · DOLABELLA · COS[2] — Romae, in Mus. Cap., ubi vidi. Grut. 5, 2; Guasco n. 6.

1) cf. 1947 et 1683. 2) a. 839 = 86; Domitiani nomen erasum est.

5774. GENIVS ‖ POPVLI ‖ ROMANI — Litteris quinti circiter saeculi legitur in saxo pavimento, ut videtur, olim inserto, anno 1853 ad sacram viam inter basilicam Iuliam et clivum Capitolinum effosso. Per longitudinem lapidis iisdem plane litteris inter duas phallorum figuras haec scripta sunt: ORFITE ‖ CINEDE QVI ‖ bIS PROMISITI (sic) PEDI‖CARE ET NON BITIDARE[1] — Exscr. ipse cum amicis de Rossi et Brunn.

1) Inscriptio ab homine quodam otioso in pavimento exarata (eiusmodi sive figurae sive litterae passim in basilica Iulia inveniuntur) ad genium populi Romani aureum

alludere videtur, quem Aurelianum in rostris posuisse scimus (Catal. imp. Rom. Vienn. apud Roncalli II, p. 246). — BITIDARE recte Bethmannus corrupte dictum esse coniecit pro *vis te dare*.

5775. GENIO · COLONIAE ‖ OSTIENSIVM ‖ M · CORNELIVS ‖ EPAGATHVS · CVRAT ‖ AVGVSTAL · ARGEN P X D D ‖ OB DEDICATIONE · EIVS ‖ VIRITIM · DEDIT · ✕ I · N ‖ IDIB · DEC · STLOGA · ET · SEVERO CoS [1]) — Romae, in Mus. Vat. Marini, I. A. p. 57, male; melius Fea, *Fasti* n. 28. Ipse correxi.

1) A. 894 = 141.

5776. *genio* · MVNIC*ipii* ‖ *s*AEPINATIVM ‖ *c* · NERATIVS · C · L ‖ EPINICVS · OB · ‖ HONOR · AVGVST ‖ S · P · F · C ‖ *e*T · OB · DEDICATIO*nem* ‖ EIVS · DECVRION*i*‖BVS · SING · HS · VI ‖ AVGVSTALIB · HS IIII ‖ PLEBI · VIRITIM · HS II ‖ DEDIT — Altiliae. Mommsen, I. N. 4918.

5777. GENIO ‖ DECVRION ‖ ET POPVLI ‖ T · POLLIONIV*s* ‖ T · F · LAETITIA ‖ *ex a*V*r*I LIBRA ‖ IN AVGVRAT*u* ‖ GRATV*it* · SIB*i* ‖ DEL*ato cu*M · LIB ‖ *et* FAMIL PVB — Brundisii. Op. cit. 450; Nov. Fior. 1784, p. 390.

5778. GEN · POP · PAG · IV [1]) ‖ BENEMER ‖ Q · PVB · ABASCANT*us* — Inzini agri Brixiani rep., nunc in Mus. publ. Brixiano. Labus, *M. Bresc.* n. 152.

1) GEN*io* POP*uli* PAG*orum quattuor*, Labus.

5779. GENIO ‖ CANDIDAT ‖ VEN · VICT · [1]) ‖ DAPHNVS ‖ COL · SAV · [2]) VI ‖ KAL · SEPTIMS ‖ NI · SAC · [2]) P · AEL ‖ SABINIANO — *Szomlathely* (Sabariae). Férussac, *Bull. des sciences* 1827, 1, p. 239.

1) CANDIDAT*orum*, VEN*eri* VICT*rici*. 2) COL*oniae* SAV*ariae*, sc. servus. 2) SAC*erdote*, nisi in litteris corruptis, quae praecedunt, M*agistrum* SAC*rorum* inesse mavis.

5780. GENIO · COM‖MERCI · ET · NE‖GOTIANTIVM ‖ PRIMITIVS [1]) ‖ IVLI · PROC · L · I · IxD ‖ COND · VIII · [2]) SER ‖ VIL · XX — Szöny. Mus. nat. Hung. p. 227, 14.

1) l. Primitivus. 2) l. PROC*u*L*i*. *ex* (?) COND*uctore*. Sed quid in numero VIII lateat, mihi non liquet.

5781. IDVS OCTOB GIINIO ‖ HOR N BRITTONVM [1]) ‖ A · IBKIOMARIVS · OPPI‖VS POSITTVM [2]) QVINTA‖NIISIS [3]) POSIT VII · · · [4]) — *Neuwied*. Steiner, I. Rh. 756; corr. I. Dan. et Rh. 949, ubi Lerschium C. M. III, 101 sequitur, cuius lectionem ego quoque recepi.

1) De his viri docti plane hariolantur, quamquam veram explicationem Borghesius iam proposuit (Ann. 1839, p. 138): GENIO HOR*reorum* N*umeri* BRITTONVM; cf. Grut. 75, 1; 109, 6; 7. 2) In his litteris fortasse minus accurate exscriptis nomen patriae Ibliomarii, vel agnomen quoddam ipsius inesse videtur. 3) Miles legionis quintae? 4) l. *posuit* . . . . — St. et L. legendum esse credunt v. 4. *pos*(u)*it*, *tum quintanesis*, i. e. qui eo tempore quintanensis erat; deinde: *positum*. Sed illud quidem inscriptionum indoli omnino adversatur.

5782. GENIO ‖ TABVLARI ‖ I · B · [1]) A · VIB ‖ MERCVRI‖ALS ·

LBRA ‖ V · S · L L M — Ibd. Steiner, I. Rh. 758; I. Dan. et Rh. 946; Lersch, C. M. III, 102.

1) LBrariorum; Borghesi, Ann. Inst. Arch. 1839, p. 132.

5783. IN · H · D · D ‖ GENIO · BF · COS · G · S [1]) ET ‖ LOCI · CONCORDI NR [2]) ‖ S (sic) I ·[3]) ARG · IV · I ·[4]) ADVENTVS ‖ BF · COS · IMP . . . . . ‖ . . AVG ·[5]) III · ET · BVRRO · COS [6]) V · S · L · L · M · ‖ TEM REST — *Altripp* prope Nemetas, nunc in Antiquario Spirensi. Iäger, *Jahresber. f. d. Pfalz* I, 1842, p. 36; t. 1, 3; Steiner, I. Dan. et Rh. 741.

1) GENIO . *BeneFiciariorum* CO*nSularis Germaniae Superioris*. 2) ita St. 3) St. notam S *pondo* significare proposuit, ita ut legendum sit AVR*i pondo* I, ARG*enti* IV. 4) *Iulius*? cf. n. 6246. 5) Commodi nomen erasum. 6) a. 181.

5784. IN · H · D · D · ‖ GENIO · PE‖REGRINOR · SEVERVS ‖ MELODAT [1]) ‖ D · S · D · D — *Marbach* Würtemb. Stälin, Würtemb. Gesch. I, n. 115; Steiner, I. Dan. et Rh. I, 32 cet.

1) Stälin: MEL . DAT .

5785. GENIO ET SIGNIS ‖ COH · I · F · *v*ARDVL ‖ C · R · EQ · M [1]) ‖ . . . . — Rochester, vel Richester, Northumb. Hodgson, *hist. of Northumberl.* I, 2, p. 142.

1) COH*ortis* I. *Fidae v*ARDVL*orum Civium Romanorum* EQ*uitatae Miliariae*.

5786. DEO SCHOLAR ‖ SEX FIRMIVS CHARITO ‖ EVNARIA · INIRGEVI . . . [1]) ‖ EX VOLVN̄T [2]) ET NVTV ‖ MITRAE FEC ET SANCTE I*n*STAVRAVER ET CANCELLIS ‖ CIRCVMDATIS EX VISO ‖ N · M · QVE · EIVS · D · D — *S. M. di Capua* in hortis Teti, columna satis alta, scripta litteris fugientibus. „Descripsi, ut potui"; Mommsen I. N. 3574

1) *s*YN*e*RGE V*xor*? 2) EX VOLVNT*ate*.

§. 26. FORTVNA.

N. 1739: spurius; cf. Kellerm. Or. Anall. epigr. p. 38, qui auctorem laudat Gerhardum, qui monumentum inspexit.

N. 1743: rep. Arnae.

N. 1747: apud Murat. 82, 3 Ligorio tribuitur; spurius igitur est.

N. 1748, extr. notae vix bene exscriptae; Orellii L*ibens*S certo admitti nequit. Pro APPIANVS quoque scr. APPIANIVS.

N. 1749: auctoritatem schedarum Ursini, qua sola hunc titulum commendari credo, parum sufficere puto ad sinceritatem eius tuendam.

N. 1753: Apianus p. 187, ex quo Gruterus titulum desumpsit, legit in fine eius: SALVTA ‖ POLYBII F LIBERALIS . PATR ., quod male Grut. correxit. Legendum est: SALVT*e* POLYBI F *(ilii)* E *(et)* LIBERALIS PATR*(is)*, vel POLYBII E LIBERALIS PATR*(onorum)*.

N. 1754, v. 1: FORTVN . PRAETORIAE ‖ SACRVM; v. 4. C N; EPAGATVS; v. 5, CVRATOR. Kellerm. apud Or. Anall. epigr. p. 38. V. ipse in Mus. Vat. — Titulus anno 1640 una cum statua Fortunae repertus est, quum fundamenta ecclesiae cathedralis Tiburtinae ponerentur; Cabral e del Re, *Ville di Tivoli* p. 12.

N. 1755, v. 4: fortasse FLACCINIVS?

N. 1761: spurius, sola videlicet Boissardi auctoritate firmatus.

N. 1762, apud Grut. 78, 2 ita legitur, ut verba LARI . VIALI desiderentur; quam-

quam interpolatum titulum esse affirmare non ausim, quum *Lares viales* in aliis quoque monumentis commemorentur; cf. 1894.

N. 1764: Hagenbuchii interpretatio parum felix, ipse autem titulus male certo exscriptus.

N. 1767 = 5024, ubi tamen minus bene legitur; male quoque Steiner, I. Rh. 768; corr. Lersch, C. M. II, 18, et ex eo Steiner, I. Dan. et Rh. 1006. cf. C. M. III, p. 115. Ante CALVINIANVs adde L; v. ult. G I I I I || . . . i. e. *legatus Aug. pr. (pr.) provinc. Germaniae Inferioris*, vel fortasse INF. Ceterum in fine versuum litterae aliquot nunc desiderantur. Overbeck, *Catal. des Rhein. Mus. vaterl. Alterth.* n. 89. penultimum versum ita exhibet: LEG . AVG . PR . . . , in fine vero tituli legit G II . .

N. 1768 = 1886: Romae.

5787. BONA · FORTVNA · DOMINAE || REGINAE ·[1]) IN · MVLTOS · AN||NOS · FELICITER · VENIT || E · VRBE · MENSE · APR · DIE · XVIII · TACI||TVS — *Ouady-Sofra* Aethiopiae. *Revue Archéol.* I, 9, p. 577.

1) Regina quaedam Meroës (l. l.); neque tamen de lectione tituli mihi satis videtur constare.

5788. FORTVNAE || CONSERVA||TRICI · PRO || SALVTE · MARCI || AVRELI IVLI V C || AVGVRI · PRAESI||DI · PROVINCIAE || DASSIVS · NO||TARIVS || VOTVM SOLVIT — Salonae. Lanza, *lapidi Salon.* n. VIII.

5789. FORTVNAE · OPSE*quenti* || P · PEILIVS · L · F · C · CALVIVS · P · F || CENS — Corae, litt. vetustis. Ann. Inst. Arch. 1846, p. 260.

5790. FORTVNAE DVCI — Telesiae. Mommsen, I. N. 4831.

5791. *cn* · *ca*ESIVS · ATHICTVS || *caesia*E · SABINAE · SACER*d* || *fortunae re*DVCIS · SCHOL · COL||*lapsam* · *for*TIS · FORTVNAE A SOLO *cla*VSIT · STATVIS*q* · *ornavit* — Veiis. Nibby, *Dintorni di Roma* III, p. 416.

5792. FORTVNAE || SVPERE || AVG || SACRVM || CVM AEDE || V · S · L · L · M — Apuli Transilvaniae. Bull. Inst. Arch. 1848, p. 180.

5793. FORTVNAM || SVPERAM · HO||NORI · AQVILAE || LEG · XXII · PR · P · F · M || MINICIVS · M · FIL || QVIRINA · LINDO ·[1]) MAR||TIALIS · TRIB · LEG · EI||*usdem* · · · · · · — Mogontiaci. Steiner, I. Rh. 427; I. Danub. et Rh. I, n. 370.

1) *Lindus* Rhodi, *Lindum* Britanniae civitas.

5794. FORTVNAE || VERVNIENSI[1]) || IMPER · OCTAVIA || QVINTA · L · L · P — Aquileiae. *Alterth. d. Oestr. Monarchie* (*Wiener Jahrbb.* 1829 sqq.), n. 204; Bull. Inst. Arch. 1833, p. 42; Zandonati, *Guida d'Aquileja* p. 208, n. XXXVIII.

1) Kellerm. (Bull. l. l.) corrigendum putat VIRVNENSI, vel VERONENSI; Cardinalius autem (*Dipl.* 539) scribit VERONENSI.

5795. FORTVNAM VICTRICEM CVM SIMVLACRIS VICTORIARVM || *ex* INFREQVENTI ET INCVLTO LOCO IN ISTA SEDE PRIV*ata* || *proc*ONSVLATV QVARTO[1]) INSIGNI AVRELI ARISTO-

BVLI ‖ *e*T ORNAT*a* · PROVISIONE GLORIOSI MACRINI SOS ‖ · · · · LEG · · · QVARTO · IVLIVS RVSTICIA‖*nus ci*VIS ET CVR · KALAMENSIVM SPLENDID ‖ · · · VR · · *co*NST*ituit* 2) ET LOCAVIT P · · 3) — Calamae. *Excursions dans l'Afrique septentrionale*, n. 22; paullo accuratius *Exploration de l'Algérie*, *Archéol.* pl. 183, 3; *Journal des Savants* 1837, p. 713.

1) i. e. anno quarto proconsulatus eius. 2) . . MST . . . . , Expl. 3) P *p*? = *permissu proconsulis*?

5796. FORTVNAE ‖ BALNEARI ‖ T · POMPEIVS ‖ PEREGRINIANVS ‖ PRO SALVTE SVA ‖ ET SVORVM ‖ DICAVIT — In ora Asturiae haud longe a mari, in parochia S. Ioannis *de Tremañes* prope *Gijon*. *Mem. de la R. Acad. de la historia* VII, 1832, p. 22.

5797. FORTVNAE ‖ BAL · VERVL ‖ C · HOSTILIVS ‖ AGATHOPVS ‖ D · D — Romae, in vinea Alteriorum quae *casa tonda* dicitur. Bull. Inst. 1850, p. 178, 11; v. ipse.

§. 27. FATA. PARCAE. BONVS EVENTVS. NEMESIS.

N. 1773, v. 1: FATA*bus*; v. 2. M. NO*nii*; v. 3. MVCIANI *Cos*; v. 4. PRAEDIORVM; v. ult. FVNDI; Tartarotti, *Mem. ant. di Rovereto* p. 52; cf. Labus, *M. Bresc.* n. 141, qui quamquam suum apographum a Giovanellio confectum Tartarottiano praefert, ego tamen hoc secutus sum, eo tempore factum, quo aliquot litterae in lapide exstabant, quae hodie desunt.

N. 1774, v. 3. RVFINVS; Labus l. l. n. 140. Ceterum suo iure Orellium pro nomine ἐπιχωρίῳ cognomen *Dervonum* vel *Dervonnarum* habere, hoc titulo mihi quidem satis probatur: *m*ATRONIS ‖ DERVONNIS ‖ RVFINIVS ‖ APRONIVS ‖ V. S. L. M — In territorio Mediolanensi; Labus, l. l. p. 101.

N. 1789, recte Or. contra Hagenbuchium.

N. 1790, v. 9. COH. I; v. ult. L̄. L̄., Kellerm. Vig. 119, vidi ipse in Mus. Vat.

N. 1791: lapis sincerus in Mus. Vat. asservatur, ubi vidi; v. 2. SANCTE; v. 6. VRB; a latere dextro. DED ‖ KAL. IAN — Kellerm. Vig. 182, et Or. Anall. epigr. p. 38. OPT. KARC recte explicatur OPT*io* KARC*eris*; cf. Kell. Vig. p. 19, et nostrum n. 6808.

5798. DEO ‖ MAGNO ‖ ET FATO ‖ BONO ‖ VAL · VALENS · ‖ V · P · PRAEFECT · ‖ CLASSIS · MIS · ‖ P · V · GORDIANAE ‖ VOTVM SOLVIT — *ΘΕΩ ΜΕΓΙϹΤΩ ΚΑΙ ΚΑΛΗ ΜΟΙΡΑ ‖ ΟΥΑΛΗϹ · ΑΡΧΩΝ ΛΑΧΩΝ ΕΠΑΡ‖ΧΟΝ ΜΕΙϹΗΝΩΝ ϹΤΟΛΟΥ ΕϹΤΗ‖ϹΑ ΒΩΜΟΝ ΕΚΤΕΛΩΝ ΕΥΧΗΝ ‖ ΕΜΗΝ* — *Pietrabocca*, prope portum Miseni. Mommsen, I. N. 2649; C. I. Gr. 5794 cet. Inscriptio in quattuor lateribus arae repetitur cum lectionis varietate, quam hic afferre parum attinet. Est iam apud Or. 3596.

5799. FATAB ‖ DEICO ‖ DIEI · F ‖ V · S · L · M — *Botticino Sera*, agri Brixiani. Labus, *M. Bresc.* n. 142.

5800. BONO ‖ EVENT · AVG ‖ SACR ‖ P · AEMILIVS ‖ GEMEL*lus* ‖ V̄Ī · VIR · AVG — Illurone (*Metarò*). Lazarus Don, Inscr. in Catalaunia post Finestresium repertae, p. 4.

5801. *ΜΕΓΑΛΗ ΝΕΜΕϹΙϹ · Η ‖ ΒΑϹΙΛΕΥΟΥϹΑ ΤΟΥ ΚΟϹΜου* ‖ MAGNA · VLTRIX · REGINA · VRBIS 1) ‖ EX VISV ‖ HERMES ·

AVG · LIB · VILICVS ‖ EIVSDEM · LOCI · ARAM · ET ‖ CRATERAM CVM BASI BICAPITE ‖ D · D — In Museo Vaticano, v. ipse; Martorelli, teca calamaria p. 438.

1) sic pro *orbis*.

5802. *ΔΕCΠΩΙΝΗ ΝΕΜΕCΕΙ* ‖ *ΚΑΙ CΥΝΝΑΟΙCΙ ΘΕΟΙCΙΝ* ‖ *ΑΡΡΙΑΝΟC* ‖ *ΒΩΜΟΝ* ‖ *ΤΟΝΔΕ ΚΑΘΕΙΔΡΥCΑΤΟ* ‖ IVSTITIAE NEMESI ‖ ATIS[1]) QVAM VOVERAT ARAM ‖ NVMINA SANCTA COLENS ‖ CAMMARIVS POSVIT — Marsilj, opera Danubiale II, p. 102.

1) *f*ATIS, quae optime in eadem aede cum Nemesi coniunguntur.

5803. IN H D D ‖ ADRASTIAE[1]) ‖ COLLEG ‖ VTRICLARIORVM — Ara rep. inter Nikhaza et Deményháza Transilvaniae. Bull. Inst. Arch. 1848, p. 56.

1) Primum, quod equidem sciam, exemplum tituli Latini Adrasteae dicati.

§. 28. EPONA. MEFITIS. FEBRIS. DII CERTI cet.

N. 1793, v. 3. RESTITVIT; v. ult. MVLLIS; Kellerm. apud Orell. Anall. epigr. p. 38; v. ipse in Mus. Vat.

N. 1794, v. 2. l. ALA . I . SING . P . F . C . R ., i. e. *singularium pia fidelis civium Romanorum*; cf. quae de his exposui in Ann. Inst. 1850, p. 7.

N. 1797, v. 1. LIB; Kellerm. ibd.

5804. IN · H · D · D ‖ DEAE EPONAE ‖ IATIVCIVS ‖ VECTISSVS ‖ D · D — Ad turrim *Stumpfe Thurm* in via Bingio Treviros ducenti. *Rhein. Jahrbb.* III, p. 47; cf. n. 5238. 5239.

5805. IN · H · D · D ‖ DEO CAPRION*i*[1]) ‖ L TEDDIATIVS ‖ PRIMVS — *Mürlenbach. Rhein. Jahrbb.* II, p. 120.

1) fortasse caprorum deus?

5806. FINIBV*s* · ET ‖ GENIO · LOCI ‖ ET · I · O · M · MILIT ‖ LEG · XXX · V · V[1]) ‖ · · · MASSIANI‖VS · SECVNDVS ‖ ET · L · AVRELIVS ‖ DOSSO ‖ V · S · L · M — *Fornich* prope Antonacum. Steiner, I. Rh. 749; I. Dan. et Rh. 976.

1) *Ulpiae victricis.*

5807. LVPAE · AVGVSTAE ‖ L · VISELLIVS · EVANGELI ‖ LIB · TERTIVS ‖ *vi vir* AVG — Baetulone. L. Don, Inscr. in Catalaunia post Finestresium repertae, p. 4.

5808. MEFITI ‖ SACRVM — Potentiae. Mommsen, I. N. 378.

5809. MEFITI · FISICAE — Grumenti. Op. cit. n. 307.

5810. MEFITI · VTIANAE ‖ SACR ‖ M · HELVIVS · M · F · POM ‖ CLARVS · VERVLANVS · PRISCVS ‖ AED · IIII · VIR · Q · QVINQ · FLAMEN ‖ ROMAE · ET · DIVI · AVGVSTI · CVRATOR ‖ REI · PVBLICAE · POTENTINORVM ‖ D · S · P — Potentiae. Op. cit. 376; Mur. 1073, 2 cet.

5811. ATILIA · SYNTYCHE ‖ PRO · T · ATILIO · PAVLLO ‖ AVXILIS ‖ V · S · L · M — Mutinae. Bull. Inst. Arch. 1846, p. 28.

§. 29. ROMA. NVMINA AVGVSTA. HISTRIA. DACIA.

N. 1802: nota, titulum in fine versuum mutilum esse; v. 2. autem terminatur voce DELPHICVS.

N. 1803: Mommsenio merito suspectus; *Ztschr. f. gesch. R. IV.* XV, p. 354.

NVMINI · DIVORVM · AVGG cett. v. n. 5208.

5812. CARMINIA · L || F · PRISCA || HISTRIAE · TERRAE || V · S · L · M — Parentii. *Istria* I, 1, p. 1.

5813. DACIIS || TRIBVS[1]) ET || GENIO LEG XIII G || M CAELIVS || IVLIANVS || TR L C D D[2]) — Apuli. Bull. Inst. Arch. 1848, p. 152.

1) De Dacia in tres partes divisa cf. n. 6763. 2) *Locus Concessus Decurionum Decreto.*

§. 30. ANNONA. CONCORDIA. FIDES. LIBERTAS CET.

N. 1815, extr. Don. et Mur. V . F; ceterum prior tituli pars, nisi interpolata, certo male lecta est.

N. 1817, a Muratorio 125, 7 ex Ligorio datus, ipsi Marinio suspectus est; cf. A. A. p. 809.

N. 1819, Puteolis tribuit Mommsen, I. N. 2587; fieri tamen possit, ut Paestanus sit; cf. 1818.

N. 1820, mihi certe suspectus: Grut. e Zamoscio dedit, qui Grut. 37, 11 imitatus esse videtur. Neque ea aetate, qua monumentum factum esse fingitur, cognomine Septimius carere potuit.

N. 1821: cognomina Iovis eiusmodi sunt, ut, num recte descripta sint, dubitemus.

N. 1822: Fabr. ex schedis Barberinis; merito igitur de sinceritate tituli dubitare licet, in quo et hominis nomina et ipsa dea suspicionem movent.

N. 1823: notes velim, compendia litterarum, qualia sub finem tituli leguntur, nunquam in inscriptionibus Latinis inveniri; ex schedis igitur Bimardus apographum desumpsit, quod cum Muratorio communicavit.

N. 1825, exstabat Romae in Capitolio. Numeros corr. ex Anon. Einsiedl., qui legit COS . III . Idem rectius: TI . CLAVDIVS . CAESAR . AVG . GERMANICVS . PONTIF . MAX . TRIB . cet.

N. 1828: suspectus; nomen enim VICINIA CAPERENSIS inventum esse credo ad explicandum nomen hodiernum *Ventas de Caparra.*

N. 1829, exstat potius Ferentini.

N. 1830: quum auctoritate tantum Boissardi nitatur et in anaglypho notae indolis sculptus esse dicatur, Ligorianum hunc titulum reputo. Contra N. 1831 Petrini, *Mem. Prenest.* 1, 55. in aedibus baronalibus Praenestinis exstare narrat.

N. 1835 spurius; ut alia mittam, Axius post M. Aurelii certe aetatem procurator Daciae fuit; cf. 6932.

N. 1839: v. 5. L . AVG male corr. Seivert; cognomen hominis deesse patet.

N. 1840, v. 3. I. SVMMAM: intellige summam quam pro honore dare debebat.

N. 1843: nunc Darmstadii; *Rhein. Jahrbb.* VIII, 159; v. 3. LIB.

5814. PRO SALVTE || · · · · · · CAESARIS · AVGV · · LIFF · AVRVMQVI[1]) || · · · · *ob* DEDICATIONEM · ARAE · AMENTIAE · [2]) GNEI · NIGIDI · MAI || FLAMI*nis* CAESARIS · AVGVSTI · PVGN · POMPEIS · SINE · VLLA · DILATIONE || IIII · NON · IVL · VENATIO VELA ERVNT — Pompeiis in ludo gladiatorio scr. in pa-

riete. Ex actis de effossionibus Pompeianis ab earum praepositis diligenter scriptis ed. Garruccius in *Bull. Nap. N. S.* 1853, p. 116.

1) *Imp* . CAESARIS . AVGV*sti* LI*bero*RVMQV*e eius* recte proposuit G., nisi quod pro Caesare Augusto Tiberius quoque Caesar Augustus nominatus esse potest. 2) Unicum, quod equidem sciam, deae Amentiae in inscriptionibus exemplum, quamquam archetypum vellem ipse inspicere. CLEMENTIA fortasse pro *Amentia* in titulo legitur.

Genium Annonae sacrae Urbis v. in titulo Rusicadensi, n. 5320; *Fidem populi Romani* n. 5088; 5433 cet.

5815. CONCORDIAE ‖ AVGVSTOR ‖ IMP CAES M AVRELI ANTO‖NINI ARMENIAC MEDIC PAR‖THC MAXIMI P P ET ‖ IMP CAES L A/REL VERI ARMENIAC ‖ MEDICI PARTHC MAXIMI P P ‖ L GARGIL*i*VS Q FI PAP AVGVSTAIS[1]) AED ‖ STATVAM QVAM OB HONOREM ‖ AED · SVPER LEGEM · EX · HS · IIII ML ‖ NVM · POLICITVS EST · AMPII[2]) ‖ PEC · ANNO SVO POSVIT DEDICAVITQ — Cuiculi. *Exploration de l'Algérie, beaux arts*, I, pl. 46, 4.

1) corr. FL, *filius*, et AVGVSTALS. 2) AMPL*iata*.

5816. CONCORDIAE ‖ COLONIARVM ‖ CIRTENSIVM ‖ AGRVM[1]) ‖ C · ICILIVS *c* · FIL QVIR ‖ BARBARVS QVAEST AED STATVAM QVAM ‖ OB *h*ONOREM ‖ AEDILITATIS POLLI‖CITVS EST SVA PECO[2])‖NIA POSVIT ‖ L D D D — Constantinae. Exscr. de Grabow.

1) AdRVM*etinorum* ? Mommsen. 3) Sic legit Gr.

5817. FAMAE ‖ PVBLIVS ‖ . . . TINV ‖ . . . . V ‖ V S L M — Coloniae. Lersch, C. M. I, 15.

5818. FELICITATEI ‖ T · CAVPONIVS · T · F · AED[1]) ‖ C · AVFESTIVS · L · F — Tibure. Cabral e del Re, *Ville di Tivoli* p. 127.

1) AED ita fortasse inter ultimos duos versus positum erat, ut ad utrumque pertineret.

5819. GLORIAE ‖ AVG ‖ SACRVM — Constantinae in Capitolio. *Expl. de l'Algérie, beaux arts*, I, pl. 13, 4.

5820. HONORI ‖ E AVORI[1]) ‖ SATVRN*i*‖NIVS · LVPVLVS — Coloniae. Lersch, C. M. I, 12; Steiner, I. Dan. et Rhen. II, 1075.

1) num FAVORI? [vel PAVORI? MOMMSEN.]

5821. IVVENTVT ‖ C · M · S[1]) ‖ M · Q ·[2]) GLYCERVS ‖ D · D — Brixiae. Labus, M. Bresc. 132 ex schedis.

1) CuM . Suis ? L. 2) *Quinctius*.

5822. PROVIDENTIAE ‖ IMP · CAESARIS · NERVAE ‖ TRAIANI · AVGVSTI ‖ GERMANICI ‖ EX · S · C — Tarricinae. Exscr. Tycho Mommsen et Carolus Prien.

5823. SALVTI RE‖GINAE ·[1]) P · SAL‖LIENIVS · P · F ‖ MAECIA ET . . . . ‖ MVS HAD[2]) ‖ PRAEF · LEG · II *aug* ‖ CVM FILIIS SVIS ‖ AMPEIANO ET LVCILLIANO D · D — *Caerleon, Monmouth.* Lee, *Antiqq. of Caerleon*, p. 40, p. XXVII, apud Newton, Excerpta ex inscr. de Britannia, n. 39a.

1) Novum Salutis cognomen. 2) I. MAECIA (tribu) H*ala*MVS HAD*ria*; cf. I. I. n. 39.

5824. VICTORIAE AVGVSTAE ‖ SACRVM ‖ CVLTORES • QVI • ‖ SIGVS CONSISTVNT — Sigus Africae. Renier, *premier rapport (extrait des archives des missions scientifiques)* 1853, p. 19.

5825. VICTORIAE ‖ LEG VI VIC ‖ VAL RVFVS ‖ V S L M — Lamina argentea, rep. apud *Castlemere* prope *Rochdale* cum brachio votivo, de quo pendebat. Newton, Excerpta ex inscr. de Britannnia, n. 52a ex Whitaker, *Whalley* p. 32.

§. 31. NVMINA ITALICA.

N. 1846 a Mommsenio recte genuinus indicatur; I. N. 7255; item Mur. 114, 2, quem Antinorius Muratorio dedit et Chaupy, *Maison d'Horace* III, 236, commemorare videtur; I. I. 6012, et nostrum n. 5826.

N. 1848, cf. n. 2040 sqq. 5848 sqq.

N. 1849, genuinus; cf. Borghesi, Bull. Inst. Arch. 1833, p. 65; Fea, *Fasti* p. IX.

N. 1851, spurius; Mommsen, I. N. 417*.

N. 1852, v. 2: post NERVAE deest NEP.

N. 1853, spurius; I. N. 713*.

N. 1854, ex schedis Barberinis desumptus mihique maxime suspectus.

N. 1855, spurius; I. N. 792*.

N. 1856: Mommsen, I. N. 5473, versus aliter distributos et quaedam diverse lecta exhibet; pro PVELLI v. 7 RV*ti*LI legendum esse proponit.

N. 1857: typus quoque Reinesianus spurius est; cf. I. N. 383*.

N. 1858, v. 1. SACR; v. 2. AVGVSTÓR, testibus Brocchio et Mommsenio, qui viderunt lapidem.

N. 1860 exstat in Mus. Vaticano, ubi vidi.

N. 1861 exstat in R. Mus. Neap., ubi v. et corr. Mommsen, I. N. 6770: v. 1. SANCO . SANCTO.

N. 1862, v. 1: ante SANCTE mentionem desiderari Herculis demonstravit nuper Ritschelius, in Indice scholar. per menses aestivos 1852 in universitate Bonnensi habendarum, ubi doctissime de ipso titulo veraque lectione eius disputavit.

N. 1863, e Boissardo; spurius.

N. 1864, mihi certe suspectus. Dolendum est, quod Donius non indicavit, unde titulum desumpserit, qui tamen una cum inscriptionibus exhibetur e schedis Vaticanis petitis.

N. 1865 Surrenti quidem exstat, medio autem aevo incisus est; Mommsen, I. N. 342*.

N. 1866: unius Gutenstenii auctoritate niti videtur, quapropter suspectus certe reputandus est.

N. 1867: Martelli, *antichità de' Sicoli* II, 58, hanc inscriptionem exstare dicit „*sopra Sigillo per andare a Bacvaxo in un diruto tempio*"; sed Martellii auctoritas qualis sit, exposuit nuper Mommsen, I. N. p. 303, et mihi quidem titulos confictus esse videtur, quo nominis *Bacugni* ratio redderetur. Donius 556, 16 (et Murat. 106, 3, qui ex illo eum desumpsit) nomen loci, ubi titulum asservari tradit, apud auctorem suum Naudaeum enucleare non potuit, unde solis litteris *Va* . . . . id indicavit, quibus *Bacugno* significari satis patet.

N. 1869, v. 5. CONCILIO; v. 9. pro DEAI I. DEDIC; exscr. Borghesius. Haud scio, quibus rationibus Orellius adductus sit, ut Elagabali nomen erasum esse diceret, licet litterae TI superstites ad Maxentium vel Magnentium titulum pertinere clare indicent.

5826. SEX · PACCIVS · I ∖ (non V) · · · · · ‖ ET · SEX · PACCIVS · L∖ · · · · ‖ QVINQ · MVRVM · VET*ustate* ‖ CONSVMPTVM · A · SOLO · REST*ituerunt* ‖ EX · P · P · ANGITIAE [1]) — Rep. 1808 in

ruderibus q. d. *Corno di Penna* CCC p. a Luco, prope moenia antiqua distantia D p. ab emissario Fucini. Mommsen, I. N. 5592, ubi v. ceteros.

1) cf. n. 1846. Recte M. l. l. ad deam Augitiam titulum retulit, cuius nemus fortasse muro cingebatur.

5826a. ONESIMVS AVG · LIB ‖ PROC ‖ FECIT · IMAGINIBVS ET ‖ LARIBVS · CVLTORIBVS[1] ‖ FVCINI — Rep. mense Iulio 1854 ad lacum Fucinum in operibus emittendae aquae causa ibi institutis. Dedit mihi Fortunatus Lanci v. cl., qui tamen ipse non vidit.

6071. *divo* · AVG · SACR ‖ C · IVLIVS · MACRINI · LIB ‖ MARTIALIS · IIIIII VIR · M · M · OB ‖ HONOR · IDEM · LVDOS · SCAENICOS ‖ PER · TRID · D · ET · CANTAR · ARG · P · S — Ibd. l. l. p. 101, 4.

§. 21. COLLEGIA ET SODALICIA SACRA. CVLTORES DEORVM.

N. 2385, v. 1. pro *curati* l. CREATI; Mommsen, I. N. 2559; not. 1. expl. *ex senatus* (Romani) *consulto. Dendrophori creati ex s. c.* iidem sunt, qui in alia inscriptione (2560) dicuntur: *dendro*PHORI . QVIBVS . EX . *s* . *c* . *coire licet.* De collegiis senatus consulto confirmandis cf. n. 6097; not. 5. fortasse M*atris* DEE pro deae; cf. Or. 2263.

N. 2391, in dedicatione v. 5. CVRANTE . TI . CL . . . ; vidi in hortis Vaticanis.

N. 2395, interpolatus ex hac inscriptione Britannica (*Birrens*, prope *Middleby* Scotiae): DEO . MERCV‖RIO . IVL . CERS ‖ CENS SIGILL ‖ COL LIGN . CVLT ‖ M EIVS . D . S . D ‖ V . S . L . M — Horsley, Scotia XXXV; Stuart, Caledonia Romana tab. II, 4. Lege: *Iulius Crescens* SIGILL*um* COLLIGII (= *collegii*) CVL*Toru*M EIVS cet. [nonne SIGILL*um* COL*umnam* LIGN*eam* CVLT*oribus Mercurii* EIVS? MOMMSEN.] *Censor* igitur *sigillorum* nullus est, neque in titulo Mur. 27, 4, quo Orellius interpretationem suam confirmare conatur, *censor signi* legitur; nam *Censor* quidem cognomen Feronii est, in litteris vero *signi* signiferum latere credo. Itidem *ligniferi* ex numero collegiorum expungendi sunt. *Sigilla* habes in lege collegii Dianae et Antinoi (n. 6086); quae si, ut Mommsenius voluit (*de collegiis* p. 107) ad collationem stipis menstruae pertinent, fieri poterat, ut *a sigillis* quidam vel *sigillarius* in collegio esset, quem hac quoque inscriptione indicatum esse credere poterit, si quis interpretationem a me propositam non laudaverit.

Nr. 2396, v. 6. pro *aliment* l. ALIM . ET .; v. 7. REBVS recte; v. 8. CVLTOR . I . O . M . S . ‖ HORTENS . ENS . Mommsen, I. N. 3552.

N. 2406, v. 3. pro T . F l. Ɐ (*et*); Tonini, *Rimini* p. 385, 2: allatus ex Piceno.

N. 2407 Romanae videtur esse originis; cf. 2566.

N. 2408, v. 3. PROMES.

N. 2409: LAVDICAE; v. Mommsen.

N. 2414: supra titulum legitur D . M . ; vidi in Mus. Vat.

N. 2415: *collegium salutare* habes n. 6086.

N. 2416, v. 1. TERT (*tertium*); v. 2. ITER; v. 7. AT; v. ult. FACIVNDVM; Mommsen, I. N. 2416. Not. 2. COL*oniae* VEN*ereae* COR*neliae*.

6072. D · M ‖ FELIX · VIXIT · AN‖NIS · X · COLLE‖GIVS · CANN‖OFORORVM ‖ B · M · P — Locris. Bull. Inst. Arch. 1847, p. 156, Mommsen, I. N. 9.

6073. ALBVCIA MACIANA [1]) M · · · · · · · · ‖ CVRANTE ALBVCIO ACMA*zonte* · · · · · ‖ COLLEGIO CANNOFORVM HS IIII N EX QVORVM VSV*r*IS · · · · · · · · ‖ EIDEM COLLEGIO LARGITVS EST ALIA HS IIII N EX QVORVM V*suris* · · · · · · ‖ ITEM LARGITVS EST COLLEGIO MARTENSIVM HS IIII N EX QV*orum usuris* · · · · ‖ EIDEM COLLEGIO LARGITVS EST ALIA HS IIII N · EX QVORVM VSVRIS S · · · · · · ‖ *c*OLLEGIO DENDROFORVM HS IIII · N · EX QVORVM · · · · · · — Mediolani, ad D. Ambrosii. Cardinali, *Dipl.* n. 328; exscr. ipse et correxi.

1) Ita scripsi. Card. MARCIANA.

6074. D · M ‖ ENNIAE PRISCE COL ‖ CANOFORA‖RVM — Saepini. I. N. 4945.

6075. SODALICIO · CVLTOR · ‖ HERCVL · L · DOMITIVS ‖ SECVNDIO · OB HON · ‖ PATROC · S · H · [1]) DEDD — Veleiae, nunc Parmae. Ann. Inst. Arch. 1832, p. 69.

1) *Signum Hoc* [vel *Herculis*? MOMMSEN.]; una enim cum parvula statua aenea Herculis basis reperta est, de Lama, Iscr. ant. p. 46.

6076. D · M ‖ ARACINTHIO ‖ PETRONI · PRIS‖CI · TRIB · LATI ‖ CLAVI · SERVO ‖ COLLEGIA ‖ HERCVLIS ‖ ET · DIANAE ‖ FECERVNT — *Göttweig* Austriae inferioris. *Alterth. d. oestr. Monarchie* (*Wiener Iahrbb.* 1829 sqq.), n. 313, Kellerm. Vig. n. 313.

6077. IVVENES FIFICVLANI · HERCVLIS · ‖ CVLTORES · SEX · AIADIVS · AGATHEME ‖ IVVENTVTI · TEST · RELIQVIT · A · PL · M · IV C[1]) (sequuntur nomina iuvenum, quorum maior numerus interiit) — In Museo Aquilano. Mommsen, I. N. 5938; fragmentum, quod ibi deest, addit de Rossi ex schedis Giovenazzii in bibliotheca Vaticana asservatis. Idem ex iisdem n. 5947 Mommsenii ad hunc titulum pertinere docuit.

1) [*Num Agri* PL*us Minus* IV*gera Centum*? MOMMSEN.]

6078. L . AEBVTIO ‖ MARTIALI ‖ COLLEG ‖ HERCVLANI‖ORVM ‖ P — Iuvani (*Montenero duomo due miglia di S. Maria di Palazzo*). Ann. Inst. Arch. 1854, p. 24, n. 32.

6079. *pro salute* ‖ L · SEPTIMI . SEVERI · AVG ‖ HERMADION · AVG LIB · CVLTO‖RIBVS · LARVM · AVG · RATIONIS ‖ PATRIMONI · D · D — In Mus. Vat. *Memorie romane* III, p. 67, 3; vidi ipse.

6080. NVM · AVG ‖ DEO · MERC ‖ SIGN · POSV‖ERVNT · CVL‖TORES · COL‖LIGNI · [1]) EIVS‖DEM DEI CVRA ‖ ING · [2]) RVFO‖V S L M — *Middleby*, Scotiae. Horsley XXXVI; cf. 2395.

1) l. COLLIGII = *collegii* 2) AG*ento*? [nisi potius nomen est: CVRA*nte* IN-G*enuio*. Mommsen.]

6081. AVGVS ‖ LARIBVS — (*vir capite velato stans, d. pateram super aram tenet*) CVLTORES VRAE [1]) ‖ FONTIS — Lugduni. Boissieu, *Inscr. de Lyon* I, 32, p. 49.

1) Editor *ur*, *ura* lingua Celtica *aquam* significare asserit.

6082. · · · · · *impp · caess · l · septimii severi* ‖ *p*ERTINACIS · AVG · ET · *m · aurelii · anto*‖NINI PII AVG [1]) ET · P · SEPT*imii getae nobi*‖LISSIMI · CAES · ET · IVLI*ae aug · matris augg* ‖ ET · KASTRORVM · STLA*ccia* · · · · · · · · ‖ SACERDOS · CERERVM · INTROIT*u sacerdotii* [2]) THIASO PLACIDIANO DONAVIT · · · · · · *t* ‖ ELAVIO (sic) T F · ECLECTIANO SACE*rdote* [3]) *cur · agen*T STLACCIIS SOTERE ET REPAR*ato filiis eius* (?) — Puteolis. Mommsen, I. N. 2479; Garrucci, Bull. Nap. V, p. 113. Mommsenii restitutionem paullulum commutavi, ipso approbante; v. I. N. in *corrigendis*, p. XXIII.

1) Monumentum positum est intra annos 951—953, quo tempore Antoninus *Pius* quidem appellabatur, *Felicis* autem nomine nondum gloriabatur. 2) Cf. Suet. Claud. 9. 3) Sacerdos hic erat Liberi patris; cf. l. l. 2477. 2478.

6083. SODALES ‖ LVSVS ‖ IVVENALIS — Romae, in Museo Kircheriano. Garrucci, *piombi antichi* p. 29.

6084. FABIVS DEMETRIVS · ET CAECILIVS ‖ PHILON · AEDEM CVM SIGILLO ‖ APOLLINIS IVVENIBVS OECIANI [1]) ‖ D · D · D · D — Romae, ad D. Laurentii. Ded. Brunnius.

1) OECIANI*s*?

6085. SILVANO · SACRVM · VOTO ‖ SVSCEPTO · PRO · SALVTE · DOMITIAN*i* ‖ AVG · N · L · DOMITIVS · PHAON · AD CVLTVM ‖ TVTELAMQVE · ET · SACRFICIA · (sic) IN OMN*e* ‖ TEMPVS · POSTERV*m* · IIS · QVI · IN CONLEGIO ‖ SILVANI · HODIE · ESSENT · QVIQVE · POSTEA ‖ SVBISSENT · FVNDVM · IVNIANVM · ET ‖ LOLLIANVM · ET · PERCENNIANVM · ET ‖ STATVLEIANVM · SVOS · CVM · SVIS · VILLIS ‖ FINIBVSQVE · ATTRIBVIT · SANXITQVE · VT ‖ EX · REDITV · EORVM · FVNDORV (sic) Q · S · S · S · [1]) K · IANV ‖ III · IDVS · FEBR · DOMITIAE · AVG · N · NATALE · E ‖ V · K · IVLIAS · ROSALIBVS · ET · IX · K · NOVEMBR · NATAL ‖ DOMITIANI · AVG · N · SACRVM · IN RE · PRAESENTI ‖ FIERET · CONVENIRENTQVE · II · QVI · IN ‖ COLLEGIO · ESSENT · AD EPVLANDVM · CVRA‖NTIBVS · SVI · CVIVSQVE · ANNI · MAGISTRIS · HVIC ‖ REI · DOLVM · MALVM · AFVTVRVM · QVOMINVS ‖ EA · QVAE · SVPR · SCRIPTA · SVNT · FIANT ‖ MANIFESTVM · EST · CVM · PRO SALVTE · OPTVM*i* ‖ PRINCIPIS · DOMINII · S (sic) · [2]) FVNDI · CONSECRAT*i* ‖ SINT · DIES · QVE ·

SACRIFICIORVM · CONPRE‖HENSI · PRAET*e*REA · LOCVS · SIVE · EA · PARS ‖ AGPI · (sic) SILVAEQV*e* · EST · IN VIVARIO · QVAE · CIPPIS ‖ POSITIS · CIRCA · SILVANVM · DETERMINATA ‖ EST · SILVANO · CEDET · ET · VIA · ADITVS · AD SILVANV*m* ‖ PER FVNDVM · QAESICIANVM (sic) · OMNIBVS · PATEBIT ‖ LIGNIS · QVOQVE · ET · EX FVNDO · GALLICIANO ‖ ET · AQVA · SACRIFICI · CAVSA · ET · DE VIVARIO ‖ PROMISCVE · LICEBIT · VTI · HAEC · SIC · DARI ‖ FIERI · PRAESTARI · SINE · DOLO · MALO · IVSSIT ‖ PERMISITQVE · L · DOMITIVS · PHAON ‖ CVIVS · OMINES (sic) · LOCVS · FVIT — *Caposele, contrada Castagneto alle falde della montagna di Oppido*, rep. 1834. Avellino, Opusc. III, p. 305; Guarini, *var. mon.* p. 13 ex duobus apographis, qui litteras, quae desunt, ita supplevit, ut earum mentionem non faceret; Mommsen, I. N. 212, Avellinum magis quam Guarinium secutus. Nuper descripsit et correxit Brunnius.

1) *Qui Supra Scripti Sunt.* 2) [fortasse DOMINII *Silvani*. MOMMSEN.]

6086. L · *ceionio* COMMODO SEX · VETVLENO · CIVICA · POMPEIANO · COS · [1]) A · D · V̄ · ĪDVS . IVN

(columna I.) *lanuvii · in municipio · in t*EMPLO ANTINOĪ · IN · QVO · L · CAESENNIVS · RVFVS ‖ *dict · iii · et patronu*S · MVNICIPĪ · CONVENTVM HABERĪ · IVSSERAT · PER · L · POMPEIVM ‖ . . . . . . VM · Q̄Q̄ · CVLTORVM · DĪANAE · *e*T · ANTINOĪ · POLLICITVS · EST · SE ‖ *in annum · d*ATVRVM EĪS EX LIBERALITATE · SVA · HS · X̄V̄ · M · N · VSVM · DIE ‖ *natali*S DIANAE · ĪDIB · AVG · HS · CCCC · N · ET · DIE · NATALIS · ANTINOĪ · V · K ‖ *decemb* · HS CCCC · N · ET · PRAECEPIT · LEGEM · AB · IPSIS · CONSTITVTAM · SVB · TETRA‖*stylo* · *a*NTINOĪ · PARTE · INTERIORĪ · PERSCRIBĪ · IN · VERBA · INFRA · SCRIPTA ‖ *m · antonio · liber*O · P · MVMMIO · SISENNA · COS · [2]) K · IAN · COLLEGIVM · SALVTARE · DIANAE ‖ ET · ANTINOĪ · CONSTITVTVM L · CAESENNIO · L · F QVIR · RVFO · DICT · ĪĪĪ · IDEMQ · PATR ‖ KAPVT · EX · S C · P · R ‖ QVIB*us · coire · co*NVENIRE COLLEGIVMQ · HABERE · LICEAT · QVĪ · STIPEM · MENSTRVAM · CONFERRE VO‖LEN*t · in fune*RA · IN · IT · [3]) COLLEGIVM COEANT · NEQ · SVB SPECIE EIVS · COLLEGĪ · NISI · SEMEL IN MEN‖SE · *Coeant · con*FERENDI · CAVSA · VNDE · DEFVNCTI · SEPELIANTVR ‖ *quod · fa*VST*um* · *fe*LIX · SALVTAREQ · SIT · IMP · CAESARI · TRAIANO · HADRIANO · AVG · TOTIVSQVE ‖ *do*MVS AV*gust* · NOBIS *n*OSTRĪS · COLLEGIOQ · NOSTRO · ET · BENE ADQVE INDVSTRIE · CONTRAXERIMVS VT ‖ *e*XITVS · *defu*NCTORVM · HONESTE · PROSEQVAMVR · ITAQ · BENE · CONFERENDO · VNIVERSĪ CONSENTIRE ‖ DEBEMVS · V*t long*O TEMPORE · INVETERESCERE · POSSIMVS · > TV · QVI · NOVOS · IN · HOC COLLEGIO ‖ INTRARE VOLE*s p*RIVS · LEGEM · PERLEGE · ET · SIC · INTRA · NE ·

POSTMODVM QVERARIS · AVT · HEREDI TVO ‖ CONTROVERsIAM RELINQVAS LEX · COLLEGI ‖ *placu*IT · VNIVERSIS · VT · QVISQVIS · IN HOC · COLLEGIVM · INTRARE · VOLVERIT · DABIT KAPITVLARI NOMINE ‖ HS C · N · ET · V*ini* · BONI · AMPHORAM ITEM · IN · MENSES · SING · A · V ·[4]) > ITEM PLACVIT · VT · QVISQVIS · MENSIB ‖ CONTIN*uis*[5]) . . . . NON · PARIAVERIT · ET · EI HVMANITVS · ACCIDERIT EIVS RATIO FVNERIS NON HABEBITVR ‖ ETIAM SI *test*AMENTVM FACTVM HABVERIT > ITEM · PLACVIT QVISQVIS · EX HOC CORPO‖RE · N̄ · PARIAT*us* · DECESSERIT EVM SEQVENTVR · EX ARCA HS CCC · N ·[6]) EX QVA SVMMA DECEDENT EXE‖QVIARI · NOMINE HS L · N QVI AD ROGVS DIVIDENTVR EXEQVIAE AVTEM PEDIBVS FVNGENTVR ‖ ITEM PLACVIT QVISQVIS · A MVNICIPIO VLTRA MILLIAR · XX DECESSERIT · ET NVNTIATVM FVERIT EO EXIRE DEBEBVNT ‖ ELECTI · EX CORPORE N · HOMINES TRES QVI FVNERIS EIVS CVRAM AGANT ET · RATIONEM · POPVLO REDDERE DEBEBVNT ‖ SINE DOLO M*al*O · ET · SI QVIT IN EIS FRAVDIS CAVSA INVENTVM FVERIT EIS MVLTA ESTO QVADRVPLVM · QVIBVS ‖ *funeraticium*[7]) EIVS DABITVR · HOC AMPLIVS · VIATICI NOMINE · VLTRO CITRO SING HS XX · N · QVOD SI LONGIVS ‖ *a municipio su*PRA ·[8]) MILL · XX DECESSERIT ET NVNTIARI NON POTVERIT TVM IS QVI · EVM FVNERAVERIT TESTA‖*tor · rem · tabul*IS[9]) SIGNATIS · SIGILLIS · CIVIVM ROMANOR · VII · E*t* PROBATA CAVSA FVNERATICIVM EIVS SA‖*tisdato · ab i*IS NEMINEM PETITVRVM DEDVCTIS COMMODIS · ET · EXEQVIARIO E LEGE COLEGI (sic) DARI ‖ *sibi · petito · a · co*LLEGIO DOLVS MALVS ABESTO · NEQVE · PATRONO NEQVE PATRONAE NEQVE D*omino*

(columna II.) NEQVE D*o*MINAE NEQVE CREDITORI · EX · HOC · COLLEGIO · VLLA PETITIO ESTO NISI · SIQVIS TESTAMENTO HERE*s* ‖ NOMINA*tus e*RIT · SI QVIS · INTESTATVS DECESSERIT · IS · ARBITRIO QVINQ · ET POPVLI · FVNERABITVR ‖ ITEM PLACVIT QVISQVIS · EX · HOC · COLLEGIO SERVVS · DEFVNCTVS · FVERIT ET CORPVS EIVS A DOMINO DOMINAV*e* ‖ INIQVITATAE (sic) · SEPVLTVRAE · DATVM · NON FVERIT · NEQVE TABELLAS FECERIT EI FVNVS · IMAG*ina*‖RIVM FIET > ITEM · PLACVIT · QVISQVIS · EX QVACVMQVE CAVSA · MORTEM · SIBI · ADSCIVERI*t* ‖ EIVS · RATIO · FVNERIS · NON · HABEBITVR ‖ ITEM PLACVIT · VT QVISQVIS · SERVVS · EX · HOC · COLLEGIO LIBER · FACTVS · FVERIT · IS · DARE DEBEBIT VIN*i bo*‖NI AMPHORAM > ITEM PLACVIT QVISQVIS · MAGISTER · SVO · ANNO ERIT · EX ORDINE A*lbi* ‖ AD CENAM FACIENDAM · ET · NON · OBSERVAVERIT · NEQVE · FECERIT · IS · ARCAE · INFERET · HS · XXX N ‖ INSEQVENS · EIVS · DARE DEBEBIT · ET · IS · EIVS · LOCO · RESTITVERE · DEBEBIT ‖ ORDO · CENARVM · VIII · ID · MAR NATALI CAESENNI . . . . . PATRIS · V ·

K · DEC · NAT · ANT*inoi* ‖ IDIB · AVG · NATALI · DIANAE · ET · COLLEGI · XIII · K · SEPT · NA*t · caeso*NNI · SILVANI · FRATRIS · PR · Non · · · · ‖ NATALI · CORNELIAE · PROCVLAE · MATRIS · XIX · K · IAN N*at · caes*ENNI · RVFI · PATR MVNI*cipii* ‖ MAGISTRI · CENARVM · EX · ORDINE · ALBI · FACTI · Q*u*O ORDINE · HOMINES · QVATERNI PONERE DEBEB*unt* ‖ VINI · BONI · AMPHORAS · SINGVLAS · ET · PANES · A · II · [10] QVI · NVMERVS · COLLEGI · FVERIT · ET · SARDAS ‖ *nu*MERO QVATTVOR · STRATIONEM CALDAM · CVM MINISTERIO ‖ ITEM · PLACVIT · VT · QVISQVIS · QVINQVENNALIS · IN HOC COLLEGIO · FACTVS · FVERIT · IS · A · SIGILLIS · [11] EIVS TEMPORIS ‖ QVO QVINQVENNALIS · ERIT · IMMVNIS · ESSE · DEBEBIT · ET · EI · EX · OMNIBVS · DIVISIONIBVS PARTES · DVPL*as* ‖ DARI · ITEM · SCRIBAE · ET · VIATORI · A · SIGILLIS · VACANTIBVS · PARTES · EX · OMNI DIVISIONE SESQVIP*las* ‖ DARI · PLACVIT ‖ ITEM · PLACVIT ‖ VT · QVISQVIS · QVINQVENNALITATEM · GESSERIT · INTEGRE · EI · OB · HONOREM · PARTES · SE*squ*‖PLAS · EX · OMNI · RE DARI · VT · ET · RELIQVI · RECTE · FACIENDO · IDEM · SPERENT ‖ ITEM · PLACVIT · SI QVIS · QVID · QVERI · AVT · REFERRE · VOLET · IN CONVENTV · REFERANT · VT · QVIETI E*t* ‖ HILARES DIEBVS SOLLEMNIBVS EPVLEMVR ‖ ITEM · PLACVIT · VT · QVISQVIS · SEDITIONIS · CAVSA · DE · LOCO · IN · ALIVM · LOCVM TRANSIERIT · EI · MVLTA · ES‖TO · HS IIII · N · > SI QVIS AVTEM IN OBBROBRIVM (sic) ALTER ALTERIVS · DIXERIT · AVT · TV*mul*‖TVATVS · FVERIT · EI · MVLTA · ESTO HS XII N · > SI QVIS QVINQVENNALI INTER EPVL*as* ‖ OBBROBRIVM · AVT · QVID · CONTVMELIOSE DIXERIT EI · MVLTA · ESTO HS · XX N · · · ‖ ITEM · PLACVIT · VT · QVINQVENNALIS · SVI · CVIVSQVE TEMPORIS · DIEBVS SOLLEMN*ibus · ture* ‖ ET · VINO · SVPPLICET · ET CETERIS OFFICIIS ALBATVS · FVNGATVR · ET · DIE*bus · natalibus* ‖ DIANAE · ET · ANTINOI · OLEVM · COLLEGIO · IN · BALINIO (sic) · PVBLICO · PO*nat · antequam* ‖ EPVLENTVR — Tabula marmorea longa palmos septem cum tribus unciis, alta tres palmos cum decem unciis; rep. in ruderibus balnei Lanuvii a. 1816. Ed. primus N. Ratti, *Atti d. Accad. pont.* II, p. 462, cuius apographum passim corruptum denuo edidit Cardinali, *Dipl. mil.* n. 510; Mommsen, de collegiis et sodaliciis Romanorum, Kiliae 1843, p. 98 sqq. — Anno 1847 ipse cum eodem in aedibus Frezza Lanuvinis titulum recognovi ac nonnulla correxi, de quibus cf. Mommsenium, *Ztschr. f. gesch. RW.* 1850, vol. XV, 3, p. 357 sqq. — Eius supplementa hic recepi.

1) A. 136. 2) A. 133. 3) IT, sic pro *id.* 4) *asses quinque*, = annos HS XV; Mommsenius, lectione Rattii deceptus, de ratione usurarum olim minus recte statuit. Pro CCCC autem postea CCC in lapide legitur, ita ut usurae quincunces summae in mortis diem promissae penderentur; cf. nunc *Ztschr. f. gesch. RW.*, l. l. p. 362. 5) CONTINENTER male Rattius, qui quinque ultimas litteras de suo addidit. 6) Cf. not. 4. 7) Ab initio quinque versuum ultimorum huius columnae litterae 10 vel 12

desunt; quapropter quum paullo post ei, qui sodalem huius collegii funeraverit mortuum ultra XX miliarium, cuius de morte renuntiatum non erat, funeraticium eius dari iubeatur, hoc quoque loco *funeraticium* supplendum esse credo. 8) Partem superiorem litterae P in lapide legimus. 9) Ita rest. Mommsenius; sed in lapide legi videbatur . . IIS; num *testimon*IIS? — Idem paullo post commode scripsit *satisdato amplius*; sed quum itidem in lapide legimus . . IS, equidem *ab* iIS scribere malui, quod antea ipse proposuerat; v. libellum *de Collegiis*, tab. 10) *assium* II, M. 11) Cf. ad 2395.

6087. I.) DESCRIPTVM ET RECOGNITVM ‖ FACTVM EX LÌBELLO QVI PROPO‖SITVS ERAT ALB MAIORI 1) AD STATIO‖NEM RESCVLÌ IN QVO SCRIP‖TVM ERAT ÌD QVOT (sic) I S EST 2) ARTEMIDORVS APOLLONÌ 3) MAGISTER ‖ COLLEGÌ ÌOVIS CERNENÌ 4) ET VALERIVS ‖ NICONIS ET OFFAS MENOFILÌ QVESTO‖RES COLLEGÌ EIVSDEM ‖ POSITO HOC LIBELLO PVBLICE TESTANTVR ‖ EX COLLEGIS SS 5) VBI ERANT HOMIN 6) LÌIII ‖ EX EÌS NON PLVS REMASISSE (sic) ALBVR 7) QVAM QVOT HOMIN 8) XVII 8a)

II.) ÌVLÌVM ÌVLÌ QVOQVE COMMAGISTRVM SVVM ‖ EX DIE MAGISTERÌ SVÌ NON ACCESSISSE AD ALBVRNVM NEQ ‖ IN COLLEGIO SEQVE EÌS QVI PRE‖SENTES FVERVNT RATIO-‖NEM REDDEDISSE (sic) ET SIQVIT EORVM ABVERAT (sic) REDDE‖DISSET (sic) SÌVE FVNERIBVS ET CAVTIONEM SVAM ÌN QVA EÌS CAVERAT RECEPISSET MODOQVE AVTEM NEQVE FV‖NERATICÌS SVFFICERENT NEQVE LOCVLVM ABERET NEQ 9) ‖ QVISQVAM TA[M MAGNO TEMPORE DIEBVS QVI]BVS 10) LEGI (sic) ‖ CONTINETVR CONVENÌRE VOLVERINT AVT CONFER‖RE FVNERATICIA SIVE MVNERA ‖ SEQVE IDCIRCO PER HVNC LIBELLVM PVBLICE TESTANTVR VT SI QVIS ‖ DEFVNCTVS FVERIT NE PVTET SE COLLEGIVM ABERE AVT AB EÌS ALIQVEM PETITIONEM FVNERIS ABITVRVM ‖ PROPOSITVS ALB MAIORÌ 1) V ÌDVS FEBR ÌMP L · AVR VER ÌII ET ‖ QVADRATO CS 11) ACT ALB MAIORÌ — In tabula priore a latere inscriptionis sigilla erant septem testium adiunctis hisce nominibus: L · VASIDÌ VICTO‖RIS ‖ C · SECVNDÌNI LEG::: ‖ STERTINÌ RVSTICÌ ‖ AELÌI LA · · · ‖ GELDONIS ‖ STAT · · · · · · · · · ‖ ATILII · · SLACIS (?) ‖ CO · · · · · INVS — Tabulae ligneae in modum diptychorum coniunctae et cera illitae, rep. in fodinis Dacicis Toroczkoiensibus prope vicum *Aprudbanya* sitis anno 1807. Massmann, libellus aurarius, tabb. 1. 2. Quae hic proposui, omissis testium nominibus et mutato versuum ordine in interna parte itidem leguntur, ubi quae varie scripta sunt, adnotabo. De sinceritate tabularum male dubitavit Letronnius, cf. *Journal des Savants* 1841, p. 566.

1) Lege ALB*urno* MAIORI, cf. *ad Alburnum*. Vicus erit Daciae ignotus. 2) I*nfra* S*criptum* EST. 3) Sc. servus, non filius, ut Massm. vult. 4) Ad explicandum nomen Iovis Cerneni Massmann Zernensis coloniae mentionem facit a Traiano deductae, de qua Ulpian. Dig. L, 15, 1, §. 8; cf. Francke, *Traian* p. 107. 5) COLLEGIO S*upra* S*cripto*, in parte interna. 6) HOM, ibd. 7) AD ALB*urnum*, ibd. 8) H, ibd. 8a) Male Massmannus legit XII, v. Mommsen de colleg. p. 94. 9) NEQVE, ibd. 10) Verba uncis inclusa in parte exteriore vetustate corrupta iam non leguntur. 11) A. 167.

§. 22. MAGISTRI ET MAGISTRAE SACRORVM.

N. 2421, *magistros Minervales* et *Mercuriales* minus recte Orellius *praefectos* fuisse dicit *sacris Minervae et Mercurii*, quum collegiis potius Minervalium et Mercurialium praepositi essent.

N. 2425, v. 1. PAVLLO; v. 3. LEGIO; Mommsen, I. N. 2595, qui vidit et Neapoli tribuit.

N. 2428 e Borromaeianis, i. e. Brancatellianis, de quorum fide cf. Mommsen, Ber. d. S. Ges. 1850, p. 266 sqq.; plura certe in hac quoque inscriptione interpolata sunt, ut *IIvir*, *fortuna melior* cet.

N. 2430, vidit Ravennae Mommsenius, sed medio aevo exaratum esse iudicavit.

6088. · · · · · · · · · MAGISTERI · I · O · M · P · D · M [1]) ‖ S · P · P · CVIVS · DEDICAT · DECVR · IN LVC · [2]) PVBLICE ‖ VESCENTIB · SING · HS · XX · N̄ ‖ DEDIT L · D · D · D — Formiis. *Antichch. Ciceroniane* p. 29, 19; Mommsen, I. N. 4077, qui vidit.

1) Iovis Optimi Maximi Patris Deorum Magni? 2) IN LVCo.

6089. (Versus priores scalpro deleti, quibus nomina continebantur magistrorum) M · ANTONIO ‖ A · POSTVMIO · CoS [1]) ‖ HEISCE · MAG · [2]) MVRVM · AB · GRAD‖VAD · CALCIDIC · ET · CALCIDICVM ‖ ET · PORTIC · ANTE CVLIN · LONG · P ‖ ET · SIGNA · MARMOR · CAST · ET · POL ‖ ET · LOC · PRIVAT · DE · STIPE · DIAN [3]) ‖ EMENDVM *et faci*ENDVM ‖ COERAVER · · · · — Olim infixus parieti cuidam vetustissimo ad radices montis Tifatae, nunc in R. Mus. Neapolitano. Mommsen, I. N. 3565, ubi vide ceteros; cf. ibid. 3561 sqq.

1) A. 655 = 99. 2) MAG*istreis*, sc. Dianae; cf. *magistros Venerus Ioviae* vel *Cererus*; cf. Or. 2487 et I. N. l. l. 3) i. e. de aere Dianae consecrato.

6090. TEMPL · ISIS · ET · SERAP · CVM ‖ SIGNIS · ET · ORNAM · ET · AREA ‖ OB · HONOR · M · M · PORC · FELICIS ‖ ET · IMPETRATI · *f* · (?) $\overline{IIII}$ · V · A · P · D*es* ‖ M · PORC · M · L · PRIMIG*enius* ‖ MAG · LAR · AVG · R*estituit* — In insula S. Antiochi Sardiniae inter rudera Sulcorum. Gazzera, *decreto di patronato e clientela della colonia Giulia Augusta Usellis*, Torino, 1830, 4, p. 15; tab. II, 1; Bull. Inst. Arch. 1830, p. 172.

6091. AESCVLAPIO · AVG · SACRVM ‖ C · IVLIVS · MARIO · MAG · AVGVSTAL ‖ ACCENSVS · CONSVLVM ‖ *de pe*CVNIA · SVA · POSVIT — In Museo Caralitano. Della Marmora, *voyage en Sardaigne* II, p. 479, n. 32.

6092. · · BOVIVS · N ‖ ET · M · L · HILARVM (sic) ‖ MAG · AVG ‖ VIAM · STRAVIT ‖ LONG · P · LVII ‖ D · D — Frigenti. Mommsen, I. N. 1321, ubi v. ceteros.

6093. M · ALBINIVS · M · F · MEN ‖ AED · IIVIR · IIVIR · QVINQ ‖ AVG · MAG · AVGVST · DESIGN [1]) ‖ VALERIA · CALISTO VXOR — a parte postica: N · XX — Praeneste. Petrini, *Mem. Pren.* IV, 25.

1) *Magistros Augustales* sive *larum Aug.* ab *Augustalibus* et *Seviris Augustalibus* diversos fuisse, hoc monumento apparet; cf. quae contra Eggeri sententiam disputavi in *Ztschr. f. A. IV.* 1848, n. 25, p. 195, et n. 6062.

6094. NVMINI · DIA‖NAE · AVG ‖ VALERIA · EPI‖THVSA · MAG — *Savigliani* in Pedemontano. Bull. Inst. Arch. 1831, p. 211.

6095. SEBVRIA · FELIX ‖ MAGISTRA · DONV ‖ MINERVAE — Sutrii. Exscr. de Rossi.

§. 23. MINISTRI SACRORVM. — CALATORES. SCRIBAE, CET.

N. 2436, spurius, ut omnes fere tituli Vitae Colotianae annexi; nota scribam factum procuratorem et IIIvirum monetalem.

N. 2438, 1, v. 2. PHILOCAL; vidit Mommsen in R. Museo Neapolitano, I. N. 6880.

N. 2441, v. 4. H . L, *huius loci*; praeterea accentibus titulus distinctus est; v. Mommsen et ego; correxi ipse in *Ztschr. f. A. IV.* 1848, p. 309.

N. 2443, genuinus; cf. n. 6100.

N. 2448, extr. IVSTO . CoS; v. ipse.

N. 2454: *victimarius* erat in legione; cf. 3644 victimarium principalem in classe Misenensi.

N. 2457, v. 4. num SVCLARI = *sigillarii*? Mommsen. — De *accensis velatis* cf. Mommsen, Annal. Inst. Arch. 1849, p. 209 sqq., qui ad tutelam viarum munus eorum pertinuisse probavit.

N. 2465, v. 2. PRIMAE; Mommsen, I. N. 2223.

N. 2466, ult. PONERET; iterum ab Orellio affertur n. 5022. Consules sunt anni 44; cf. Borghesi, apud Avellino, Opusc. II, p. 212. Mommsen, I. N. 2223; 2225.

N. 2467, v. 1. SILVANO; v. 2. PHILARGYRVS; in fine F pro E; Op. cit. n. 309.

6096. *ve*STAE DONVM PRO SALVTE ‖ IVLIAE AVG MATRIS ‖ M · ANTONINI · AVG · N · P · M [1]) ‖ EVTYCHES FICTOR CVM FILII*s* ‖ VOTO SVSCEPTO — Romae, in foro a parte meridionali Basilicae Iuliae ad viam, quae versus Novam viam ducebat, haud longe ab aede Vestae. Bull. Inst. Arch. 1853, p. 117.

1) *Pontificis Maximi.*

6097. DIS · MANIBVS ‖ COLLEGIO · SYMPHONIA‖CORVM · QVI · SACRIS · PVB‖LICIS · PRAESTV · SVNT · QVIBVS ‖ SENATVS · C · C · C · [1]) PERMISIT · E ‖ LEGE · IVLIA · EX · AVCTORITATE ‖ *d* · AVG · LVDORVM · CAVSA — Romae, in columbario extra P. Capenam sito. Mommsen, *Ztschr. f. gesch. RW.* vol. XV, 3, p. 353.

1) *Coire Convocari Cogi.* 2) Lex de collegiis antea ignota; cf. l. l.

6098. D M ‖ T AVR T F POMT ‖ CLITO DEC COLL FID ‖ R · [1]) VIXIT ANN VIII M ‖ IIII · · · · XXII AVR NICE‖PHORIANVS ET FILVME‖NE FILIO DVLCISSI‖MO B M F — Rep. fortasse Romae, nunc in R. Mus. Neap. Mommsen, Ann. Inst. Arch. 1849, p. 220 et I. N. 6845.

1) *FIDicinum Romanorum*; cf. 2448.

6099. · · · · · · · · · · · · · · ‖ I · C · · IVS · · · · SEV*eru*S C · FABIVS · C · F · · · · ‖ L · TVCCIVS L · F · BASSVS A · ANCHARIVS · · · · · ‖ M · MODIARIVS · M · F · CLEMENS TAVRVS · CANIN · · · · · ‖ Q · FABIVS · Q · F · MODESTVS L · VOLCACIVS · · · · · · · ‖ C · OPPIVS · C · F · ASIATICVS L · ACESTIVS · · · · · ‖ C · PLAETO-

RIVS C · F · IANVARIVS M · TVSCVLANIV*s* · · · · · · · ‖ ITEM · AVGVSTALES AEDITVI — Romae, sed reperta, ut videtur, Tusculi. Iahn, Specimen epigr. p. 49; cf. Or. 2441, et hunc titulum Tusculanum, quem Borghesius exscripsit:

6100. PERMISSV ‖ AEDITVVM ‖ CASTORIS · ET POLLVCIS ‖ L · VOLVMNIO ‖ AMERIMNO ‖ CVRATORI [1]) —

1) Aedituos Castoris et Pollucis eosdem cum aedituis Augustalibus fuisse ac Tusculi collegium quoddam effecisse Divorum cultui addictum, in ephemeridibus Bergkii, *Ztschr. f. A. IV.* 1848, p. 308 sq. probare conatus sum. Quod si verum est, inscriptio quoque Or. 2443, qua aeditui sedecim commemorantur, nihil difficultatis habet. Fortasse ea quoque Tusculana erat.

6101. C · IVLIO · CHRYSANTO ‖ AEDITVO · COLLEGI · TABERNA‖CLARIORVM · DONAT‖VM · SIBI · LOCVM · QVEM · PE-‖TIT AB TROPHIMO INMVNE ‖ QVEM IVSSIT SVA PECVNIA ‖ FACERE SIBI · ET · FILIS · SVIS ‖ ET CONIVGI — Romae, in columbario extra portam Capenam sito; dedit Canina v. c.; melius Desjardins.

6102. P · PLAETORIO ‖ P · F · *p*OM ‖ VRSO ‖ AED · IIII · VIR · I · D ‖ *p*ONTIF · AVGVR *min*ISTRI · LARVM ‖ AVGG ‖ PATRONO ‖ L · D · D · D — Potentiae. Mommsen, I. N. 379.

6103. VITELLIAE ‖ VIRGILIAE ‖ FELSIAE (?) ‖ *m*INISTRAE SA‖CRORVM PV*bl* ‖ *p*RAESIDIS [1]) IV*n*O‖NIS POPVLO*n* ‖ VIRGILIA FI · · · A ‖ *m*A*te*R · L · D · D · *d* — Teani. Mommsen, *Bull. Nap.* IV, n. LXI, p. 65; *Unterit. Dial.* p. 144; I. N. 3986.

1) Mommsenius ll. ll. et in indice Deorum Iunonem ornatam esse affirmat nomine *praesidis sacrorum publicorum*; de qua re mihi certe non satis constare videtur. Quamquam *praesidem* quoque numinis alicuius me non memini unquam videre; sed cf. *antistites* n. 2201. 2202. 5983. 5984.

6104. VALERIAE ‖ DONATAE · VXORI ‖ CARISSIMAE · FECIT ‖ TI · CLAVDIVS ‖ AVG · LIB ‖ LYSIMACHVS · VIATOR ‖ SODALIVM · AVGVSTALIVM ‖ ET · SIBI · POSTERISQVE · SVIS · ET ‖ LIBERTIS · ET · LIBERTABVS ‖ POSTERISQVE · EORVM — Tibure. Vidi ipse cum Mommsenio.

6105. D · M · SACR · ‖ ECHIONI · HATE [1]) ‖ PVB · SÓD · AVG · [2]) ‖ Á · SÁCRIS · B · M · ‖ SVCCESSVS · VÁ [3]) ‖ PVB · Á SÁCRA [4]) ‖ DIVI · AVG · PATRO ‖ ET · FORTVNATA ‖ LÍB · FECÉ · QVI · VIXIT ‖ AN · LXXV · S · CRI · VI. — Romae. Bull. Inst. Arch. 1835, p. 158.

1) HATE*riano*. 2) PVB*licus* SOD*alium* AVG*ustalium*. 3) VA*lerianus*. 4) *A sacrario*, i. e. D. Augusti.

6106. D · M · S ‖ SVCCESSVS · PVBL ‖ VALERIANVS · AEDE [1]) ‖ A SACRARIO DIVI AVG ‖ FECIT SE VIVO B B [2]) — Ibd. l. l.

1) AEDE*tuus*. 2) Bene Bene? Cf. Mar. Arv. p. 638, not. 725.

6107. D · M · S · ‖ SVCCESSVS · PVB ‖ VALERIANVS · A · ‖ SACRARIO · ANNI‖AE · FORTVNATAE ‖ CONIVGI · SVAE · CARIS‖SIMAE · B · M · F · ‖ VIXIT · ANNIS · XXX — Ibd. l. l.

6108. AGATHONI PVBL ‖ SILIANO · A · SACRIS ‖ SODAL · AVGVSTAL ‖ COELIA · PRIMILLA ‖ CONIVGI · BENE‖MERENTI · POSVIT — Ibd. l. l.

6109. Praeter publicos sacris addictos, quos vel Orellius commemoravit (1518. 2468 sqq. 2853), vel ipse attuli, laudantur a Marinio (Arv. p. 211 sqq.): *publicus · Maecianus · sodalium · Titialium* (Gori, Inscr. Etr. II, p. 28); *a commentariis · XVvirum · sacris · faciundis* (Grut. 307, 1); *public · septemvir(um)* (Mar. Arv. p. 213); *publicus · ex sacer(dotio) Aureliano · Antoniniano · Veria(no)* (ibd.); *publicus · p · r · Aemilianus · pontificalis* (ibd.), alii, quos videsis l. l.

§. 24. VARIA AD SACRA OMNIS GENERIS PERTINENTIA. DEFIXIONES.

N. 2474: genuinus, exstat in R. Museo Berolinensi. Versus paullo aliter distributi sunt; v. ult. ID, MAS. V, Philippi.

N. 2476, a Mommsenio admissus quidem inter titulos sinceros, ita tamen ut sinceritatem eius non affirmarit (I. N. 2639).

N. 2478: Gough, Camden's Britannia I, tab. VIII, fig. 9, loco *Walcot* tribuit

N. 2479, mihi quidem suspectus.

N. 2480, spurius; I. N. 595*.

N. 2481, susp.

N. 2483, interpolatus. Vidit et correxit Mommsen, I. N. 2173: D, D ‖ .... AESIVS DAPHNVS ‖ *augus*TAL. NVCERIAE ET ‖ *stabis* AEDEM. GENI. STABIAR ‖ *delapsi*S MARMORI*bus* *v*EXATA ‖ *ae*DE RESTITVIT.

6110. In lapide nigro in formam ungulae equinae vel asininae sculpto circa ipsam quidem ungulam capita visuntur Satyrorum, sub planta vero phalli figura et in summa parte concha conspiciuntur. Infantis denique protome in parte aversa exstat in triangulo posita, sub cuius basi litteris satis antiquis nomen ARIMN legitur, lateribus autem dextro PREMA, sinistro MVTINO adscriptum est. Repertum monumentum est in Via Flaminia III m. p. ab Arimino.

6111. L · LICINIO ‖ PRIMITIVO ‖ ORNAMENTIS · DECVRION ‖ HONORATO ‖ CVRATORI · AVGVSTAL · PERP ‖ AVGVSTALES · CORPOR [1] ‖ OB · PERPETVAM · ET · PLVRIFARIAM ‖ MVNIFICENTIAM · EIVS · ET · QVOD ‖ RES · NEGOTIA · QVE · EORVM ‖ INTEGRE · ADMINISTRET ‖ CVIVS DEDIC DECVRIONIBVS ‖ SING HS · XII · AVGVSTALIB HS · VIII · INGENVIS ‖ ET · VETERAN · CORP · [2] HS · VI · MVNICIPIB HS IIII N̄ ‖ ET · EPVLVM · DECVRIONIB · ET AVGVSTALIB · DED ‖ ITEM · PR · IDVS · FEBR · DIE · PERVIGILII · DEI · PATRII ‖ ALTERVM · TANTVM · DEDIT ‖ L · D · D · D — a sinistra: DEDICAT · III · K · AVG ‖ PVDENTE · ET · ORFITO ‖ COS [3] — a dextra: CVRANTE ‖ L · LAECANIO · PRIMITIVO — Rep. Miseni, nunc in R. Museo Neapo-

litano. Gervasio, Iscr. nap. p. 21; v. Mommsen, I. N. 2530, qui suo iure titulum Puteolis tribuit; cf. n. 7103.

1) CORP*orati*. 2) CORP*oratis*. Collegium veteranorum cf. n. 4109. 6835. 3) A. 918 = 165.

6112. ADMINISTRANTE · ROMANO · IVN · SACERDOTE [1] ‖ FERIALE · [2] DOMNORVM SIC ‖ III · NONAS · IAN · VOTA [3] ‖ III · IDVS · FEBR · GENIALIA [4] ‖ KAL · MAIS · LVSTRATIO · AD · FLVMEN [5] ‖ CASILINO ‖ III · IDVS · MAI · ROSARIA · AMPLIE AFRE [6] ‖ VIII · KAL · AVG · LVSTRATIO · AD FLVMEN [7] ‖ AD · ITER · DIANAE [8] ‖ VI · KAI [9] AVG · PROFECTIO · AD IFER [10] AVERNĪ ‖ IDVS · OCT · VENDEMIA · ACERVSAE [11] ‖ IVSSIONE · DOMNORVM · FELIX · VOTVM ‖ SOLLICITE · SOLVIT · X · KAL · DECEMBR ‖ VALENTINIANO · III · ET · EVTROPIO [12] — Rep. in amphitheatro Capuano, nunc in R. Museo Neapolitano. Avellino, Opusc. III, p. 215—307; Mommsen, *Epigr. Anall.* 8 (*Ber. d. S. Ges. d. W.* 1850, p. 62 sqq.); I. N. 3571. De singulis cf. Avellinum et Mommsenium ll. ll.

1) sc. provinciae Campaniae. 2) i. e. index feriarum, distinguendus a kalendario, quo non soli dies feriati recensentur. 3) sc. pro salute principis, quae vota illo die fieri solebant; cf. Mar. Arv. p. 56 et tab. XLIV. In titulo quodam Cibyratarum est *ἡ κατευχῶν ἡμέρα* (Ann. Inst. Arch. 1852, p. 175), et apud Dionem 78, 8 *εὐχῶν ἡμέρα*; cf. Tac. Ann. IV, 17. 4) Kal. Const. *III . idus . [ludi] genialici*; M. 5) i. e. Volturnum; *segetes lustrantur* Orell. voll. II, p. 380. 6) Intellige rosaria ex testamento eius facienda. 7) Ob absolutam collectionem frugum. 8) Cf. Avell. p. 297; tab. Peuting. et Gud. 71, 4 = I. N. 3633. 9) sic pro KAL. 10) ITER A. Sed M. IFER claro in monumento legi affirmat et collato Fabr. 109, 269 interpretatur InFER*ias*; cf. n. 7341. 11) i. e. ad paludem Acherusiam. 12) A. 1140 = 387. Est dies natalis imperii Valentiniani II; cf. fast. Idat. ad a. 375, p. 94 ed. Ronc. et Mommsen, l. l.

6113. D · · · · · · · · · · · · · ‖ PRO SANGVINE *a* · · · ‖ ET CORIVM · · · · · ‖ SI HOLOCAVSTVM ✕✕ · · ‖ PRO SANGVINE AGNI ET PELLE ✕ IS ‖ SI HOLOCAVSTVM ✕ IIC ‖ PRO GALLO HOLOCAVSTO ✕ IC ‖ PRO SANGVINE A XIII ‖ PRO CORONA A IIII ‖ PRO CALIDAM (sic) IN HOMINEM A III — Romae, in hortis Caesarinorum in Carinis. Exscr. Mommsen ex cod. Vat. 5253. Grut. 125, 2.

6114. QVOMODO MORTVOS QVI ISTIC ‖ SIIPVLTVS IIST NIIC LOQVI ‖ NIIC SIIRMONARII POTIIST SIIIC ‖ RHODINII APVD M LICINIVM ‖ FAVSTVM MORTVA SIT NIIC ‖ LOQVI NIIC SIIRMONARII POSSIT ‖ ITA VT MORTVOS NIIC AD DIIOS ‖ NIIC AD HOMINIIS ACCIIPTVS IIST ‖ SIIIC RHODINII APVT M LICINIVM ACCIIPTA SIT IIT TANTVM VALIIAT ‖ QVANTVM ILLII MORTVOS QVIII — columna altera: ISTIC SIIPVLTVS IIST DITII PATIIR (in margine adiunctum RHODI ‖ NII) TIBI COMMIINDO VTI SIIMPIIR ODIO SIT M LICINIO FAVSTO ‖ ITIIM M HIIDIVM AMPHIONIIM ‖ ITIIM C POPILLIVM APOLLONIVM ‖ ITIIM VIIN-NONIA HIIRMIONA ‖ ITIIM SIIRGIA GLYCINNA — Lamina plumbea litteris saeculi circiter octavi Urbis ornata, rep. in sepulcro ad

sinistram Viae Latinae sito D p. a porta. Exstat nunc in Museo Kircheriano collegii Romani P. P. Iesuitarum. *Civiltà cattolica* VIII, p. 243; Bull. Inst. Arch. 1852, p. 21.

6115. DANAII · ANCILLA · NOICIA ‖ CAPITONIS · HANC OSTIAM ‖ ACCIIPTAM HABIIAS · ‖ IIT · CONSVMAS · DANAII ‖ NII[1]) HABIIS IIVTYCHIAM ‖ SOTIIRICHI · VXORIIM — Lamina plumbea, rep. extra portam Latinam in vinea Aquariorum. Bull. Inst. Arch. 1849, p. 77. Cf. etiam caput de *iure Deorum Manium.*

6116. NOMEN · DELATVM ‖ NAEVIAE · L · L ‖ SECVNDA · SEIVE · EA · ALIO · NOMINI ‖ EST — Parva lamina aerea olim plicata et filo clausa, rep. in sepulcro Cumano, nunc in R. Museo Neap. Avellino, Bull. Nap. IV, tab. I, n. 3; VI, p. 89; Mommsen, I. N. 2915, qui litteris ad me datis suo iure ad eundem ritum defixionum inscriptionem pertinere suspicatus est.

1) [Mihi legendum videtur *consumas Danaene(n); habes* cet. MOMMSEN.]

6117. IOVEI · SACR — In latere dextro lapidis multorum libertinorum nominibus inscripti, in cuius latere sinistro haec leguntur: HANC · ARAM ‖ NE · QVIS · DEALBE*t* — In Capuano rep., nunc in R. Mus. Neapolitano. Mommsen, I. N. 3566.

§. 25. DEDICATIONES. CONSECRATIONES. VOTA.

N. 2487, v. 2. M . COTTIVS . M . F; v. 3. EPPILIVS; v. 6. extr. ∂M, qua ratione scribendi M ad versum sequentem pertinere indicatur, in cuius fine MVRV pro *murum* legitur. V. ult. COF „sic" pro COS; Mommsen, I. N. 3561; cf. 3562—3569, et nostrum n. 6119.

N. 2488; versus aliter divisos litterasque nonnunquam nexu ligatas indicat Mommsenius, qui vidit; I. N. 6011. Hic notasse sufficiat, quae verba apud Orellium vel male lecta vel omissa sunt: v. 3. COMVLATEIS; v. 4. VTEI . QVE; v. 11. DARE . QVO . ID cet.; v. 13. EA . PEQVNIA . QVAE . PEQVNIA; v. 15. VEICVS . FVRF.

N. 2489, not. 5. cf. Calend. Cumanum n. 5359.

N. 2490, v. 7. extr. CETERA; v. 10. extr. NOSTRI, Furlanetto, *lap. pat.* 1, qui supplendo tamen scripsit CETERA*e*, NOSTRI*s*, quamquam antea supplementis opus non esse proposuerat; v. Kellerm. apud Orell. Anall. epigr. p. 39. Notes velim, aliam quandam inscriptionem, in qua *magmentum* legitur, spuriam esse (Fabr. 635, 301); cf. Borghesi, Traiano Decio p. 49.

N. 2492, spurius, confictus ab Antoninio; Mommsen, I. N. 36*.

N. 2494, spurius mihi quidem videtur esse.

6118. LARIB · D · D · ROMANO ‖ MORE · DEDICATA — Amiterni. V. Brunnius. *Bull. Nap. n. s. n.* 34, p. 80.

6119.

· · ALFIDIVS · C · F · STRAB	C · N · · VS · CN · F	M · PONTIVS · M · L · SAL
M · PANDIVS · M · F	M · C*l*OELIVS · C · F	A · OCRATIVS · M · L · ALEX
P · OCTAVIVS · P · F	M · HE · · CIDIVS · M · F	C · HOSTIVS · M · L · HERM
C · CORNELIVS · C · F · SAP	L · DECVMIVS · N · F · STAB	A · RVBRIVS · A · F · PRAEC

HEISC . MAGISTR . EX . PAGEI . SCITV . IN . SERVOM . IVNONIS . GAVR.[1]) AR . . . . . TTVLE . . .[2])
P . CORNELIO . LENTVLO CN *au*FIDIO . ORESTE . COS[3]) M M . . .

— Ad D. Prisci, 2 m. p. a Capua. *Bull. Nap. nuova serie* n. 2, p. 13; recognovit mea causa Fredericus Wentrup v. c., cuius exemplum ubique fere secutus sum. A latere eiusdem saxi legitur n. 6154.

1) GAVR*anae*, Garruccius l. l. 2) Pro AR etiam AP vel AF legi posse W. docuit, qui in fine ita legit: ᵛTᵛLE . [Supple ARG*enti Pondo* L (vel alium numerum) CONTVLERVNT. Notum est deo res adquirere solitos esse per servum eius. MOMMSEN.] 3) A. 683.

6120. ANINIA · SEX · L · GE · IVNONIBVS · HANC ‖ ARAM · LOCVMQVE · HIS LEGIBVS · DEDICAVIT ‖ SI · QVIS · SARCIRE · REFICERE · ORNAR · CORONAR · VOLET · LICET ‖ ET · SI · QVIT · SACRIFICI · QVO · VOLET · FERRE · ET · IBI · VBI · VOLET · VTI · SINE ‖ SCELERE · SINE · FRAVDE · LIC*et* — *Carpi*. Cardinali, *Dipl. milit.* n. 558; melius Cavedoni, *Marmi modenesi* p. 185.

6121. SALVTI EX VOTO ‖ Q · PLAVTIVS IVSTVS AEDIL · ARIM ‖ N · S · 1) ET · CASSIAE THREPTES C · S · 2) ET ‖ Q · PLAVTI · VERECVNDI F · S · 3) AEDEM ‖ S · A · 4) DED ‖ H · A · S · A · H · L · L · Q · D · R · IN A 5) — Arimini. Murat. 21, 4, cet.; corr. Tonini, *Rimini* n. 4 et 5.

1) *Nomine Suo*; Borghesius apud Toninium l. l. 2) *Coniugis Suae*; id. 3) *Filii Sui*; id. 4) *Saluti Augustae*. 5) *Haec Aedes Salutis Augustae Habet LLeges Quas* (sc. *habet ara*) *Dianae Romae* IN *Aventino*; id. Cf. nn. 2489, 2490.

6122. IMP · CAESAR · VESPASIANVS · AVG · PONTIF · MAX ‖ TRIB · POT · VII · IMP · XVII · P · P · COS · VII · DESIGN · VIII 1) ‖ TEMPLVM · MATRIS · DEVM · TERRAE · MOTV · CONLAPSVM · RESTITVIT — Herculaneo in R. Mus. Neap. illatus. Mommsen, I. N. 2384.

1) A. 829 = 76.

6123. TEMPLVM DEDIC ‖ L VENVLEIO APRO‖NIANO · II · L · SERGIO ‖ PAVLO · II · COS 1) ‖ V · K · MART · QVID · I ‖ ES · POSTEIS · VI K · IVL 2) — Constantinae in Capitolio. *Exploration de l'Algérie*, *beaux arts* I, 1846, pl. 11, fig. 3.

1) A. 921 = 168. 2) i. *qui dies post eis vi kal. iul.* Dedicationem templi postea VI kal. iul. celebratam esse credo.

6124. · · · · *muni*‖*c*IPI MEL PRIMVS OMNI*um fe*‖*c*IT · ITEM · AEDEM MARMO*ream a*‖*po*LLINIS CONSACRAVIT ITEM P*ro* ‖ *p*RONAO COLVMNAS IIII ET PARA*statas* ‖ ET PODIVM ET PAVIMENTV*m col*‖*lo*CAVIT IN QVOD OPVS VNIVER*sum* ‖ *d d libera*LITATE SVA HS CXƆCCXCII SQ ‖ *m*ELITENSIVM DESIDERIVM O *v praeven* ‖ *ei · stat · a*ERIS COLLATIONE D D 1) — In insula Melite. Zaccaria, storia litt. VI, p. 297; *istituzione lapid.* p. 398 sq.

1) *Senatus Que m*ELITENSIVM DESIDERIVM O*ptimi viri praeven(iens) ei stat*(uam) *a*ERIS COLLATIONE DD, Zacc. parum probabiliter, quamquam quid supplendum sit ego quoque nescio.

6125. CVRIA · PRIS‖CA MATRI MAGNAE ‖ FANVM RIFECIT SIGNA POSVIT IN ‖ PHORVM 1) · · · · · · ‖ · · · · · · · · · · — Andetrii Dalmatiae. Lanza, *lapidi salonitane* n. V.

1) i. e. forum.

6126. GAL · TETTIENVS PARDALAS · ET ‖ TETTIENA · GALENE · TETRASTYLVM ‖ SVA · PECVNIA · FECERVNT · SIMVLACRA · CASTORIS ‖ ET · POLLVCIS MVNICIPIBVS · ASISINATIBVS · DON · DEDER ‖ ET · DEDICATIONE · EPVLVM · DECVRIONIBVS · SING × V SEXVIR × III ‖ PLEBEI × IS DEDERVNT ‖

S · C · L · D — Asisii, basis maxima, litteris pulchris, in cryptis aedis Minervae. Bull. Inst. Arch. 1839. p. 146.

6127. APOLLINI · GENIOQVE · AVGVSTI · CAESARIS ‖ L · APVSVLENVS · L · L · EROS · MAGISTER · PVTEVM · PVTEAL · LAVRVS ‖ SACRVM ‖ D · P · S — Bononiae. Paciaudi, puteus sacer agri Bonon. Romae 1761; Schiassi, *Guida al Museo* cet. p. 20.

6128. LIBERO · PATRI · SA‖CRVM · XX · ANNALE [1] ‖ T · FL · EGLECTIANI · SACERD [2] ‖ AVREL · AVG · LIB · DRACO ‖ PARASTATA CONSACRAVIT — Puteolis, nunc in R. Museo Neapolitano. Mommsen, I. N. 2478.

1) Intellige *vicennale*; cf. Or. 1596 = 2518, ubi *decurionem annalem* Orellius repperisse sibi visus est. 2) Cf. n. 6082.

6129. T · ANNIVS · L · F · LARGI ‖ DIBVS PENATIBVS ‖ OB REM · MILITAREM ‖ VOTVM SOLVIT L · M — Marruvii („*in sancti Valentini inter rudera antiquae Valeriae*", quae Antinorio civitas *S. Benedetto* est). Misit Antinorio P. Philippus Camerinius, ex schedis Antinorianis Brunnius. [Antinorius exscripsit ex Mur. 85, 1. Ego consulto omisi, neque enim recte videtur attributa esse Marruvio Marsorum. Mommsen.]

6130. . . . . ‖ . . . . *d*EDIT · L · AVFIDI · D ‖ . . . . *de*CVMA · FACTA ‖ . . . . IMER · ITERVM ‖ . . . . . TE · ORAT · TV · ES ‖ . . . . DEVS · QVEI · TOV ‖ . . . . . . PACEM · PETIT ‖ . . . . . . ADIOVTA [1] — Bazzani prope Aquilam. Giovenazzi, *Città d'Aveja* p. 37; Mommsen, I. N. 5756.

1) Monumentum ad Herculem pertinere argumentis a similitudine tituli Sorani (n. 5733) petitis comprobare conatus sum, Bull. Inst. Arch. 1845, p. 75; *Rhein. Mus.* N. F. V, p. 73. Ibidem plures ab initio versuum litteras deesse monstravi; unde fortasse legendum est: v. 2. *donum de*CVMA; v. 3. *hercolei* MER(*ito*); v. 4. *simul* TE cet.

6131. P · ATEIVS · P · L · REGILLVS · FECIT ‖ SIBI · ET ‖ P · ATEIO · P · L · SALVIO · PATRON · ‖ POMARIO · IS · TER · HERCVLI · DECVMAM · FECIT ‖ VIXIT · ANN · CII · ET ‖ PRIMAE · L · SVAE · CARISSIMAE · ET ‖ ATEIAE · IOLLAE · PATRONI · FILIAE [1] — Capuae, nunc in Mus. Borbonico. Gud. 341, 1; Fabr. 8, 34; Mommsen, I. N. 3578, cet.

1) Cf. nn. 5733, et 1862; praeterea Murat. 307, 5.

§. 26. DONARIA.

N. 2497: de aetate huius inscriptionis cf. nunc Mommsen apud Iahn, *Ficor. Cista* p. 42 sqq.
N. 2503, v. ult. P . III — ET ARG . P . CCVI =.
N. 2504, not. 1. *Dolicheni.*
N. 2508, titulus, si sincerus, male certe exscriptus.
N. 2512, spurius; Mommsen, I. N. 21 *.
N. 2515: dedit aeri incisum Marini, Arv. p. 49. V. 7. GENESIA‖CVS.
N. 2516, v. 1. TARVI (fortasse TAVRI); Mommsen, I. N. 278.
N. 2518 = 1596.

6132. IOVI · *paganico* [1] ‖ M · POMPONIVS · M F · PRIMI*o* ‖ E*t* · C · POMPONIVS · M · F ‖ *ar*AS SEPTE · POSVERVNT ‖ *iovi* · *p*A-

GANICO PAGI · FARRATIC ‖ EX · SCITV · PAGI · PAGANORVM ‖ *f*ARRATICANORVM · ET · PERMIS ‖ OB · TE · · MAGISTERIVM PAGI[2]) ‖ *e*T · VOCATIONEM · [3]) IN · PERPETV*um* ‖ *s*IBI · ET · FILIO ‖ *f*INIBVS · CREMONENSIVM ‖ D P S — *Pedergnagae*, nunc Brixiae. Grut. 1007, 7; Mur. 138, 3; 1098, 3; Gud. 11, 2, cet. Corr. Labus, *Marmi Bresciani* 1.

1) Addidi *paganico*, quia deesse aliquid Muratorius quoque indicat. 2) OB . TE*r*(*tium*) MAGISTERIVM, L.; equidem pro *tertium* TER scribi posse haud credo, nisi forte TEK in lapide erat. Fortasse *pr*OPTER, quamquam contra Labusium αὐτόπτην nihil affirmare ausim. 3) Ceteri editores omnes, praeter Gnocchium et ipsum Labusium, VACATIONEM.

6133. L · ACCIVS · TERENTVS ‖ AEDEM FECIT ‖ IOVEM · MARMO‖REVM · POSVIT ‖ VOTVM · ANIMO · L · S ‖ L · LOLLIANO · AVITO · COS[1]) — Inscriptio rupi incisa, quae dicitur *Pietra Mara* sive S. Mariae, prope Opim in faucibus fl. Sangri. Mur. 1987, 5; corr. Cardinali, *iscr. ined.* p. 53, n. 301; Bull. Nap. III. p. 99; Mommsen, I. N. 4537.

1) A. 897 = 144. Nota consulem unum. Anno 962 = 209, quo plerique Lollianum quendam Avitum fasces gessisse dicunt, Lollianum minime consulem fuisse demonstravit Borghesius, Bull. Nap. I. 1.

6134. PIETAS · SEC*un*‖DI · CONTVBER · MAG[1]) ‖ ARCVM · ET · CANDE‖LABRVM · IVNONI ‖ D · S · D · D — Grumenti. Mur. 17, 7; v. Mommsen, I. N. 305, ubi v. ceteros.

1) MAG*istra*; PIETAS enim nomen est feminae contubernalis Secundi.

6134a. C · FABERIVS · MIL · [1]) ET · SEDILIA · IVNONI · DAT — In lapide Albano quadrato, rep. in V. Appia inter Albanum et Ariciam. Dedit Petrus Rosa architectus.

1) MIL*iarium*?

6135. AP · IVNIO · SĪLANO · P · SĪLIO · NERVA · COS[1]) ‖ K · IANVAR ‖ L · POPPAEVS · VRBANVS · APOLLINI · SIGNVM · SACR · SEDEMQ · DIKAVIT — Abellae. Ann. Inst. Arch. 1849, p. 26; Mommsen, I. N. 1943.

1) Cos. a. 781 = 28.

6136. N · VSSAEVS ‖ SEX · F ‖ T · SALISIVS · T · *f* ‖ *i*III VIR I D ‖ MINERVAE ‖ SIGNVM ‖ D · D · S · ST · C[1]) — In ruderibus Bantiae antiquae. Mommsen, I. N. 429; Bull. Inst. Arch. 1847, p. 157; Bull. Neap. V, p. 68.

1) De Decurionum Sententia STatuendum Curaverunt.

6137. T · ACILIO · T · F · AI[1]) ‖ FLORENTINO ‖ EQVO · PVBL · PRAEF · COH ‖ V · BREVCORVM ‖ FORMIANI · OMNIVM ‖ ORDINVM · VIRI ‖ QVOD · IS · TESTAMENTO · SVO ‖ HS · C̄ · M · N̄ · LEGAVERIT · EX · QVA ‖ SVMMA · TENSAE · [2]) MINERVAE ‖ EX · ARGENTI · LIBRIS · CENTVM ‖ *c*VM PARERGĪS SVĪS TO*tis* ‖ *factae sunt*. Formiis. Mommsen, I. N. 4093.

1) Aniensi tribu. 2) Cf. *aedem tensarum* n. 5088, et *iugarios tensarum* [nonne potius *nomenclatores tensarios iugarios*? Mommsen.] inscriptionis Grut. 35, 12: SOLI . INVICTO ‖ SACRVM ‖ T . POMPONIVS ‖ REPENTINVS ‖ NOMENCLA-

TOR ‖ TENSAR . IVGARIS ‖ S . P . D . D ‖ DEDIC . XV . K . IVL ‖ MARVLLO . ET . AELIANO . COS (a. 937 = 184) ‖ OB . DEDIC . SPORTVLAS ‖ DEDIT . SINGVL . X . II .

6138. D · VALERIVS · D · F · COR ‖ PROCVLVS · AEDIL · DICTATOR ‖ QVAEST · ALIMENTORVM ‖ HYDRAEVM · GEMMIS · EX‖ORNATVM · ET · AVRATVM ‖ VNA CVM VALERIA FORTV-‖NATA ET VALERIA PROCVLA ‖ ISIDI · ET · SERAPI ‖ D · D — Nomenti. *Giorn. Arcad.* 1832, p. 324; Ann. Inst. Arch. 1844, p. 36.

6139. SYNOPSIS [1]) ‖ IOVIS · [2]) VICTOR · ARGENTEVS ‖ IN KAPITOLIO · HABENS · IN · CAPITE · CO‖RONAM ARGENTEAM QVERQVEAM ‖ FOLIOR XXX · [3]) IN QVA GLANDES N̄ · XV · FE‖RENS · IN · MANV DEXTRA ORBEM ARGEN‖TEVM ET VICTORIA · PALMAM FERENTEM ‖ · · · · · · · · · ET [4]) CORONAM FOLIOR · XXXX · ‖ · · · · · · · · · ISTRA [5]) HASTAM · ARG · TENENS — Constantinae. Clarac, *Musée*, *Inscr.* pl. LXXII, 15; *Exploration de l'Algérie*, *Archéol.* pl. 120, 4.

1) Fragmentum est indicis donorum deo alicui dedicatorum. 2) Nominativus. 3) XXV, Expl. 4) XX ET, ibd. 5) SINISTRA, ibd. — Ad similem indicem alterum fragmentum pertinet, ibidem repertum, nimis mutilum, quam quod plane intelligi possit.

6140. · · · · · ACA · · · · · · SVB INSCR ‖ · · · · TRONI · · MENISIONGANT [1]) ‖ ιιTMINNYMPHAEO [2]) IN CORONA SVMMA ‖ CIRCVMITV HEDERAE [3]) N̄ XXXX · AVRO INLVMI‖NATAE HEDERAE DISTINGVENTES · IN · COCHLEIS [4]) ‖ N̄ X SCYPHI [5]) DEPENDENTES · AVRO INLVMINATI · N · VI ‖ CANTHARVM AVRO INLVMINATVM STATVAE ‖ AEREAE · N̄ · VI · ET CVPIDO · MARMOREAE · N̄ · VI [6]) ‖ SILANI · AEREI · N̄ · VI · MANVALIA · [7]) N̄ · VI — Clarac, l. l. n. 6; *Exploration* cet. pl. 120, 5. Ex variis eorum scripturis elegi, quas accuratius exceptas esse indicavi.

1) . . . ., SVBINSO ‖ . . . . TION . . . . MINISLONGANI, Cl. (p. 1270), qui *flu*MINIS LONGANI legendum esse affirmat, etiamsi, quam ob causam flumen illud in inscriptione Cirtensi commemoratum sit, ne ille quidem expedit. 2) ιιTMINNAMPLIATO Cl. 3) LITTERAE Expl. minus recte. 4) COCTILE*s* Cl. minus recte. 5) SVI . HE Expl. male. 6) Sic ambo, nisi quod Expl. minus bene pro *n. vi* SVI. 7) Graecorum χέρνιβα, Cl. l. l. [Equidem priorem partem sic lego: SVB INSCR*ip*TION*e no*MINIS LONGANI IT*e*M IN NYMPHAEO IN CORONA SVMMA CIRCVMITV LITTERAE N̄ XXXX AVRO INLVMINATAE HEDERAE DISTINGVENTES INCOCTILES N̄ X. De primo cimelio nihil docemur nisi id dedicatum esse inscripto nomine non dedicantis, sed Longani alicuius. Transit elenchus ad nymphaei cimelia, inter quae primum locum obtinet ipsa inscriptio in corona, utpote scripta litteris auratis. *Hederae distinguentes* mihi sunt foliola quae passim in titulis punctorum instar obtinent. *Incoctiles* cur dicantur, non satis intelligo, nisi quod cum epitheton hoc aperte respondeat attributivis auro inluminati, aerei, marmorei, significari suspicor aliquid de auro incocto hederis illis. Mommsen.]

6141. · · · · ‖ ET ‖ SIGN · ARG · VII ‖ ET · IMAGINE ‖ EX · AVRI · P · II ‖ ET · FILA · II ‖ EX · CYLINDRIS ‖ N̄ · XXXIII ‖ AVRO · CLVS ‖ T · P · I — Arimini, columna parvula quadrata. Tonini, Rimini p. 292, n. 10.

6142. MESCENIA · ‖ VALENTINA ‖ IMPERIO ‖ VENERIS · ‖ IVNONEM ‖ D · D — Salonae. Misit Sablyar v. cl.

6143. I · O · M ‖ PRO SALVTE ET ‖ REDITV PETRoNIAE ‖ MAGNAE · FORTV‖NATVS ACT · ARAM ‖ CVM HOSTIA FECIT ‖ ITEM PRO SALVTE SV‖A ET SVORVM OMNIVM ‖ V · S · L · M — *Comminges* Galliae merid. *Mém. des Ant. du midi de la France* VI, p. 64.

§. 27. SVPERSTITIO IVDAICA ET CHRISTIANA.

6144. · · · ALFIUS IVDA ‖ ARCON · ARCOSY‖NAGOGVS · QVI ‖ ANN LXX MESIB VII ‖ DIEB X ALFIA SO‖TERIS CVM Q AN ‖ XXXXVIII COIVGI ‖ INCOMPARABIL*i* ‖ BENEMERENTI ‖ FECIT — Capuae, nunc Romae in Mus. Vat., ubi vidi ipse. Gud. 263, 5; Mommsen, I. N. 3657, cett.

6145. AVILIA · AS‖TER IVDEA ‖ M · AVILIVS IANVARIVS ‖ PATER SINAGOGAE FIL ‖ DVLCISSIMAE — Sitifi. *Exploration de l'Algérie*, *Archéol.* pl. 85, 6.

6146. † ☧ † ‖ HIC REQVIESCIT IN SOMNO ‖ PACIS CAELIVS LAVRENTIVS ‖ LECTOR SANCTAE AECLESIAE ‖ AECLANENSIS QVI VIXIT ‖ ANNOS PL M · XLVIII DEPOSITIO ‖ EIVS DIE VII IDVS MAIAS FLAVIS ‖ ASTERIO ET PRAESIDIO VV CC CON [1]) — Rep. in cryptis Aeclanensibus, nunc Boniti apud Cassittum. V. Mommsen, I. N. 1299.

1) a. 1247 = 494.

6147. Adde inscriptionem Volaterranam e schedis quibusdam Vaticanis a Lanzio, ut videtur, conscriptis a v. cl. de Rossi excerptam, quae num christiana sit, an ad sacra Mithriaca pertineat, non plane liquet: *ascia* D · M · *palma* ‖ MVRTIVS · VERINVS · PA‖TER · MVRTIE · VERINE · ET ‖ MVRTIE · FLORIANENI ‖ FILIABVS · MALEMERENT‖IBVS · CRVDELIS PATER · TIT‖VLVM · ISCRIPSIT · VERINA · ‖ PERCEPIT · M · X · VICXIT · AN‖NOS · XII · MENSES · V · FL‖ORIANES · PERCEPIT · M · XII · ‖ VICXIT · ANNIS VIII · M · III IN‖NOCENTES ACCEPERVNT · ‖ *a s*VO PATRE QVOD E*i* DEBVERANT — Si impuberes quoque sacris Mithriacis initiabantur, id quod equidem ignoro, ad hunc potius cultum titulum referendum puto; cf. *fidem percipere* apud Mommsen I. N. 3160.

CAPVT VI.

LVDI. RES SCENICA CET.

N. 2531, v. 4. PVBL; v. 9. MAXIMOQ; v. ipse. A latere legitur n. 4038.

N. 2532, v. 13. EXSTRVCTVM; v. Brunnius in hortis Praenestinis Barberinorum.

N. 2533, v. 1. A. VERATIO, v. 8. EXHIBVIT; ceteras minutias mitto. Cumis titulum tribuerunt Gervasius, *Iscr. Napol.* p. 31, et Mommsenius, I. N. 2569. collata inscriptione n. 2568 Cumis reperta: SEXTIAE . L . F . ICANI ‖ MONVMENTVM . PVBLICE ‖ FACTVM . D . D . C . I ‖ QVOD . EA . MVNIFICA . ERGA ‖ COLONIAM . FVIT .

N. 2536: Flaviani quoque amphitheatri subsellia nomina dominorum continent; cf. Kellerm. apud Or. Anall. ep. p. 39.

N. 2538, v. 2. fin. SVO . . ; . . ; v. 3. extr. RED . . . . . . ; v. 4. AMPHITEATRVM; FABRIC*am;* v. 6. extr. GORGOTI‖S . . . . ; mea causa recognovit Philippi; ipse vidi.

N. 2539: hanc tesseram a Romanellio confictam esse, non ut pro sincera eam daret, sed ut melius lectoribus suam de tesserarum indole sententiam declararet, ostendit Mommsenius, Anall. epigr. I (*Ber. d. S. Ges. d. Wissensch.* 1849, p. 286); cf. Wieseler, *Denkm. des Bühnenwesens*, p. 37 sq.

N. 2540, 4. N . ISTACIDIVS . N . F . CILIX cet.; 7. pro *cum* , *cos* l. CVNEOS; Mommsen, I. N. 2252.

N. 2543, not. 1. expl. *allecto in V decurias.*

N. 2550: fragmentum alterum exstat in Mus. Vat., male a Grutero editum.

N. 2551, v. 1. P . POETELLIVS . Mommsen, I. N. 6892. *Forinae* leguntur etiam in inscriptione n. 1712. in hortis Vaticanis asservata.

N. 2552, v. 4, CALLISTVS; vidi ipse Romae ad S. Crucis.

N. 2556, not. 2. fortasse *Oro*, *Oramus*? an exclamatio?

N. 2562: PHILODAMVS cet. iniuria Cardinalio (*Dipl.* n. 220) susp.; cf. Borghesi, *Giorn. Arc.* LIV, p. 67.

N. 2565: cos. a. 752; cf. Card. *Dipl.* n. 195.

N. 2566, cf. n. 2407.

N. 2567, v. 2. PVRRICINNA; Furlanetto, *lap. pat.* CCXIII.

N. 2569: gladiatoribus ab Orellio laudatis adde SAG*ittarios*, ESS*edarios* in iisdem inscriptionibus obvios; cf. Mommsen, I. N. 736. 737.

N. 2570, v. 6. HONORIB.; v. 8. MVNICil, „sic"; v. 11. PARIA . GLADIAT . L . DEDIT; I. N. 2627.

N. 2571, not. 4. *Syrus.*

N. 2575, v. 2. RVDIS in lapide exstat; cf. Kellerm. apud Or. Anall. p. 39.

N. 2579, v. 3. TAM; v. 9. VEREMERENT; v. Mommsen in R. Mus. Neap., I. N. 6902.

N. 2591: accentibus distinctus est; exstat Romae ad S. Petri.

N. 2593: cf. Haenel, Anon. Einsiedl. in *Archiv f. Phil. u. Paed.* V, 1, p. 127, et Mommsen, *Anall.* 15 (*Ber. d. S. Ges. d. Wissensch.* 1850, p. 312).

N. 2597, spurius.

N. 2601 pars mihi esse videtur tituli n. 6155 similis, sed mutili et male exscripti.

N. 2602, v. 3. OCVLO; v. 13. POPVLO; v. 14. EN; v. 15. INFESTAE; v. ult. DISCEDENS; Romae in V. Altieriorum, ubi ipse vidi cum Mommsenio.

N. 2603, v. 4: pro XIII l. XII; duos versus ultimos accentibus distinctos postea additos esse docet Mommsen, I. N. 5252. Minutias scripturae omisi.

N. 2606 exstat in R. Museo Neapolitano, sed spurius est; I. N. 363 *.

N. 2607 mihi certe suspectus.

N. 2613, pro *erudita* l. ERODITA; exstat in Mus. Vat.

N. 2614, v. 1. AVC*tus*; v. 2. DENVNTIATOR; exstat nunc in R. Museo Neap., ubi v. Mommsen, I. N. 6886.

N. 2616: suspicionem gravissimam movent Dionysius Socrates Aug. lib. et V. Appia, quo loco Ligorius suos lapides reperire solebat.

N. 2619, vv. ult. MANC*eps* ‖ GREGVM DO*minorum* ‖ AVGG . . . . . ‖ ET . . . . . .; Romae in Villa Altieriorum; cf. Kellerm. apud Or. Anall. epigr. p. 39. Vidi ipse. — Ad n. 2620 cf. Iahn, Specimen p. 87; Furlanetto, lap. pat. n. 45.

N. 2626, spurius; Mommsen, I. N. 766 *.

N. 2628 a Mommsenio refertur quidem inter paucos lapides Amerinos certo genuinos (*Ber. d. S. Ges. d. Wissensch.* 1849, p. 269), nihilo tamen minus mihi certe suspicionem movent insolitus ille *Augustalis maximus, hieronicus, parasitus et sacerdos*; cf. praeterea n. 2630.

N. 2630 male suppletus a Pratillio, V. Appia p. 137; Mommsen, I. N. 652: v. 1. . . *a*ELIO; v. 2. *aur*ELIO; v. 3. *pa*NTOMIMO; v. 4. *aug*VSTALIVM . QQ; v. 5. *ag*ONISTE cet.

N. 2633, v. 3. GLAPHYRI; versus aliter divisi. Romae, in V. Borghesiorum; cf. Kellerm. apud Or. Anall. p. 39.

N. 2637; vel interpolatus, vel spurius; Gutenstenius Grutero dedit.

N. 2639, v. 3. PYRaICHE; v. 4. CAESARIS; B . M; v. ipse in Mus. Cap.

N. 2644, not. 1. Avellinus, Opusc. III, p. 1 sqq., coniungit verba *secundarum magister*, atque ad administrationem pagi illud officium refert.

N. 2646 ex schedis quidem Barberinis est, neque tamen mihi suspicionem movet.

6148. P · BAEBIO · P · F ‖ TER · IVSTO · HVIC ‖ SPLENDIDISS · ORDO ‖ STAT · PONEND · CENS · OMNIB ‖ HONORIB · IN · RE PVBL · FVNCT ‖ QVOD · ET · IN · SING · ET · VNIVERS ‖ AEQVAL · SEMP · REVERENTIAM ‖ PRAEBVIT · ET · QVOD · MVNVS · GLAD · POST ‖ HONOR · II · VIR · EDIDISS · POSTVL · POPVLO · Q ‖ PROCES · EDITIO · CELEBRATA · EST [1] ‖ EX · INDVLG · PARIA · TRIA · CVM · VRSIS · II ‖ HERBAN · LIVENTER · SVSCEPERINT · IS · OB ‖ DEDIC · STATVAE · DEC · SING · ✕ · TERN · DED ‖ D · D · D — In dextro latere: HIC · MINT · DIEBVS · IIII · EDIDIT ‖ PARIA · XI · EX · HIS · OCCID · GLA ‖ PRIM · [2] CAMP · XI · VRSOS · QVOQVE ‖ CRVDEL · OCCIDIT · X · QVOD ‖ IPSI · MEMINIST · CIVES · OPTIMI ‖ HERBAN · VNIVERS · IN · DIES · SING ‖ OCCIDIT · QVATERNOS — In sinistro latere: DED · KAL · AVG · AEMILIANO · II · ET ‖ AQVILINO · COS [3] — Minturnis. Mar. Arv. p. 680; Mommsen, I. N. 4063. Orellius 3811 omisit inscriptionem dextri lateris.

1) Versus sive a quadratario sive a descriptore corruptos Mommsenius ita restituendos esse proposuit: *quod munus . post honor(em) II vir(atus) splEnDIDISS(imum) postul(ante) populo . q(uando) proces(sus) editio celebrata est* — SVSCEPERIT. 2) PRIM*ores*? 3) A. 249.

6149. L · EGNATIO · INVENTO ‖ PATRI · L · EGNATI · POLLI ‖ RVFI · HONORATI · EQVO · P · ‖ AB · IMPERATORIB · ANTONINO ‖ ET VERO AVG ‖ HIC · OBLITERATO · MVNERIS · SPECTAC (sic) ‖ IMPETRATA · EDITIONE · AB · INNVLGEN (sic) MAX · PRINCIPIS · DIEM · GLADIATORVM ‖ ET OMNE APPARATVM PECVNIA SVA ‖ EDIDIT ‖ COLONI · ET · INCOLAE ‖ OB MVNIFICENTIAM EIVS ‖ L D D D — in latere: *ed*ITVM · XII · K · APRIL · CLARO · ET · CETEGO COS[1]) — Infra amphitheatrum exhibetur, cuius apparent gradus, fenestrae, portae; intus gladiatores pugnantes; in altero latere duo gladiatores pugnantes. — Abellae. Mommsen, I. N. 1952, ubi v. ceteros.

1) a. 170.

6150. C · PAVSCVLANO ‖ C · F · QVIR · ‖ MAXIMO ‖ AEDILI ‖ QVINQ · PRAEF ‖ IVRIS · DIC · QVAESTORI ‖ ALIM · FLAMINALI · AVG ‖ HIC · OB HONOREM · QVINQ ‖ SPECTACVLVM · GLAD · TRIDVO ‖ DEDIT · ET · NOXEOS · QVATTVOR ‖ ITEM · ANNONAE · CVRATOR ‖ VIX · AN · XXXIIII · DIES · IIII · ‖ C · PAVSCVLANVS · RVFVS ‖ FILIO · KARISSIMO ‖ P ‖ HIC · MO·NV·MEN·TVM EM·TORI ‖ NON · CE·DET · SIC · VT · LI·CI·AT· I · TVM ‖ A·DI·TVM · AM·BI·TVM · MI·HI · POS·TE·RIS‖QVE · ME·IS· IN · AGRO · P · LXX · IN FRON·TE · P · XII — *„rinvenuta in un terreno del V. Bre (?) di S. Nicandro nel piano di Caporciano“* (in agro Peltuinati). Ann. Inst. Arch. 1849, p. 236; Mommsen, I. N. 6036; corr. nuper Brunnius, qui vidit.

6151. M · LVRIO · M · F · PALAT ‖ LVCRETIANO ‖ PATRONO · MVNICIPI ‖ TIBVRTES · MVNICIPES ‖ AERE · COLLATO · QVOD ‖ HONORE · SIBI · QVINQVEN‖NALITATIS · OBLATO · XX · PARIA ‖ GLADIATORVM · ET · VENATION ‖ SVA · PECVNIA · EDIDERIT ‖ L · D · S · C — in latere dextro: DEDICATA ‖ VIIII · KAL · AVGVST ‖ L · EGGIO · MARVLLO ‖ CN · PAPIRIO · AELIANO[1]) — Tibure. Bull. Inst. Arch. 1852, p. 153.

1) Cos. a. 937 = 184.

6152. TITIO (sic) FABIO SEVERO ‖ PATRONO COLONIAE OB ME‖RITA EIVS DOMI FORISQVE ‖ ET QVOD PRIMVS OMNIVM ‖ EDITORVM SVM*ptu pr*OPRIO ‖ QVINQVE FE*ras africana*S[1]) ‖ CVM FAMILIA *glad* . . . RIA‖NORVM[2]) ET ADPA*ratu* · MAG‖NIFICO DEDERIT ORDO ‖ CIVESQVE LIBENTISSIM ‖ STATVAM TRIBVERVNT — Telesiae. Mommsen, I. N. 4877.

1) Vel *libyca*S, vel *dentata*S; cf. 2533; 3762. 2) Fortasse *seve*RIANORVM.

6153. C · QVINCTIVS · C · F · VALGVS ‖ M · PORCIVS · M · F · DVO·VIR ‖ QVINQ · COLONIAI · HONORIS ‖ CAVSSA · SPECTACVLA · DE · SVA ‖ PEQ · COER · ET · COLONEIS ‖ LOCVM · IN · PERPETVOM · DEDER — Pompeis. Mommsen, I. N. 2249.

6154. . . . . . N · F · FABER · M · FISIVS · C · F · M · VIBIVS · P · f ‖ . . . . . SIVS · ST · F · M · BAIBILIVS · L · F · TI ·

HOSTIV*s* · · · · ‖ C*unc*OS · DVOS · IN TEATRO · FACIENDOS · COI*raverunt* — Capuae. *Bull. Nap. nuova serie* 1852, 2, p. 13. In altero latere legitur n. 6119.

6155. CN · AEQVASIVS · C · F · CALVVS ‖ L · AELIVS · L · F · IIVIR · I · D · ‖ EX · D · D · VIAE · LATITVDIN · ‖ ADIECER · SVBSTRVCTION ‖ ET · ERISMAS · FAC · LOC ‖ IN · ID · OPVS · EX · D · D · PECVN ‖ LVD · [1] HS · IↃↃↃ · CCIↃↃ · CCIↃↃ · CCIↃↃ ‖ CN · AEQVASIVS · C · F · CALVVS ‖ L · AELIVS · L · F · II·VIR · I · D · ‖ M · SVESTIDIVS · L · F ‖ C · ARRENVS · M · F · II·VIR · I · D ‖ DEDER · IDEMQ · PROB — Hispelli, in aedd. publ. Doni p. 89, 76. Vidi ipse.

1) LVD*iaria*, si recte lecta est inscriptio n. 2601; sin minus, LVD*orum* malim.

6156. CN DOTTIO ‖ DOTTI MARVLLI‖NI FIL SER PLANCIA‖NO PAT COL FLAM ‖ IIVIR II QQ MVNER II ‖ E AGONOTHE PERP CER‖TAM QQ TALANT [1] ASI‖ARCH TEMPL SPEND ‖ CIVIT EPHES [2] EX LBE‖RAL SVA ELECT AGO‖NOTET PERP AB IMP ‖ DIVO MARCO CERTM ‖ SACR HADRIANON [3] ‖ EPHESI POSTVL POPVLO ‖ OB MERIT EIVS ‖ VIC GERMALVS [4] ‖ D D — Antiochiae in Pisidia. Hamilton, *Researches in Asia minor* II, append. n. 187. Ipse ex apographo parum diligenter confecto restitui apud Gerhard, *Arch. Ztg.* IX, *Denkm. u. Forsch.* 1851, p. 395 sqq., ubi vide de singulis.

1) *Munerario iterum et agonothetae perpetuo certaminis talantiaei.* — *Ἀγῶνες ταλαντιαῖοι* C. I. Gr. 3208. 2) *Asiarchae templorum splendidissimae civitatis Ephesi.* 3) *Certamen sacrum Hadrianion, ἀγὼν ἱερὸς τῶν Ἀδριανείων;* cf. C. I. Gr. 2937, b; 3208. 4) Alterum titulum plane similem *vicus Tuscus* posuit; l. l. 187. Praeterea *vici Velabri* et *vici aedilicii* apud Antiochenses mentio fit; l. l. 181. 182 (n. 6981).

6157. · · · BALBVCI*o* · · *f* ‖ *s*ER FIRMO AED ‖ IIVIR QVI PECVNI‖AM DESIGNAVIT PE*r* ‖ TESTAMENTVM A*d* ‖ CERTAMEN GVMC [1] ‖ QVO · · NN · · · · N ‖ O · V · · · · VLISTIS — Ibd. l. l. n. 180.

1) Intellige *gumnicum*, fortasse scr. GVMNC.

6158. L · BOVIVS · L · F · L · N · FAL · CELER ‖ II·VIR · Q · AVGVR ‖ PRAEF · FABR · TRIB · MILIT · LEG · III · CYR ‖ PROCVR · LVDI · FAMIL · GLAD · CAES ‖ ALEXANDREAE · AD · AEGYPTVM · ADLECTVS ‖ INTER · SELECTOS · [1] AB · IMP · CAES · AVG ‖ SIBI · ET ‖ SEXTIAE · L · F · NERVLAE · VXORI ‖ OPT · CVM · QVA · A · PVERITIA ‖ SINE · OFFENSA · VIXIT · ANNIS · XXXI — Neapoli. Grut, 376, 3; Mommsen, I. N. 2614, ubi v. ceteros.

1) Sc. iudices, cf. 3905.

6159. M · FABIVS · FRONTO ‖ AVGVR P I D [1] CVM LV‖DIS SCAENICIS DE‖DIT PRAETER DENA‖RIOS MILLE AD ‖ OPVS THEATRI N [2] ‖ FILI SVI SENECIO‖NIS — a latere averso: POLLICITVS ‖ FVSCO II ET DEX‖TRO COS ‖ III NON IAN ‖ DEDICAVIT ‖ ISDEM COS ‖ PR · KAL · APRIL [3] — Rusicadi. Re-

nier, *premier rapport etc. (extrait des archives des missions scientifiques)* 1853, p. 4.

1) *Praefectus Iuri Dicundo.* 2) *Nomine.* 3) a. 225.

6160. ANTIOCVS ‖ MAGVLNI ‖ SP · ID · MAI ‖ M · PIS · M · MES [1]) — Tessera gladiatoria. Bull. Inst. Arch. 1835, p. 44.

1) Cos. a. 693 = 61 a. Chr. n.

6161. CVRTIVS ‖ PROCVLVS [1]) ‖ SP VIII K DEC ‖ M VETTIO [2]) ‖ M AR · · · · — Romae. Op. cit. 1842, p. 31.

1) Nota gladiatorem ingenuum. 2) M. Vettius Niger pro consule Asiam sub imperio Neronis rexit (Eckhel IV, p. 234); unde Claudio imperante fasces eum gessisse Borghesius statuit; l. l.

6162. LEPIDVS · MVMMEIIN · S · SP ‖ M · IVN [1]) ‖ C · SENTIO · COS [2]) — Rep. in villa *Soliera* agri Mutinensis. Op. cit. 1834, p. 231; cf. 1835, p. 107.

1) MVMMEIAN*i* (vel MVMMEIAN*us*, i. e. Mommeii) *Secutor* [malim *Servus*. MOMMSEN.] SP*ectatus Mense* IVN*io*. 2) C. Sentius Saturninus cos. a. 734 = 20 per aliquot menses sine collega fasces gessit; cf. Dion. 54, 10; Vell. II, 91.

6163. PHILOXENVS · METEL ‖ SPECT ‖ K · IVL ‖ IMP · CAE · X · C · NORB [1]) — Neapoli, in R. Museo, Roma allata. Ann. Inst. Arch. 1848, p. 288; Mommsen, I. N. 6304. [Secundis curis intellexi recte hanc tesseram a Marinio inter spurias ablegatam esse. MOMMSEN.]

1) A. 729 = 25.

6164. SVAVIS ‖ THYBRIDIS ‖ SP · K · IVL ‖ C · VIB · C · ATEI · COS [1]) — Romae. Ann. Inst. Arch. 1848, p. 288.

1) A. 758 = 5.

6165. CARVS ‖ HOSTILI ‖ SP · VII · K · APR ‖ CAM · ARR · CN · DOM [1]) — Romae. Ann. Inst. Arch. 1850, p. 358.

1) CAM*illo* ARR*untio* (M. Furio M. f. P. n. Camillo Arruntio Scriboniano), CN. DOM*itio* (Ahenobarbo) cos. a. 785 = 32: de his cf. Borghesium l. l.

Omnes tesseras gladiatorias anno 1835 notas sinceras aeque ac spurias collegit Cardinali, *Diplomi militari* p. 121 sqq., nn. 163—238. — De litteris SP et SPECT luculentissime disputavit Labusius, ad Morcelli *delle tessere degli spettacoli romani*, Milano 1827, not. XXI, et Bull. Inst. Arch. 1834, p. 231.

6166. MAIO ‖ PRINCIPI COLONIAE ‖ FELICITER ‖ DEDICATIoNE ‖ *therma*RVM · MVNERIS CN · ALLEI NIGIDI MAI ‖ · · · · VENATIO · ATHLETAE ‖ SPARSIONES · VELA · ERVNT — Pompeiis, inscriptio in muro picta. Guarini, *fasti duumvirali* p. 92.

6167. A · SVETTII · CERII [1]) ‖ AEDILIS · FAMILIA · GLADIATORIA · PVGNABIT ‖ POMPEIS · PR · K · IVNIAS · VENATIO · ET VELA ‖ ERVNT — et: FAMILIA · GLADIATORIA · ‖ VENATIO · ET · VELA — Ibd. in muro externo cryptae Eumachiae. *Museo Borbonico* vol. I, *Relazione degli scavi* p. 4.

1) CERTI?

6168. *gl*AD · PAR · X ‖ *popidi* RVFI · PVG · MALA ET *vela* ‖ *erunt* II NONAS A*priles* ‖ *spars* · ET VENATIO — Ibd. Guarini, Op. cit. p. 133, 11.

6169. M · FISTI · AMPLIATI ‖ FAMILIA · GLADIATORIA · PVGNA ‖ ITERVM ‖ PVGNA XVII · IVN · VENAT · VELA — Ibd. op. cit. p. 171, 2; cf. Avellino, *osservazioni sopra alcune iscrizioni e disegni graffiti* p. 20:

6170. HIIC VIINATIO PVGNABIIT (sic) ‖ V K SIIPTIIMBRIIS ‖ eT FIILIX AD VRSOS PVGNABIIT (sic).

6171. *c · iulio · vero* ‖ *maximo* ‖ *nobilissimo caesari* ‖ *principi iuventutis* ‖ *germanico* ‖ *imp · caes · c · iuli* ‖ VERI · MAXIMINI ‖ PII · FEL · AVG · GER‖MANICI · FILIO ‖ D · D — In altero latere: EX · INDVLG · D · N ‖ M · ANT · GORDIANI ‖ PII · FEL · AVG ‖ EDENTE · M · MAMILIO ‖ EVTYCHIANO IIII · V · I · D ‖ THR · PINNESIS · S · V [1]) ‖ DE · VAL · VALERIAN [2]) NAT · RAET ‖ DOCET · FAVSTVS [3]) — Bergomi. Aldini, nuovo ricoglitore CIV, a. 1833, p. 568; Labus, *Museo Bresciano illustr.* I, p. 184. Versus priores ipse restitui.

1) *Spectatus Victor*; Aldinius minus bene: *Superstes Victor*. De gladiatoribus spectatis et victoribus cf. quae adnotavi in explicatione musivi Borghesiani (Actt. Acad. arch. pont. Romae, 1815), p. 36 et 80, et Or. 2570. 2) Ita Aldinius, cuius si scriptura vera est, explica: DE VAL*erii* VALERIAN*i*, sc. familia. Minus certe laudo Labusii scripturam VALERIANO; sed utrius lectio vera sit, diiudicet, cui lapidem inspicere licet. 3) Faustus doctor Threcum est, qui Pinnensem armis instituerat.

6172. CN · MAETIVS ‖ FELIX · LANISTA ‖ AVGVST — Neapoli. Grut. 333, 2; I. N. 2895, ubi v. cett.

6173. D · M ‖ ANICETO · PROV · SP [1]) ‖ AEL · MARCION · DO‖CTOR · ET · PRIMVS · B · M — Vidi Romae inter lapides Sartii c. m. v.

1) PROV*ocator* SP*ectatus*, nisi forte SP praenomen est Aelii Marcionis. In marmore repraesentatur gladiator scuto, gladio, ocreis instructus.

6174. D · M ‖ LYCO · LIB · MVR ‖ SCAEV · [1]) PVGNA · IIII ‖ FEC LONGINAS ‖ LIB · CONTRARETE [2]) ‖ FRATRI · B · M — Romae. *Giorn. Arcad.* XXVIII, p. 345. — Hic insere n. 6189.

1) MVR*millo* SCAEV*a*, sc. qui sinistra manu telum gerebat. 2) Novum mihi quidem gladiatorum genus, quod cum retiariis fortasse committi solebat.

6175. GRATVS ‖ DOCTOR · MVRM ‖ V · A · XXVII — Ibd. l. l. et Card. *Dipl.* n. 613.

INCVLICE [1])
6176. D M ‖ SECVNDO PEGNI‖ARIO LVDI · MAGN ‖ BENE MERENTI · ‖ QVI VIXIT · ANNIS ‖ XC · VIIII · MENSIBVS ‖ VIII · DIEBVS · XVIII ‖ FAMILIA · L M · [2]) · FECE · · · · — Romae, in horreis Musei Vat. V. Mommsen et ego.

1) Vocabula *in culice* inter alterum et tertium inscriptionis versum minoribus litteris ita exarata sunt, ut post *pegniario* legenda esse videantur; quid significent nescio. 2) FAMILIA L*udi* M*agni*.

6177. D M ‖ AVREL · SABINVS · AVGG · LIB ‖ PP HER·BARIARVM · [1]) ET ‖ APVLEIA · HERM · CON E ‖ HI · SIBI FA·BRICA · C · · ‖ ET · I · I · · · · · · · · — Prope Romam ad Turrim Amarantianam. Exscr. Kellermann et misit Borghesio.

1) P*rae*P*ositus* herbariarum, quae ad spectacula amphitheatri destinatae orientalibus vel Africanis opponuntur; cf. Mur. 654, 1. [Nisi est *praepositus hereditatium variarum*, id est stationum complurium. Mommsen.]

6178. M · TITI · BAELIAN ‖ LIBERTI · ET · FAMIL ‖ VENATORIA ‖ Q · CLODIO · Q · LIB ‖ FORTVITO · FIL ‖ Q · CLODIO · Q · LIB ‖ NYMPHIO · ET ‖ CLODIAE · Q · LIB ‖ PRIMIGENIAE ‖ AMICIS · BENE‖MERENTIBVS — *Monselice.* Grut. 334, 11, alii; corr. Furlanetto, *lap. pat.* n. CCIX. Cf. n. 7209.

6179. M · AVR · POLYNICES · NAT · VER‖NA · QVI · VIXIT · ANN · XXIX · MENS ‖ IX · DIEBVS · V · QVI VICIT PALMAS ‖ N · DCCXXXIX · SIC IN RVSSEO · N ‖ DCLV · IN PRASINO LV · IN VENE‖TO XII · IN ALBO N · XVII · PRAE‖MIA XXXX · N · III · XXX · XXVI · PV‖RA N · XI · OCTOIVG · N · VIII · DEC · N ‖ VIIII · SEIVG · [1]) N III — et: M · AVR · MOLLICIVS · TATIANVS ‖ NATIONE VERNA QVI VIXIT ANN ‖ XX MENS · VIII · DIEBVS VII · QVI ‖ VIC · PALMAS N · CXXV · SIC IN RVS‖SEO LXXXVIIII · IN PRASINO XXIII ‖ IN VENETO N · V · IN ALBO N · VII ‖ PRAEMIA XXX · N II — Duplici inscriptioni Latinae prope Romam repertae sex versus Graeci dicuntur adiecti fuisse, ex quibus duos edidit Sirmondus ad Sidonium, p. 160: *θρέψε πάτρη Ῥώμη κλυτὸς ἡνίοχος Πολυνείκης ‖ υἷε δύο Μακάριν Τατιανόν τε κάσιν.* C. I. Gr. 6274.

1) *Octoiuge, decemiuge, seiuge,* sc. curru.

6180. D M ‖ M L AQVILIVS ‖ AGITATOR ‖ FAC CARAMANTINIE ‖ VIXIT ANNOS XXXV ‖ AGITAVIT ANN XII — Petropoli, all. ex Italia. Hand, antiquae inscriptiones Latinae, in progr. quodam universitatis Ienensis, a. 1849. Nomen hominis non bene descriptum esse patet. [Nisi titulus spurius est. Mommsen.]

6181. HABE · MARCE · DVLCIS · ‖ ADIVT PROC SVMMI CHOR ‖ MARCVS · PIISSIMO · PATRI — Romae ad D. Laurentii extra muros. Volpi, *villa di Vopisco* p. 180.

6182. D · M ‖ VLPIAE · SYNORIDI ‖ TERTIVS · AVG · LIB ‖ TABVLAR ‖ SVMMI · CHORAGI ‖ CONIVGI ‖ BENE · DE · SE ‖ MERITAE · FECIT — Romae, in Villa Altieriorum. V. Brunn.

6183. (*versus priores nunc desunt*) ‖ · · · · · · · · · · · A TVSCIA SVAM · · · · · · · ‖ · · · · AVIT NEQIDEM AD ALIQVAM QAES (sic) · · · · · ‖ · · · IT OB LIBERALITATEM SVAM ETIAM · · · · · · · · ‖ · · · IN VRBE SACRA ADMINISTRANS ET PRO AMORE CIVICO FILIOS · EI*us* ‖ · *di*SCOLIVM ET APRONIANVM TABVLIS AERE INCISO*s* (?) · · · · ‖ · · · PLEBIS CIVICA PATRONOS COOPTARVNT EX QVIBVS · · · · · ‖ *prae*TORE AETRVRIAE XV · P · P · [1]) DEDIT DISCOLIVM ET APRONIA*num* ‖ M · AETRVRIAE LVDOSAE DIDIT PARADOXIS EX VRBE ET DIV · · · ‖ · · · OS PER DECEN DIES AEPVLA ORDINIPVS PROPNAE ET CE · · · · ‖ · · · NIS DIEBVS DEDIT ET CIVITATIBVS EX SEN · · · · · · · · · ‖ · · · OTIDEM ET ANNONAS ET CVM · · · · · · · · · · · ‖ · · · VS · · · AXIS · · · · · · · · · · · — Vettonae. Costanzo, S. Rufino, app. 140; comes Ioannes Carolus Conestabile Perusinus frustra mea caussa lapidem quaesivit.

1) quindecim populorum.

6184. D · M · ‖ POSITVS · EST · HIC · LEBVRNA ‖ MAGISTER · MIMARIORVM ‖ QVI · VIXIT · ANNOS · PLVS ‖ MINVS · CENTVM ‖ ALIQVOTIES · MORTVVS ‖ SVM · SET · SIC · NVNQVAM ‖ OPTO · VOS · AD · SVPEROS · BENE ‖ · · · IERAE [1]) — In Museo Pestensi. *Alterth. d. Oesterr. Mon.* (*Wiener Jahrbb.* 1829 sqq.), n. 372; Bull. Inst. Arch. 1833, p. 47. Cf. 2631.

1) *valere*, corr. Kellerm. Bull. l. l.

6185. COLONIA [1]) ‖ P · PVBLILIVM ‖ INGENVVM ‖ COMOEDVM ‖ PROPTER SINGVLAREM ‖ ARTIS PRVDENTIAM ET ‖ MORVM PROBITATEM — Inter rudera Parii. Ann. Inst. Arch. 1842, p. 152, 4.

1) Parium colonia ab Augusto deducta est; cf. n. 512.

6186. M · IVNIVS · M · F ‖ MAIOR ‖ ARCHIMIMVS ‖ APOLLINIS · PARASIT ‖ POSIT ‖ POSTVMIA · Ɔ · L · CHDALIA — Praeneste. Cecconi, *Storia di Palestrina* p. 76.

6187. FLVXA · AVT · SYRMATA · BACCHICI · COTVRNI ‖ HIC · PHOEBVS · FVIT · AC · SVPERBVS · EVHAN ‖ PLAVDE · ISTIS · POPVLARE · VOLGVS · VMBRIS · ‖ SI · SVM · DIGNVS · ADHVC · FAVOR*e* · VESTRO · ‖ SI · POST · PRAEMIA · RIXVLASQ*ue* · *nos*TRAS · ‖ VT · TIRO · AC · RVDIS · IN · QVIETE · V*ivam* — Puteolis. Mommsen, I. N. 2913.

6188. · · · · · · · · · · · ‖ · · · · · · · · · · ‖ CAESARIS · LVSOR ‖ MVTVS · ARGVTVS · ‖ IMITATOR · ‖ TI · CAESARIS · AVGVSTI · QVI ‖ PRIMVM · INVENIT · CAVS‖IDICOS · IMITARI — Romae in columbario prope p. Latinam reperto. Bull. Inst. Arch. 1840, p. 138. 10; Iahn, Specimen p. 38, n. 107; cf. p. 87 sq.

6189. · · · · RIO · M · L · I · · · ‖ *pri*MAE · RVDI · ET · CE · · · ‖ · · · · DIO · M · L · MEI · · · ‖ · · · · IO · SVO · H · · · ‖ · · · · R · EV · · · — V. Mommsen in R. Museo Borbonico. Titulum male hoc loco propositum refer ad n. 6174.

CAPVT VII.

MATRIMONIVM.

N. 2655: pro AE scr. E; cf. Cavedoni, *Marmi Mod.* X, p. 160.

N. 2672, spurius; Mommsen, I. N. 61*.

N. 2673, not. 2. expl. *Marciae libertae*; cf. ad n. 2730.

N. 2686, v. 2. AED . PRAET; v. 3. ALIMENTOR; v. 4. LVCRETIANAE; v. 8. INFELICISSIMI; v. 9. PIISSIMIS ‖ FECERVNT; Mommsen, I. N. 1894.

N. 2695; cf. 2731.

N. 2702 = 2377.

6190. PLOTIAE · M · F ‖ PRIMAE · AN‖NORVM · NATA ‖ XIII · NVPTA ‖ FVIT · DIES · C · ‖ M · PLOTIVS · C · F · ‖ PATER · EGNATIA ‖ M · F · MATER ‖ POSVERVNT — Vernazza, *Iscr. Alb.* p. 25.

6191. IVLIAE MAIORI ‖ SPONSAE AC MARI‖TE KARISSIME ‖ P OCTAVIVS LAE‖TVS FL AVGGG ‖ PP [1] FECIT — Sitifi. Exscr. de Grabow.

1) FLamen AVGustorum trium (sc. Severi, Caracalli, Getae) PerPetuus.

6192. *m*VRRICIA ‖ FAVSTI · L ‖ PRIMIGENIA · DEC · ANN · XV ‖ QVO · DIE · VIRGO · NVBS*it* ‖ EODEM · DIE · POST · ANNVM ‖ SEPVLTA · EST ‖ FAVSTVS · PATRONVS — Arimini. Tonini, *Rimini* p. 305, 36.

6193. LOC ‖ SEPVLTVRAE ‖ C · DINILLENI VAL‖ENTIS ET VXORIBVS ‖ CONCVBINISQVE ‖ · · · · · · · · · — Fani. Amiani, n. 55.

6194. SAMIARIA · L · L · HYPORA ‖ HIC · SITA · QVAE · FVERAT · SAMIARIA ‖ DVLCIS · HYPORA · CARA · SVO · CONIVX ‖ ET · PROBA · DIGNA · VIRO ‖ M . METILIVS · M · L · CHAEREA · VIR — In columbario in V. Nomentana reperto. *Giorn. Arc.* 1822, XIII, p. 116.

6195. V · F ‖ VECCO MOCC‖ONIS · F · SIBI · ET · TVTI‖LIAE · VECCATI · F . VX‖ORI · ET · FRONTO‖NI · F · ET · CRACCAE ‖ LIVONIS · F · VXO‖RI · ET · MASCIO · F ‖ ET · PRIMAE · OC‖TAVI · F · VXORI · ET ‖ SEXTO · F — *Creolae* in Gallia Cisalpina. Labus, *via del Sempione* p. 20.

6196. *deci*MIAE · L · L ‖ *li*BERALI ‖ *ti* · *c*LAVDIVS ‖ *au*GVSTI LIB ‖ *phi*LOLOGVS ‖ · · · LIS · VXORI ‖ · · · NOREM — M ·

AEMILIO ‖ LEPIDI · LIB ‖ FELICI ‖ NOMENCLATORI ‖ VIRO PRIORI ‖ DECIMIAE · L · L ‖ LIBERALIS — Romae, in Mus. Vat. Iahn, Specimen p. 93.

6197. D · M ‖ PRIMAE ‖ DIGNA · FVI · MERITO ‖ MEO · RARA · SODALI ‖ VNVS · AMOR · MANST ‖ PAR · QVOQVE · VITA ‖ FIDELIS · SI · DOLVT · ALQVT ‖ ME QVOQVE · IVNXI · DO‖LORI · PAR · FVI · DVM · POTVI ‖ DVLCIS · VALE ‖ KARE · SODALIS ‖ VIXIT · ANN · XXI · M · II · D · XX ‖ CHRESTVS ‖ B · M — Faventiae exscr. Mommsen.

6198. SATIMBIA · MARCIANA · I · L · H [1] ‖ DONAVIT ‖ AELIAE · CASSIAE ‖ ITV · AMBITV · ET ‖ POSTERI·SQ · EORVM — Romae in V. Appia. *Effem. lett. di Roma* t. VII, p. 344; Labus, *monumenti scoperti in Brescia* p. 61.

1) Ius Liberorum Habens.

6199. D · HAVET · M ‖ HEL · COMMo‖DE · CONIVG ‖ KAR · IVTRI[1]‖CI · OPTIM ‖ HEL · SABINI‖ANVS · B · M · F — Atinae. Mommsen, I. N. 257.

1) „Sic"; corr. *nutrici*. [Imo explica *adiutrici*. Mommsen.]

6200. D M ‖ C SORNOIG*ni* ‖ MAIORIS VIX*it* ‖ M SEX · D · XXII ‖ ORAS VIIII ‖ MONTANVS ET ‖ SORTITA PATRES — Arimini. *Novelle Florent.* XVIII, p. 73; Tonini, *Rimini* p. 318, n. 68.

6201. C · VENSIVS · C · F · ‖ CAESIA · NATVS [1]) — Clusii. Bull. Inst. Arch. 1833, p. 49.

1) De more Etruscorum, quo matris nomen in monumentis proponebant, cf. Or. 4703; Bull. Inst. Arch. 1844, p. 163.

6202. SETIVS · FVNDANVS · NVTRIVIT NATOS DVO IN PRIMA ‖ AETATE EX GERMANA CONIVGA · IN STVDIISQ · MISIT · ET ‖ HONORES · TRIBVIT · POST TANTOS · SVMPTVS N̊ FRVITVS NE‖MINE FVNERAVIT · NATOS ET HANC · COEPIT OPERA · SENEC · LA‖BORANS · HAEC PERFEC OMNIA · V · A [1]) GERMANA ‖ CONIVNX · V · A · LXXX SORORIS CONIVGIS OR‖NAVIT · MEMORIA · GAETVLIA · PRIM · V · A · LXXX · VALEAS · VIATOR · LECTOR · MEIS CARMINIS — Calamae. *Excursions dans l'Afrique septentrionale* n. 12.

1) Annorum numerus post mortem eius, qui monumentum fecit, adiungi debebat.

6203. D · M ‖ SABINIANA FECIT ‖ PARENTI · NATVRALI · SVO ‖ HERMETI · BENE ME‖RENTI — In R. Mus. Neap. ex Mus. Borgiano allatus. Mommsen, I. N. 7089.

6204. C · BETVINVS ‖ SPVRIVS [1]) ‖ L · ASINIVS · L · L ‖ ALNXSAN · · · [2]) ‖ BETVINA · C · · SECVNDA — Prope *Nesce* in Aequicolis. Ann. Inst. Arch. 1834, p. 118; Mommsen, I. N. 5717.

1) Nota cognomen *Spurii*. — De praenomine *Spurii* cf. nunc Labus, *Marmi Bresciani*, p. 62, qui exempla quoque attulit praenominis illius pro nomine gentilicio usurpati. 2) Nota orthographiam Etruscam nominis Alexandri. [Corrige ALIIXSAN*der*. Mommsen.]

6205. DIS · MAN ‖ L · VITORIO (sic) ‖ FORTVNATO ‖ VIXIT · A · XIII ‖ MENS · VIIII ‖ VITORIA · BR‖SEIS · MATER- ‖ TERA · ET · P ‖ TAMVLLIVS ‖ EROS · TATA ‖ ET · SIBI · FEC ‖ IN F · PED · XII ‖ IN · AGR · P · XVII — Luceriae. Mommsen, I. N. 1021.

6206. D M ‖ AVRELIVS FESTVS FVRCIAE ‖ FLAVIAE · FILIASTRAE · BENE‖MERENTI · ET DOMINE · ET PA‖TRONAE · QVAM DIVS VIVO CO‖LO TE POST MORTE NESCIO PARCE ‖ MATREM TVAM ET PATREM ET SORO‖REM TVAM MARINAM VT POSSINT TIBI FACERE ‖ POST ME SOLLEMNIA — Romae in Villa Pamfilia. Ann. Inst. Arch. 1846, p. 209.

6207. D · M ‖ CLAVDIAE SATVRNINAE ‖ FILIASTRAE · FLAVI · PROCVLI ‖ ET · CLAVDIAE · SYNTYCHES ‖ FAVSTVS VERNA · ET · LIB · MAM‖MAE · SVAE · ET · CASTOR CAES · N̄ ‖ SERVVS · VERNA · CONIVGI · OPTI‖MAE BENEMERENTI Romae. Vidit Borghesi.

Ad nn. 2698 et 2699 cf. titulos sequentes:

6208. C · OBELLIVS · M · F · VIVVS · FECIT ‖ SIBEI · ET · MEVIAE · VXORI ‖ OBELLIA · L · Ꟶ · HIC · SITA · EST — Prope *Vinchiaturo* agri Bovianensis. Mommsen, I. N. 4994.

6209. D . M · S ‖ AEMILIA · ‖ CORNELIA G · F · ‖ SCRIBONIA · ‖ MAXIMA · C · P · [1] ‖ VIXIT · DIEBVS · ‖ XLV — Romae, in Mus. Vat. Kellerm. Vig. p. 41, nota ad n. 70.

1) *Clarissima Puella*, l. l., qui titulus in alia quadam inscriptione C Ꟶ scribitur:

6210. GLAVCOPI · VENERI ‖ GELLIAE ‖ AGRIPPIANE ‖ C · Ꟶ ‖ AVRELIA · SOTERIS ‖ ET · MVSSIVS ‖ CHRYSONICVS ‖ NVTRITORES ‖ LACTANEI — Romae. Maffei, M. V. 293, 1; corr. Kellerm. l. l.

6211.

. . . . . . *s*ACERD · PVBLIC · VENER
et · cereris ? *h*VIC · MATRONAE · STATVAM
*ex · aere · coll*ATO · 1) IN · AEDEM · VENERIS
*ponendam cu*RAVERVNT HVIC
*decuriones p*VBLICE · LOCVM · SEPVLTVRAE · ET
impensas funer · iis · · · ET · STATVAM · DECREVERVNT

L · CORNELIO · L · F · MEN · M · . . . . . .
FLAMINI · ROMAE · TI · *Caes · aug*
AVGVRI · AED · $\overline{II}$ · VIR · QV*inquenn*
PRAEF · FABR · BIS · HIC · TOGAE · VIR*ilis · die*
CRVSTVLVM · ET · MVLSVM · POPVLO · *dedit*
AEDILITATE SPECTACVLVM · GLADIA*tor · et* 2)
CIRCENSIVM · EDIDIT · OB · HONOR*em · iivir*
DECVRIONIB · MAGNAM · CENAM · D*edit · quin*
QVENNALITATE · SVA · LVDOS · SPL*end · edidit*
HVIC · DECVRION · PVBLICE · LOCVM *sep · et · impensas*
FVNER · HS L · ET · STATVAM *decreverunt*

— Surrenti. Reines. VI, 32; Donat. 243, 2 cett. partem tituli male ediderunt; corr. Mommsen, I. N. 2123, et p. XXIII in Corrigendis. V. ipse.

1) *loco decr. dec.* dATO, M. 2) M. omisit *et*, coniungens *gladiatorum Circensium*; minus bene, opinor.

CAPVT VIII.

NOMINVM RATIO APVD ROMANOS.

Quamquam tria nomina et praenomen patris et tribus ingenuorum propria esse solent, bene tamen tempora distinguenda sunt; liberae enim rei publicae aetate multis hominibus duo tantum nomina, sc. praenomen et nomen gentilicium fuisse, et historia docet et lapides demonstrant, quorum qui duo solum nomina exhibent cognomine non adiuncto, vel ante Augustum vel sub eius certe imperio exarati esse creduntur. Eo enim tempore mos ille vetustus, quo filii familias praenominibus distinguebantur, paullatim desiit, ita ut eodem nonnunquam praenomine omnes fratres uterentur; quapropter cognominibus opus erat, quibus distingui possent (cf. Borghesi, *lapida Gruteriana*, Act. Acad. Taur. XXXVIII, p. 27). Agnomina vero, quae liberae rei publicae aetate raro nec nisi ob victorias, ob adoptionem vel propter facetias popularium civibus indebantur, imperatorum tempore valde usitata erant multasque ob caussas assumebantur, ita ut non modo matris vel avorum nomine homines uterentur, sed heredes saepe omnia eius, cuius bona acceperant, reciperent nomina. Praeterea Graeci illi et Asiatici, qui sub imperatoribus Romam confluxerunt, nomina quidem Romana assumserunt, quibus in actis potissimum publicis utebantur, et si forte magistratibus Romanis fungebantur, nihilo tamen minus patria quoque nomina retinere solebant. Cuius rei exempla luculentissima videsis apud Borghesium l. l. p. 39 sqq. Hic nominasse sufficiat virum celeberrimum Ti. Claudium Atticum Herodem cos. anni 143, ita quidem appellatum in inscriptionibus C. I. Gr. 332 et 1883; Murat. 327, 7; Fabr. 156, 251; Grut. 943, 1. Herodem autem Atticum a scriptoribus dictum, qui in fastis consularibus solo Attici nomine inscriptus erat, ut inscriptionibus Mar. Arv. p. 324 et 333, Mur. 327, 6 et 2050, 2, C. I. Gr. 1077 aliaque quadam inedita idem comprobavit Borghesius. His igitur de caussis *πολυωνυμία* illa orta est, cuius plura exempla Orellius attulit (2759 sqq.). In tot autem nominibus sine ulla regula dispositis saepe valde difficile est hominis alicuius originem veramque indagare familiam, quum ne illud quidem recte vv. dd. proposuerint, nomen, quo praecipuo quasi quodam et *diacritico* homines usi sint, in fine positum esse; promiscue enim quum nomina, tum cognomina et collocata et usurpata esse multis exemplis Borghesius confirmavit (l. l.).

N. 2703: Orellius male FL litteras pro nota tribus habet, quum ipse postea Flaviam tribum fuisse neget. Coniunge FL*avia* SISCIA, ut in eadem inscriptione simili modo *Aelia-Mursa* seiungitur. Nota coloniam Sisciam a Flaviis deductam esse.

N. 2705 = 894.

N. 2718. 2719, cf. n. 6222a.

N. 2719, v. 5. M . VIIII . V. ipse in Mus. Vat.

6212. De praenominibus hoc tenendum est, certa quaedam cognomina nonnunquam praenominum loco ante nomen posita esse; cuius generis sunt *Cordus*, *Cossus*, *Faustus*, *Paullus*, *Taurus*, alia. — Iis vero, quae de praenominibus Orellius attulit, haec adde, quae si paullo accuratius perlustraveris, multa reperies praenomina rariora Samnitica sive Osca fuisse sub Romanorum etiam dominatione servata; cf. Mommsen, *Unterit. Dial.* p. 241.

6213. *Epidius*: V · 1) POPIDIVS ‖ EP · F · Q · 2) ‖ PORTICVS ‖ FACIENDAS ‖ COERAVIT — Pompeiis. Mommsen, I. N. 2196.

1) *Vibius*. 2) *Quaestor*.

[*Gal.* · · · · v. n. 6126. MOMMSEN.]

6214. *Messius* s. *Mesius*: HELVIAE ‖ MESI · F ‖ SACERDOT · VENER ‖ FILIEI · DE SVO — Boviani Undecimanorum. I. N. 4984.

6215. *Minius*: L · VETTIO · MIN · F · VOL · VRSVLO · VERI 1) ‖ D · V · FECIT · ET · SIB*et* · OPPIA · VXOR — Aufidenae. I. N. 5142.

1) Ante VERI aliquid deesse Mommsenius suspicatus est; hoc certe constat, corruptum titulum esse.

6216. MV praenomen, quod *Munatium* esse in inscriptione Grut. 372, 9 Scaliger voluit, nihil est nisi M̸V, *Manius*; cf. Bull. Inst. Arch. 1833, p. 40.

6217. *Novius*: N · VĪBIO · NOV · F · POM ‖ FLACCO ‖ COSSVTIAE · P · F — Potentiae. Mommsen, I. N. 418; cf. inscriptionem notissimam cistae Kircherianae s. Ficoronianae nuper denuo ab O. Iahn editam. Hoc praenomen Oscum nomen gentilicium Romanorum evasisse constat, cuius rei praeter alia exempla satis nota rarum hic afferam OVII nomen:

6218. Q · OVIVS · OV · F ‖ TR · PL · VIAM ‖ STRAVIT — Venusiae. Mur. 507, 6; corr. I. N. 704.

6219. *Paquius* s. *Pacius*; v. Mur. 488, 1 = I. N. 276, in titulo Tegianensi, et: N · VITELLIVS · PAC · F*il* · ‖ FACIEN*d* C*ur* — Potentiae. I. N. 389.

6219a. *Percennius*. N · CEIO · PER · F · NAEVIA · M̸V · VXOR · DE · SVA · PECVNIA ‖ FACIVNDVM CVRAVIT — Santangelo Limosani prope Tereventum. Ann. Inst. Arch. 1854, p. 23, n. 22.

6220. *Pet* · · · ·: L · OFDIVS · L · F ‖ PET · N · DL · M — Rep. Collettarae inter Amiternum et Forulos (nunc in Mus. Aquilano). I. N. 5765.

6221. *Postumus* praenomen titulo sequenti confirmari videtur (nisi potius explicandum est POS*uit*): TI · IVLIVS · TI · *f* ‖ CLA · INGENVVS ‖ VIRVNO MIL ‖ COH XII · VRB 7 ‖ NAEVI · SING ‖ TRIB MIL ANN ‖ VI VIXIT ANN XXIV ‖ POS · SECVNDINI‖VS · MAXIMVS · H · F · C — Romae, in Mus. Cap., ubi vidi; Guasco n. 177; cf. n. 6385.

6222. *Proculus*: PR · POSTVMIVS · A · F · A · N · ALBĪNVS · REGILLENSIS in fastis Capitolinis trib. mil. a. 357 (Borghesi, *nuovi framm. di fasti consolari capitolini*, parte seconda, p. 144), et PR · CENTONIVS (7063).

6222a. PVP · PONTIO T · F · VO*l* ‖ PROCVLO AN XIII · · — Prope Tereventum. Ann. Inst. Arch. 1854, p. 23, n. 26. — Hac inscriptione Pupum vel Pupium praenomen fuisse videtur confirmari; cf. 2718.

6223. *Quartus* Garruccius (Class. Mis. p. 34, n. 26) nuper inscriptione quadam Misenensi confirmare conatus est; quam melius descriptam vide apud Mommsenium, I. N. p. XXI, 7294, ubi pro QVART AVGVSTO VARO cet. Q AVGVSIO VARO legitur. — Titulus vero Don. 276, 187 = Fabr. 24, 109 cet., quamquam Kellermanno probatus (Vig. n. 67), quo *Quartius Iunius Quar. f. Fal. Hesperinus* et *Quartia Terentia Secunda* commemorantur, mihi certe maxime suspectus est solaque nititur schedarum auctoritate.

6224. *Salvius*, male *Salvinus* Orellius; nam inscriptionem Grut. 559, 8 vide correctam apud Furlanettum, *lap. pat.* p. 175 (CLXVIII). — SAL · HOSTILIVS ‖ SP · F ‖ P · HOSTILIVS ‖ SAL · F — Prope *Coppitum* (rep. Vigliani prope Civita Tomassa, Carli). I. N. 5844; Bull. Inst. Arch. 1834, p. 148.

6225. P · PETICIVS · SA · F · PETRONIA · SA · F ‖ PETICI — Trasacci. Mur. 1724, 2; corr. I. N. 5584.

Alia huius praenominis exempla v. apud Mommsen, I. N. in Indice praenominum.

6226. Littera S praenomina *Sergius*, *Sextus*, *Spurius* indicari possunt: cf. M · ANTONIO · RVFINO ‖ S · OCTAVIO LENAT*e* ‖ CONS in titulo Tusculano (n. 6996), in quo *Sergio* legendum esse constat (Bull. Inst. Arch. 1845, p. 156 et 160); deinde Grut. 554, 9 et 559, 5, in quibus S pro *Sexto*, et hunc titulum Veronae exstantem: S · POSTVMIVS · S · F · S · N ‖ ALBINVS · COS ‖ GENVA ‖ · · · · XXVII, in quo S pro *Spurio* habendam esse Borghesius docuit, *Giorn. Arc.* 1821, X, p. 211 sqq.; cf. SC. de Bacch. et nummorum quorundam inscriptiones. — Praenomen SER *Sergium* (non *Servium*) esse, pluribus exemplis idem v. d. comprobavit, Bull. Inst. Arch. 1845, p. 158 sqq. Cf. etiam titulum Tusculanum l. l. p. 156:

6227. *rub*ELLIAE ‖ *bla*NDI · F · BASSAE ‖ · · OCTAVI · LAENATIS ‖ SERGIVS · OCTAVIVS ‖ LAENAS · PONTIANVS [1] ‖ AVIAE · OPTIMAE —

1) Cos. a. 884.

STATIVS, STA*tius*, ST*atius*: cf. Mommsen, I. N. Index praenominum.

6228. Q · RAIVS · STA · FE*il* ‖ BROCCVS · II · VIR · *i* · *d* ‖ D · D · S — Venusiae. Mommsen, I. N. 725.

6229. M · VIBIVS · ST · F ‖ OVF ‖ MARCELLVS · SIBI ‖ ET · ST · VIBIO · ST · F ‖ OVF · PATRI · SVO ‖ EX · TESTAMENTO — In agro olim Fabraterno; nunc Aquinate. Ibd. 4420.

T in n. 2725 et 2727 male Orellius pro *Tauro* habet, quum semper T*itus* sit, neque *Taurus* unquam praenomen esse possit; cf. Labus, *monumenti scoperti in Canturio* p. 25.

6230. *Trebius*: L · CAI · TR · F in inscriptione Mur. 488, 1, Mommsen, I. N. 276, et: TREB · STATORIVS · TR · L · TERMINALIS in fragmento Herculanensi. I. N. 2383, g.

V rarius pro VIB, VI (*Vibius*) usurpatur: v. n. 6213.

6231. De praenominibus feminarum scripsit nuper Borghesius apud Furlanettum, *lap. pat.* p. 146, de inscriptione P. Serviliae (Grut. 311, 3) verba faciens: „. . . . . *Dopo la recensione fattaci dall' Orelli vedete a che si riducono i prenomi femminili, e sì che ne vanno esclusi anche alcuni di quelli, ch' egli ha rispettati, e segnatamente tutti quelli, in cui alla sigla del creduto prenome succede immediatamente il cognome, la quale per me non è se non che l'iniziale del gentilizio; imperocchè se questa compendiosa maniera si usò talvolta cogli uomini, vuol ragione, che altrettanto si creda pur fatto colle donne. Non nego di aver veduto co' miei occhi qualche caso del prenome muliebre, ed anche alcuno che è rimasto ignoto all' Orelli, ma sempre in persone di qualità, generalmente chiarissime femmine, ed ad impero già inoltrato; ma non ne conosco alcuno, in cui si abbia il solo prenome e il nome gentilizio senza cognome. Conchiudesi che quest' uso fu seguito da pochissime famiglie*" cet. — De Romanorum usu nomina quoque gentilicia per compendia exprimendi cf. Labus, *Marmi Bresciani* p. 67. Hinc de singulis apud Orellium ipse iudices, sed bene notes, Borghesii disputationem ad tempora potissimum imperii pertinere; nam prioribus liberae rei publicae temporibus feminas non tam praenomine, quam ad instar eius anteposito cognomine ornari solitas Mommsenius demonstravit, *Unterital. Dial.* p. 81. 242, 365, et apud O. Iahn, *Ficoron. Cista* p. 45. Vide e. g. Or. 1500; 1501; 551; Mur. 1389, 4; 1635, 8; Gud. 313, 10; Mommsen, I. N. 236:

6232. L · MANNEIVS · Q · MEDIC (sic) ‖ VEIVOS · FECIT · *ΦΥΣΕΙ ΔΕ* ‖ *ΜΕΝΕΚΡΑΤΗΣ* (sic) *ΔΗΜΗ*‖*ΤΡΙΟΥ ΤΡΑΛΛΙΑΝΟΣ* ‖ *ΦΥΣΙΚΟΣ ΟΙΝΟΔΟΤΗΣ* ‖ *ΖΩΝ ΕΠΟΙΗΣΕΝ* ‖ MAXSVMA · SADRIA · S · F ‖ BONA · PROBA · FRVGEI · SALVE — *Monte Caggiano*, in agro Volceiano.

6233. L · SERGIVS · L · L · · · · · ‖ RVTILA · [1])FVLCINIA · · · ‖ P · F · FRVGI — Amiterni. I. N. 5891; Bull. Inst. Arch. 1839, p. 64.

1) Cf. epit. de nomin. apud Mommsen, *Unterit. Dial.* p. 242, n. 72: *Antiquarum mulierum — praenomina — Rutilla, Caesella, Rodocella, Murcula, Burra a colore dicta*, et Maff. M. V. p. 470, 5.

6234. PRIMAE POMPEIAE ‖ OSSVA HEIC ‖ FORTVNA SPONDET MVLTA ‖ MVLTIS PRAESTAT NEMINI VIVE IN DIES ‖ ET HORAS NAM PROPRIVM EST NIHIL ‖ SALVIVS ET · EROS DANT — Romae. Eph. litt. Florent. 1757, 41. — *Secunda*, v. Gud. 313, 10.

6235. T ‖ P · BRVTIVS · P · F · QVI ‖ TERTIA · SAPIENA Ɔ · L ‖ VXOR · POSIT ‖ GAVIA · CAESIDIA ‖ PROBISVMA · FEMINA ‖ MATER · BRVTI — Aquilae. Mar. I. A. p. 27; Mommsen, I. N. 5820.

6236. TERTIA · TVRPEDIA ‖ EX · TESTAMENTO ‖ L · BETVI · C · F · FAB ‖ FILI — Nereti. I. N. 6230; cf. 6949.

6237.

POSILLA · SENENIA · QVART · F [1]) QVARTA · SENENIA · C · L
HOSPES · RESISTE · ET · P/ · · · [2]) · SCRIPTVM PERLIC ·
MATREM · NON · LICITVM · ESS*e uni*CA · GNATA FRVEI

QVAM · NEI ESSET · CREDO · NESCI*o · qui · i*NVEIDIT · DEVS · [3])
EAM·QVONIAM·HAVD·LICITVM*est v*EIVAM·A MATRE·ORNARIE*r*[4])
POST · MORTEM : HOC · FECIT · AEC · [5]) EXTREMO · TEMPORE
DECORAVIT EAM · MONVMENTO · QVAM · DEILEXSERAT
— Rep. in via Salaria XV m. p. a Reate prope *Osteria nuova*, nunc Genzani in aedibus Caesariniorum. Ex Martelli, *antich. de' Sicoli* II, p. 179, n. 65, et apographo a Brocchio cum Borghesio communicato ed. Mommsen, *Ztschr. f. AW.* 1846, p, 304. Mihi dedit de Rossi; cuius scripturam hic proposui. Ipse postea vidi ectypum chartaceum. Cf. Mur. 1493, 10. Inscriptio in quattuor saxis legitur, quorum duo praeter nomina protomen exhibent et aves uvis vescentes.

1) l. *Filia*, id quod Brocchii etiam scriptura QVARTE confirmatur. 2) PA' Br.; PAVCE Mart. ex coniectura; l PA*rvam*. 3) Ita suo iure supplevit Theodorus Bergk, *Ztschr.* l. l. 4) ORNARIER Br. M. 5) Ita quoque Br.; num AEQ*ue*? — Mihi certe in ectypo chartaceo Q. videbatur apparere.

6238. VIBIA · TETIDIA · L · F — Pescinae(?). Mommsen, I. N. 5546.

6239. Nota Ɔ male explicatur *Gaia*; ea enim in libertorum titulis a domina servos manu missos esse indicatur, ita ut cum Quinctiliano (I, 7, § 28) recte dicere possis: *Gaius C littera notatur, quae inversa mulierem designat, quia tam Gaias esse vocitatas, quam Gaios ex nuptialibus sacris apparet.* Nomen igitur, quod nota Ɔ significatur, ex liberti semper nomine desumendum est, cui praenomen patris dominae dari solebat. Cf. Boeckh, C. I. Gr. 274; Cavedoni, *Museo del Catajo* p. 81; Furlanetto, *lap. pat.* p. 156; da Schio, *lettera sul vero significato della sigla* Ɔ, Patova 1842. — Titulum C · FANNIAE v. corr. apud Furl. *lap. pat.* p. 328, n. CCCLXXXIV; ipse enim Scardeonius versum mutilum litteris C · F explevit. — De titulo Grut. 523, 2 valde dubito; Artoria illa caret cognomine, fratres autem Artorii alter Gaii, alter Marci filii dicuntur, neque facile VISERIVS pro cognomine accipies.

Lucia: de L. Peducea Iuliana cf. 2655. — Grut. 528, 8 temere corr. Orellius; praeterea enim quod *Aurelianus* nomen gentilicium esse nequit, *soror* quoque Aurelia dicitur. — Grut. 627, 9 corr. Mommsen, I. N. 4070. — Grut. 633, 10, corr. POMPONI · A · L · L — Cf. Mur. 840, 1.

6240. LVCIAE ‖ VITELLIAE ‖ Q · ET · SENECILI [1]) ‖ L · VITELLI · MATERNI ‖ 7 · LEG · X · GEMINAE · FID · [2]) ‖ SEMPRONIVS · STELLA ‖ LEG · X · GEMINAE ‖ CONIVGI · PIISSIMAE · ET ‖ CASTISSIMAE — Aquileiae. *Alterth. d. Oesterr. Mon.* (*Wiener Jahrbb.* 1829 seqq.), n. 199.

1) Quae ET . SENECILL*a*. 2) corr. FI*l*.

In titulo n. 2731, v. 7. corr. V · E, collato n. 2695. — N. 2732 = 4269.

6241. *Sergia:* D · M ‖ SER · CORNELIAE · SER · L ‖ SABINAE ‖ SER · CORNELIVS ‖ DOLABELLA ‖ METILLIANVS ‖ NVTRICI ET MAMMVL ‖ B · M · F — In via Ardeatina, ad D. Caesarei. Bull. Inst. Arch. 1842, p. 3; cf. Mur. 1497, 5 et 8: SERGIA · FLA · LVSIANA cet. et Bull. Inst. Arch. 1845, p. 158.

N. 2735 et 2737 explica SEXT*ia*.

N. 2744, v. 2. OPETREIIAE, Mommsen, I. N. 1502. — De nominibus feminarum, quae formam habent masculinam, cf. Labus, *Marmi Bresciani* p. 28. Iis adde ea, quae neutrius generis sunt, e. g.

6242. C · COCIVS · ƆL ‖ CHRESIMVƎ ‖ NONIA · P L ‖ DIVM — Canusii. Mommsen, I. N. 670.

6243. Ad n. 2746 notandum, cognomen GA virorum quoque esse; cf. TI · VETTIVS · TI · L ‖ PHILARGYRVS ‖ GRAEcIDIA · A · L · GEVMA ‖ A · GRAECIDIVS · GA · ‖ GRATVS · ET · GAMVS · ‖ H · M · H · N · S — Canusii. I. N. 691; alia exempla v. in Indice cognominum eiusdem operis. — Altera eiusdem cognominis forma legitur l. l. 3437 in titulo Neapolitano:

6244. M · VINICIVS · M · L ‖ GAHA ‖ M · VINICIVS · M · L ‖ KAIETANVS · VIX · AN · XV ‖ M · VINICIVS · M · L · FELIX —

6245. De nominibus gentiliciis per compendia expressis antea locuti sumus; hic unum eius rei exemplum attulisse sufficiat propterea mentione dignum, quod saepe falso vv. dd. compendium illud in inscriptionibus invenisse sibi visi sunt, licet primum eius, quod equidem sciam, exemplum plane certum hoc sit:

6246. D · M ‖ I ·[1]) SVCCESSA · FEC ‖ SIBI · ET · IVLIAE ‖ LVCIFERAE · FIL ‖ ET · SVIS · LIB · LI‖*b*ERTABVS · POSTE-‖ *r*ISQ · EORVM ‖ *in* · F · P · V · IN · AG · P · IIII — Romae, in V, Aldobrandinorum. Kellermann, Vig. p. 41.

1) *Iulia*.

6247. Quae de generibus nominum gentiliciorum affirmavit Borghesius (*Dipl. di Traiano Decio* p. 67), corrigenda sunt ex iis, quae Mommsenius (*Unterital. Diall.* p. 362; *Ber. d. S. Ges. d. W.* 1850, p. 62) et Aemilius Hübner (*Quaestiones onomatologicae Latinae*, *Bonnae* 1854, 8) nuper exposuerunt. Nomina enim in *enus* exeuntia minime adoptione orta esse, sed adhibita tantum altera adiectivi gentilicii forma a solitis in *ius* differre, creberrima autem in Piceno finitimisque regionibus montanis esse Mommsenius demonstravit. Idem patroni cognomen pro nomine gentilicio a libertis assumptum esse negat, exemplum *M. Drusi. M. l. Philodami* a Labusio perperam explicatum *nuovo raccoglitore* 1831, p. 428), nec *Drusum*, sed *Drusium* verum eius nomen fuisse docens. Ex exemplis a Borghesio adiunctis *Maecenatis* quidem nomen Etruscum gentilicium est, *Paulli* vero a Muratorio (925, 3) ex Ligorianis petitum. Iisdem debetur *Papirianus Placidus* (Mur. 155, 1) in exemplum nominis gentilicii adoptione orti propositus, pro *Aeliano* autem (Grut. 347, 6) *Afilano* scripserunt et Grut. 317, 10, et de Costanzo (*S. Rufino*, *app.* n. 144), ita ut hoc quoque nomen ad patriam *Afilam* revocandum sit. — Omnino constat peculiarem gentiliciorum formam exire in *ius* (*eius*, *aius*, *aeus*, *eus*, Hübner p. 20 seq.), praeterea neglectis nominibus rarioribus, ut *Verres* (*Ber. d. S. Ges. f. W.* 1850, p. 62), aliisque nonnullis aevi posterioris (cf. Hübner, p. 20), has potissimum formas fuisse nominum gentiliciorum:

1) *na*, *ina*, *inna*, *enna* originis Etruscae (l. l. p. 15 sqq.);

2) *enus*, *ienus* originis potissimum Umbricae et Picentis;

3) *acus*, Gallicae, ut videtur, originis (l. l. p. 27 seqq.).

4) Nomen patrium interdum, non mutata forma possessivi, pro gentilicio assumebatur: *Q. Romanus Verecundus*, *M. Acerranus M. f. Aem. Secundus*, *M. Aeserninus Ampliatus*, *M. Albanus Paternus*, *C. Aquileiensis Diadumenus*, *M. Arricinus Clemens*, *C. Bitinicus* (sic) *Prepon*, *L. Coranus Ursinus*, *T. Faesulanus Stator*, *M. Fulginas M. l. Philogenes*, *M. Iaetinus Assianus*, *C. Larinas Atticus*, *P. Ostiensis Thallus*, *L. Sassinas Deuter*, *C. Sentinas Anfiomeus*, *P. Setinus Lupercus*, *M. Suasanus Servatus*, *T. Trebulanus T. f. Cam. Nepos* cett.

6248. De cognominibus in *anus* desinentibus in Annalibus Inst. Arch. 1850, p. 362 sic Borghesius scripsit: „*Quantunque sia notissimo che l'antica maniera romana d'indicarla (l'adozione) fu quella di aggiungere a' nomi dell' adottante il proprio gentilizio allungato in* a n u s, ... *questa terminazione coll' andar del tempo passò forse più frequentemente a denotare la famiglia materna, e dopo Silla ebbe molta voga fra gli adottati il nuovo costume di conservare invece senza mutazione alcuna quello de' propri nomi, per cui si era meglio conosciuto, onde abbiamo nella serie consolare M. Terentius Varro Lucullus cos. a.* 681, *Q. Marcius Rex Vatia cos. a.* 686, *C. Marcius Figulus Thermus cos. an.* 690, *Q. Caecilius Metellus Pius Scipio cos. an.* 702" *ecc.* — Cf. quae idem de nominibus a nomine matris deductis exposuit in dissertatione de consule L. Burbuleio Optato Ligariano scripta, p. 5. — In libertis eiusmodi cognomina Orellius minus recte a nominibus patronorum deducta esse affirmavit; nam ab eorum potius nomine deducebantur, ex quorum manu sive empti sive hereditate ad eum, qui eos manu misit, pervenerant; eodemque modo servi dominum priorem indicant; id quod ipsis exemplis ab Orellio allatis satis elucet; cf. etiam quae ipse adnotavit ad n. 2991.

N. 2757, extr. CONSACRAVIT; vidi ipse in Mus. Vat.
N. 2760 = 2369.
N. 2761: v. 3. EVRYCLI . HERCVLANEO . L . ‖ VIBVLLIO; v. 8. CL (pro CE); SAXAEVRYNTIANO; v. 11. CANDIDATO . AVGG; Ann. Inst. Arch. 1844, p. 47.
N. 2766: v. 5. LIVIA; v. 6. TILLA; male Or, correctius Muratorii exemplum neglexit (1328, 13).
N. 2773: duo vv. priores in fine mutili sunt; v. 1. init. I. Lersch, C. M. III, 12.

6249. D · M ‖ POMPILIAE ‖ ANTHVSAE ‖ P · NONIVS ‖ PYRAMVS ‖ CONIVGI ‖ BEN · M · FECIT ‖ Q · VOCITATA · ES ‖ ANCHARIA — Romae. *Giorn. Arc.* XXIV, 1824, 73; Eph. litt. Rom. VIII, 24, p. 366.

6250. D · M ‖ FABIA · SPERATA ‖ SALLVSTIS (sic) ‖ AGATHOCLES ‖ O CAE RODIOS ‖ ATOIC *EHOHCAN* 1) — Regii Iulii. Mur. 1460, 7; Mommsen, I. N. 6, cet.

1) *ὁ καὶ Ῥόδιος αὐτοῖς ἐποίησαν*, recte Morisani, Inscr. Regin. p. 126.

6251. Rationem, qua interdum agnomina hominibus indita sunt, hic titulus optime declarat: P · DECVMIVS · M · P · V · L 1) ‖ PHILOMVSVS ‖ MVS 2) — Romae in V. Appia. Sub inscriptione murium figurae visuntur. Ann. Inst. Arch. 1852, p. 313, n. 24.

1) *Marci, Publii, Vibii Libertus.* 2) Agnomen ita ortum esse patet, ut, quum

nimis longum esset cognomen *Philomusi*, per compendium ille *Mus* a popularibus appellaretur.

6252. In titulis honorariis ad recentiorem imperii aetatem spectantibus saepe supra ipsam inscriptionem nomen quoddam proprium legitur, casu plerumque genitivo, interdum dativo, raro admodum vel nominativo vel accusativo positum. De quibus nominibus magna semper inter viros doctos controversia fuerat. Nuper autem Borghesius (*lapida Gruteriana*, p. 43 sqq. *Atti dell' Accad. di Torino vol.* XXXVIII) ad ipsos viros, qui et titulis infra scriptis honorati et statuis supra collocatis repraesentati essent, ea referenda esse demonstravit, illud vero nomen eo loco proponi solitum, quod ceteris magis populo notum fuisset. Ex plurimis exemplis a viro cl. allatis pauca hic commemorasse sufficiet: CRESPINI · *C. Vibius Crespinus*. Mommsen, I. N. 1527; GRACCHI · V · C · *Arrius Mecius Gracchus*, ibd. 109 = Mur. 1117, 1; IVLIANI · *Postumius Iulianus*, Or. 4360; KAMENII · *Alfenius Ceionius Iulianus Camenius*, Odor. Syll. p. 132; TATIANI · *C. Iulius Rufinianus Ablavius Tatianus*, Mur. p. 1019, 2; IVLI · AGRI · TARRVTENI · MARCIANI · V · C, Mur. p. 1040, 2, cett.; CLEMENTIANO · *Pollius Iulius Clementianus*, Grut. 1095, 8 = I. N. 1989; MANNACHIO · *Umbonius Manachius*, I. N. 1115, cett.; MARCELLINVS . *Fl. Cornelius Marcellinus*, I. N. 1425; FILVMENVM, Fabr. 100, 226. — Et in his quidem titulis nomen supra ipsam inscriptionem repetitum ultimum erat in nominum serie; neque tamen semper ultimum nomen ita propositum esse his exemplis evincitur: ACONTII · *L. Ranius Acontius Optatus*, Grut. 463, 4; AGORII · *Vettius Agorius Praetextatus*, ibd. 1102, 2; ANICII · IVN · Annius Manius Caesonius Nicomachus Anicius Paulinus, Grut. 353, 4, qui simpliciter *Anicius Paulinus* dicitur, cett. — Immo nonnunquam nomen supra titulum positum in ipso deinde titulo omittitur: ADELFI · *Clodius Celsinus*, I. N. 1423; AEGIPPI, *L. Mussius Aemilianus*, Mur. 514, 1; ASTERII · *L. Turcius Apronianus* Grut. 476, 4, Mur. 379, 1, quem re vera *Asterium* appellatum esse monumento quodam fratris *L. Turcii Secundi* Borghesius probat, qui omnibus nominibus *L. Turcius Secundus Asterius* dicebatur; cf. Visconti, Mus. Pio-Clem. II, p. 21 cum Murat. 463, 9 et Grut. 192, 3; 1079, 1, cett.

CAPVT. IX.

SERVI. OFFICIA DOMVS AVGVSTAE. LIBERTI.

N. 2789, v. 3. pro TI legendum esse credo Ꝉ, *et*.

N. 2811, v. 4. NVTRITO; v. 5. VERINACIO; Venusiae, Mommsen, I. N. 761.

N. 2825, not. 1. *Lucii Nostri*.

N. 2830, v. 1. EVGIBI (sic), i. e. *fugivi*; v. 2. DOMVA THEOD cet., pro DOMVM cet.; v. 3. DOMNVM; ceterum totus titulus uno versu exaratus est. Exstat in R. Mus. Berol., ubi descripsit Julius Friedlaender.

N. 2834, not. 3. Arriam Rufinam ingenuam fuisse duo nomina demonstrant, neque Veturium Felicem libertum fuisse constat.

N. 2849, spurius; cf. Mommsen, I. N. 43*.

N. 2850, not. 2: Inscriptio Grut. 57, 2 spuria est.

N. 2852, pro VALVRIA l. VALERIA; v. in Mus. Cap.

N. 2855 ab Aldinio, *Marmi comensi* n. 103, ex exemplo Alciati ita refertur, ut lacunas ante CISALPIN et ante TRANSALPIN ille indicet, quas in exemplis vetustioribus adnotatas non esse confitetur.

N. 2859, v. 3. A . FLAM (?); Mommsen, I. N. 3720.

N. 2870: titulus Ligorio teste nititur, eumque suo modo Mur. correxisse videtur; quamquam ne sic quidem bene se habet.

N. 2882 Mommsenius (I. N. 1664) interpolatum esse iudicat, quum priores tantum versus apud Fabrettium legantur.

N. 2884, spurius; ibd. 974*.

N. 2886, nomen hominis fortasse male lectum.

N. 2892, v. ult. IN . F . P . IX . Kellerm. apud. Orell. Anall. p. 39.

N. 2895, fin. AVCTORITAS; nomen est dedicantis, ut *Pietas* cet; cf. ad n. 2745. Mommsen, I. N. 5959.

N. 2896, v. 3. CRISPINII; titulus accentibus distinctus exstat in Mus. Vat.; cf. Kellerm. l. l.

N. 2899, v. 3. alteram N dele; idem l. l.

N. 2902, v. 5. C̅C̅L̅; v. ult. CXXXV; Nibby, *Dintorni* II, p. 50.

N. 2906, cf. n. 7191.

N. 2908, spurius; Grutero ded. Boissardus.

N. 2909 = 3539; not. 3. recte Mur., ut ipse Or. admisit ad n. 3539; cf. Plin. N. H. XVI, 44, 91: *est in suburbano Tusculani agri colle, qui Corne appellatur, lucus antiqua religione Dianae sacratus a Latio cet.*

N. 2910: Mur. ex Ligorianis, Don. ex Ursinianis.

N. 2913, v. 1. ALIDIAE . C . L . MYRTALE; fin. DIEB . XV; Mus. Despuig, n. 48.

N. 2917, v. 5: AB . TORIS; Mommsen, I. N. 6903.

N. 2919, cf. n. 798.

N. 2920, v. 1. *d* . M . EVTIC . . .; v. 2. in. V, et fin. XV nunc desunt; v. 4. fin. XX . F; vidi ipse in Mus. Cap.

N. 2922, v. 2. EPICTETVS Cecconi, *St. di Palestrina* p. 18. Lapis rep. in via Praenestina in loco qui dicitur Cavamonte, mutilus nunc in Mus. Vat. exstat.

N. 2925, *dis* MAN, (vel melius fortasse MANIB) STICHO, coniecit Mommsen, I. N. 2908.

N. 2927 = 721.

N. 2930, cf. 2845.

N. 2931, not. 4. l. *accensus de latere.*

N. 2934, in nominibus col. 2, v. 11. pro VER l. LIB; v. ipse in Mus. Cap.

N. 3414: *Cattharenses* pro *Cataris* Pannoniae populo Borghesius habet; cf. Minervini, *intorno la voce Decatrenses* cet. Neapoli. 1852, 4, p. ult.

6669 a. C · CLODIO · P · F · STE · LEG · XXX[1]) ‖ ET · VALERIAE · SEX · L ‖ · · ODORAE ‖ H · F · C — Beneventi. Vidit Brunnius.

1) Et miles et legio cognomine carentes aetatem satis antiquam testantur. Postea solam *leg.* XXX *Ulpiam victricem* lapides exhibent.

6670. A · VETVRIO · A · F · PATRĪ ‖ PETRONIAI · A · F · TANNIAI · MATRĪ ‖ TERENTIAI · T · F · SECVNDAI · VXORĪ ‖ C · VETVRIVS · A · F · LEG · V̄ · VRB[1]) ‖ TESTAMENTO · FIERI · IVSSIT — *Vighizzoli*, nunc in Museo Atestino. Grut. 568, 2; Furlanetto, *ant. lap. del. Mus. d'Este* p. 93, et *lap. pat.* p. 204; cf. Borghesi, *Burbuleio* p. 12 et Ann. Inst. Arch. 1839, p. 145.

1) Legio ita appellata, quia in Urbe conscripta erat, antiquior propterea imperio Augusti est. Borghesius eam post proelium Actiacum in colonias deductam esse censet, unamque alteram eius mentionem apud Donium (cl. VI, 119 = Mur. 860, 2) exstare affirmat: M . TVDICIVS . M . F ‖ NIGER . LEG . V . VRB ‖ SIBI . ET . GRANIAI . M . L ‖ AFRODISIAI . VXORI; cf. Borghes. ad Furlanetti *lap. d'Este* p. 93 sq., not.

6671. Ad coloniam post victoriam Actiacam Atesten deductam hic quoque titulus pertinet nunc Patavii asservatus: OSSA ‖ SALVIO · SEMPRONIO ‖ C · F · ROM · LEG · XI ‖ ACTIACO · LICINIA ‖ L · L · F - - (Grut. 161, 12; Furlan. *lap. pat.* CLXVIII), quem conferas cum quattuor aliis inscriptionibus apud Furlanettum (l. l. nn. CLXIV—CLXVII) obviis, in quibus cognomen Actiacis eiusdem legionis militibus additur.

6672. C · CABILENVS · C · F · FAL ‖ GALLVS · LEG · VIII · MVTINENSIS[1]) — Teani. Mommsen, I. N. 3993.

1) Genuinam esse inscriptionem quamquam primum a Pratillio (V. Appia p. 231) publicatam auctoritate Hoarii confirmatur (*Classical tour* I, p. 253). Cf. *legionem Soranam* Or. 3681 et *Sabinam*, quam videsis in nostro capite de rebus municipalibus n. 7142.

6673. L · VINVSIVS · ‖ L · F · VETER ‖ LEG · VIIII · ‖ TRIVMPH[1]) ‖ SEPTVMIAE ‖ P · F · SABINAE ‖ VINVSIAE TER-‖TVLLAE · F · ANNO · · ‖ I · · · — Rep. *Visinadae* in Istria, nunc Venetiis in Museo patriarchali. Labus, *Nuovo raccoglitore* CI, 1833; Kellerm. Vig. 291.

1) TRIVMPH*atricis* vel TRIVMPH*alis* cognomen hoc unico in monumento legioni VIIII tribuitur, idque eam victoria ad Mundam de Pompeianis reportata sibi comparasse, Labusius suspicatus est (l. l.); cf. Borghesi, *Burbuleio* p. 10, qui tamen notat,

neque plane certum esse, legionem illam illi proelio interfuisse, nec de cognomine eius posteriore constare, num re vera *Hispanica* propter bella ab Augusto contra Astures et Cantabros gesta cognominata sit. Hoc constare, Hispanicae appellatione eam carere in nummis Antonii triumviri, Tiberio autem imperante ea usam esse; quam etiamsi sub Augusto adepta erat, fieri tamen poterat, ut non propter victorias ita appellaretur, sed quia delectu in Hispania habito renovata erat.

6674. T · CISSONIVS · Q · F · SERVEI [1]) ‖ LEG V̄ GALL [2]) DVM VIXI ‖ BI [3]) LIBENTER BIBIN [4]) VOS ‖ QVI VIVITIS ‖ P · CLISONIVS [5]) Q ƒ SER FRATER ‖ FVIT [6]) — Antiochiae ad Pisidiam. Hamilton, *Researches in Asia minor* vol. II, app. n. 183.

1) l. SER*gia* VET*eranus*. 2) Cognomen *Gallicae* novum in legione V est; sed eadem est, quae plerumque Alaudae appellatur, quam e Gallis transalpinis Caesarem conscripsisse scimus. — Titulus, ut praecedentes legionum *urbanae*, *Mutinensis*, *Soranae*, *Sabinae*, *triumphatricis*, aetatis est satis antiquae, et fortasse Cissonius ex coloniis fuit ab Augusto Antiochiam deductis. 3) l. *bi*BI. 4) l. BIBI*te*. 5) l. CISSONIVS. 6) corr. FECIT.

6675. C · VALERIVS · C · F · AEM · ARSACES ‖ LEGIONE · V · ALAVDAE · [1]) SIBI · ET ‖ VALERIAE · C · L · VRBANAE ‖ CONCVBINAE · SVAE · EX ‖ TESTAMENTO · FIERI · IVSSIT — In ruinis Ligurum Baeb. (*Macchiae*). Mommsen, I. N. 1361 ex Garruccii Mon. Lig. Baeb. p. 20.

1) Legionem quintam *alaudae* potius, quam *alaudam*, cognominatam fuisse hoc titulo evincitur; Mommsen, op. cit. in indice XVI. — Britanni legionem quandam nonam alaudam repperisse sibi visi sunt in titulo sequenti, qui hic afferatur, ne quis eo in errorem induci possit:

6676. L · SEMPRONI · FLAVINI · MILTS · LEG · VIIII ‖ Q (?) ALAVDI SEVERI [1]) ‖ AER [2]) VII ANOR XXX ‖ ISPANICA LERIA [3]) ‖ CIVI MA [4]) — Lincoln. *Gent. Mag.* 1842, II, p. 350; Newton, *Excerpta ex inscriptionibus de Britannia*, p. CXII, n. 53 a.

1) Legionem credo esse nonam Hispanicam amisso cognomine; in litteris vero sequentibus latere *sub cur*A (vel simile aliquid) c*LAVDI SEVERI*. 2) Cf. 3551. 3552. et nostros nn. 5202. 6841 seqq. 3) Civitas Hispaniae Tarraconensis. 4) MA*ximi exempli*?

6677. · · · ‖ TRO · MAXIMO · IIII · VĪR ‖ I · D · IIII · VIR · QVĪNQ · BIS ‖ FLAMINĪ · AVGVSTALĪ ‖ TRIB · MĪL · LEG · V̄Ī · GEMELL [1]) ‖ PRAEF · FABR · AVGVRĪ ‖ QVAESTORI · D · D — Aeserniae. Garrucci, *Storia d'Isernia* n. 24; Mommsen, I. N. 5025, qui vidit.

1) Legionem GEMELLAM pro *gemina* dictam primum in hoc lapide inveni, quamquam Caesar (B. C. III, 4) eadem appellatione utitur. Hinc corrigenda, quae in explicanda tabula honestae missionis in Annall. Rhenanis a. 1848 contra Boeckingium v. cl. proposui, licet, quae de *ala Gemelliana* monui, vera esse etiamnunc credam.

6678. Q PETILIVS · Q · F · ÓEN ‖ SECVNDVS · MM ‖ MEDIO MILES · LEG ‖ XV · PRIM · [1]) ANN · XXV ‖ STIP · V · H · EX · T · F · C — Bonnae. Lersch, C. M. II, n. 41; Steiner, I. Rh. 778; I. Rh. et Dan. II, 1016.

1) Cognomen PRIM*igeniae* legioni XV hoc tantum et altero titulo sequenti tribuitur; cf. Borghesi, *Iscr. Renane* p. 38 ex Annall. Inst. Arch. 1839, et Grotefend, *Pauly's Realencycl.* p. 895.

6679. L · PIPERACIVS ‖ L · F · STELL · OPTA‖TVS · DOMO · TAV‖RINVS · MIL · ‖ LEG · XV · PRIM · ‖ ANN · XXIII · STIP · IV · ‖ H · EX · T · F · C — Bonnae. Donat. 299, 7; Steiner, I. Rh. 777; I. Rh. et Dan. II, 1017; Lersch, C. M. II, n. 47.

6680. T · IVNIO · T · F ‖ GAL · SEVERO ‖ DIANENSI ‖ OMNIBVS · HONORIBVS ‖ IN · REP · SVA · FVNCTO ‖ PRAEF · COHORTIS · IIII ‖ DALMATARVM ‖ TRIBVNO · LEG · XX ‖ VALERIAE · VICTRIC ‖ L · SEMPRONIVS · FVNIPVS (?) ‖ AMICO · OPTIMO — Dianii (*Denia*) Hispaniae. Cortès, *Diccionario* II, p. 413. Cf. ad n. 3377.

6681. I · O · M ‖ DOLICHENO · IN · HO‖NOR · D · D · P · FERASIVS · CL · AVITVS · SAVARI‖A · 7 · LEG · VIII · AVG · P · F · CO[1] ‖ EX · AQVILIFERO · LEG ‖ I · ADIVTRICIS · PRO · SE ‖ ET · SVIS · V · S · L · L · M ‖ APRONIANO ‖ ET · BRADVA · COS[2] — *Aschaffenburg*. Steiner, I. Rh. 165, et I. Rh. et Dan. I, 712.

1) CO*mmoda*; cf. 3714. 2) A. 191.

6682. D · M · M · AVR · HERACLE · HER · · · · · · · · · ‖ DVPLICIARIO · LEG · Ī · M · SEVERI*anae* · · · · ‖ NATIONE · TRAX · DOMO · · · · · · · · · · ‖ *s*TIP · XXI · TESTAMEI · · · · · · · · · · · ‖ · · · · · · · · TIS · · · — Bonnae. *Jahrbb. d. V. v. Alterthsfr. im Rheinl.* II, p. 83, 10.

6683. LEG · XXX · V · V · VAL · S · A · AVG[1] — Xanten. Steiner, I. Rh. 654.

1) *Vlpia Victrix* VAL*eria Severiana Alexandriana* AVG*usta*; Borghesi, *Iscr. Renane* p. 51, ex Ann. Inst. Arch. 1839.

6684. *v*IBIO · FELICI · MI*l* ‖ *l*EG · III · AVG · P · V · [1]) QV*i* ‖ *c*ONGRESSION*e* ‖ HOST · DIMICANS ‖ OBIIT · VIX · ANN · XXI · M · X ‖ DIEB · XV · MILITAVIT · AN‖NO · VNO · M · I · D · II · L · VIBIVS · FELIX · PATER · FIL · AMAN‖TISSIMO · IN · SVO · FECIT — Prope Lambaesin. *Revue archéol.* VIII, p. 509.

1) *Piae Vindicis*; cf. n. 3664, 5331 et:

6685. DEO · SOL · IN‖VICTO · MI‖THRAE ‖ M · AVREL ‖ M · F · SERGI‖A · CARNV‖NTO · SABI‖NVS · PRAE‖FECT · LEG ‖ III · AVG · P · V · MAXIMIN*ia*‖NAE · [1]) V · S · L · M — Lambaese. *Journal des Savants* 1847, p. 622; minus correcte p. 736.

1) Cognomen *Maximinianas* scalpro erasum est. — Legio III Augusta *pia vindex* iam aetate Severi et Caracalli dicebatur (n. 5331). Quum vero Capelliano duce contra Gordianos pro Maximino arma sumpsisset, ipsa pro tempore, ni fallor, dimissa est; unde in multis monumentis nomen eius abrasum et postea repositum videmus. — Eandem nomine *Severianae Alexandrianae* ornatam habes in titulo n. 6504.

6686. HIC · SITVS · EST · IVSTVS ‖ LAVDATOR · ET · AEQ*uus* ‖ SASSINA · QVEM · GENVIT ‖ NVNC AQVILEIA · TENET ‖ OPTIME · QVI · COHORTIS ‖ CENTVRIAM · REGVIT (sic) ‖ PRAETORIAE · FIDVS · NON ‖ BARBARICAE · LEGION*is* [1]) ‖ C · MANILIVS · HIC · VALERI‖IANVS · NOMINE · DICTVS ‖ SENTI-

LIVS · FRATER QVIA ‖ MERITVS · POSVIT — *Schulzeitung* 1832, p. 409.

1) Nota legionem *barbaricam* dictam.

6687. HIC QVIESCIT VITALIS QVI ‖ VIXIT ANNOS LXXV · MILIT‖AVIT INTER IO*viano*S SENIO‖RIS[1]) AN · XL · CONIVX KARISSIMA ‖ TITVLVM POSVIT — Treviris. *Rhein. Jahrbb.* XII, p. 71, n. 166.

1) Cf. n. 3385.

6688. Quomodo militum corpora, sive legiones, sive cohortes alaeve, ab imperatorum nominibus cognomina traxerint, exemplo *cohortis* I *Aeliae Dacorum* optime declaratur, quippe quae Antoniniana, Gordiana, Postumiana, Tetriciana in lapidibus Britannicis denominetur (cf. Borghesi, *Iscr. perugina della Porta Marzia* p. 19 ex *Archivio storico ital.* vol. XVI):

I O M ‖ CO*h* Ī AELIA ‖ DACORVM ‖ CVI PREEST ‖ · · · · · · — *Burdoswald* Cumbriae. Gough, *Camden's Britannia* III, tab. 27, 12.

6689. I O M ‖ COH · Ī · AELI*a* ‖ DAC . ANTO*n* — ibd. l. l. 15.

6690. I O M ‖ CHO (sic) · I · AEL ‖ DAC · GORD‖IANAE · [1]) C · PREEST ‖ · · · · · · · · ‖ · · · · · · · · · · ‖ — ibd. Grut. 1063, 11.

1) l. GORDIANA.

6691. I O M ‖ COH I AEL ‖ DACORVM ‖ POSTVMI‖ANA C P [1]) ‖ PROB AV‖GENDVS ‖ TRIB — ibd. Gough, op. cit. tab. 28, 8; cf. 7.

1) Cui Praeest.

6692. I O M ‖ COH I AEL DAC ‖ TETRICIANORVM ‖ · · · C · PR · LVTIC ‖ · · VS · DESIG‖NATVS ‖ TRIB[1]) — ibd. Grut. 1063, 10.

1) Gough, op. cit. tab. 27, 11: TETRICIANORO ‖ . . . C P POLVLI . . ‖ . . . . . DESIG‖NATVS ‖ TRIB.

6693. *Vexillationes* Orellius in Britannicis potissimum inscriptionibus commemorari docet: at in omnibus provinciis, in quibus legiones tendebant, vel in quas belli gerendi causa mittebantur, vexillationes quoque fuisse facile constat. Habemus Neratium Proculum missum *ad deducendas vexillationes in Syriam* (Or. 3393); Fabium Cilonem *ducem vexillationum per Italiam exercitus imp. Severi Pii Pertinacis Aug. et M. Aurelii Antonini Aug.*, *praepositum vexillationibus Perinthi pergentibus* (Grut. 407, 1 = Mar. I. A. XL; cf. Grut. 407, 2 = Mar. I. A. XLI); T. Pontium Sabinum *praepositum vexillationibus milliariis tribus expeditione Britannica leg. vii geminae*, *viii augustae*, *xxii primigeniae* (n. 5456). In Africa *vexillationem* vidimus *legionis sextae ferratae* viam fecisse sub imperio Hadriani (n. 6621); in Germania cf. ipsum Or. n. 2008, 2009, 2010. — Haec sufficiat attulisse exempla, quibus haud raro ubique vexillationes commemorari comprobetur.

6694. L · SAPPLIVS · AGRIPPA · DEC · COL · OVIL[1]) ‖ SIBI · ET · PRIMIAE · HON · [2]) CONIVGI · ET ‖ L · SAPPLIO · OPTATO · D · COL · S S[3]) · FILIO ‖ ET · L · SAPPLIO · AGRIPPA*e* ·

FILIO · VIVIS ‖ FECIT · ET · L · SAPPLIO · OPT · AED · COL ‖ S S · FRATRI · O · [4]) AN · L · ET · L · SAP ‖ HONORATO · M · PRAETOR · [5]) FIL · O · [4]) AN ‖ XXI · DP · [6]) ANTIOCHIA · SYRIA · ET ‖ SAPPLIAE · OPTATAE · N — *Köppach* Austriae. *Denkschr. d. Wiener Akad. hist. philos. Cl.* 1852, vol. III, 2, p. 12.

1) OVILia, sive OVILaba; cf. n. 5266. 2) HONoratae, ut postea OPT pro OPTato. 3) Decurioni COLoniae Supra Scriptae. 4) Scr. ⊙, *defuncto*. 5) Militi PRAETORiano. Imperatores in itineribus et bellis praetorianos secum duxisse constat. 6) DePosito; quae explicatio notae in ipsis actis academiae Vindobonensis a v. c. Gaisberger proposita si vera est, id quod mihi quidem minime dubium, gravis sane momenti titulus est, quippe qui in monumento pagani nobis exhibeat formulam, quam a solis christianis in sepulcris inscriptam esse viri docti opinabantur. [Vide ne sit DeFuncto. MOMMSEN.]

6695. D · M ‖ AELIO · FORTVNATO · ‖ MIL · N̄ · STAT · PRAETOR · [1]) ‖ ANTONINIANORVM · ‖ SILVANIVS · MARTINVS · CoM‖MANIPVLVS · ET · HERES · BENE‖MERENTI · FECIT : — Neapoli Apian. 125, 1; Reines. cl. VIII, 1 cet.; pessime Guarini, Comm. VIII, p. 84; vidit Mommsen, I. N. 2842.

1) MILiti Numeri STATionis PRAETORianorum cet., i. e. Praetorianorum qui extra Urbem stationem habebant.

6696. L · AVFIDIVS · C · F · ‖ SCA · CELER ‖ FLORENTIA · EQVES ‖ COHOR · IIII · PR · CLASSIC [1]) ‖ VIXIT · ANNOS · XXIIII ‖ MILITAVIT · ANN · VIII — Rep. Praeneste, nunc Romae in Mus. Vat. Cecconi, *Storia di Palestrina* p. 93; Petrini, *Memorie prenestine* IV, 35; corr. Kellerm. Vig. 155.

1) Omissum est signum >, Kell. l. l.; quae res ne quem in errorem induceret, titulum hic proponendum esse censui.

6697. D · M ‖ C · CORNELI ‖ C · F · SVCCESSI ‖ MIL · COH · XII · VRB ‖ ANN · XVII · M · V ‖ C · CVSONIVS ‖ DIONYSIVS · ET ‖ STATIA · CALE · NEPOTI ‖ IN SOLACIVM ‖ · · · ECVNDINI ET · · · · — Aquileiae. Bull. Inst. Arch. 1839, p. 133.

6698. DIS · MANIBVS ‖ Q · FLAVIO · CRITONI · CONIVGI · BENE‖MERENTI · ET · Q · FLAVIO · PROCVLO ‖ MILITI · COH · XII · VRB · 7 ‖ BASSI · FILIO · PIENTISSIMO ‖ IVNIA · PROCVLA · FECIT — Romae, in Via Appia. Ann. Inst. Arch. 1852, p. 311, n. 8.

6699. COH · $\overline{IIII}$ · VIG · ‖ 7 · TVRRANI ‖ CN · DOMITIVS ‖ VESTALIS · HERC ‖ INVICTO · VÓTVM ‖ L · A · M · S — Romae. Bull. Inst. Arch. 1849, p. 33, 1.

6700. IMP · CAES · M · AVRELIO ‖ SEVERO · ANTONINO ‖ PIO · FELICI AVG PARTHIC ‖ MAX · BRIT · MAX · GERM ‖ MAX · PONTIFICI MAXIM ‖ TRIB · POTEST · XVIII · [1]) IMP · II [2]) ‖ COS · IIII · PROCOS P P COH I ‖ FIDA VARDVL C R EQ ∞ ANTO‖NINIANA FECIT SVB CVRA · · · ‖ · · · · · · · · · LEG AVG PRopr — Bremenii Britanniae (*Richester*). Archaeol. Aeliana III, p. 139; Hodgson, *Northumberl.* I, 2, p. 139; Donat. 143, 6.

1) XVIIII, Hodg. 2) corr. $\overline{III}$; cf. Eckbel VII, p. 216.

6701. *impp · caess · l · sept · severo pio pertinaci aug · arabico adiabenico parth*ICO MAXI*mo p · m · tr · pot* · · · ‖ COS III ET M AVREL ANTONINO PIO ‖ COS II AVG *et p · sept. · getae nob caes* ‖ PORTAM · CVM · MVRIS VETVSTATE DI‖LAPSIS IVSSV AL-FEN*i* SENECI*o*NIS V O [1]) ‖ COS CVRANTE COL [2]) ANITI*o* AD-VENTO PRO*c* ‖ AVG*g* NN · C*oh* · I VANG*i*ON O P F S [3]) ‖ CVM AEMI*l* SALVIAN TRIB ‖ SVO A SOLO RESTI*tuit* — *Risingham*, Northumbriae. Op. cit. IV, 1, p. 20; ipse restitui.

1) l. *Viri Clarissimi* CO*n*S*ularis*, i. e. leg. pr. pr. prov. Britanniae. 2) Fortasse CL*audio*? 3) Cohors prima Vangionum in aliis monumentis cognomine caret; nihilo tamen minus litteras O P F S cognomen quoddam continere necesse est, fortasse *miliaria* (0 pro 8, vel ⊙) *Pia Fidelis Severiana*.

6702. TITO · STABERIO ‖ T · F · QVIR · SECVNDO ‖ PRAEF · COH · CHALCIDEN ‖ IN · AFRICA · TRIBVNO ‖ MILITVM · LEG · VII ‖ GEMINAE · FELICIS ‖ IN · GERMANIA · PRAEF ‖ EQVIT · ALAE · MOESICAE ‖ FELICIS · TORQVATAE ‖ STABERIA · MA-TER · INPENSA ‖ SVA — Romae. Fabr. 140, 149; Doni VI, 27.

6703. *c* · BETITIO · C · F*il* ‖ *c*OR · PIETAT*i* ‖ *p*RAEF · COH · PR*im* ‖ *fl*AVIAE · COMM*age*‖*n*ORVM [1]) Q IIII · VIR · *i* · *d* ‖ *iii*I · VIR· QVINQ*uen* ‖ *b*ETITIVS PIVS FIL*ius* ‖ *p*ATRI · OPTIMO · E*t* ‖ *n*ERATIA · PROCI*lla* ‖ *v*IRO OPTIMO FECER*unt* — Aeclani. Mommsen, I. N. 1116.

1) Commagenen Vespasiano imperante a Romanis subiectam esse constat; unde cognomen Flaviae cohortis Commagenorum explicatur.

6704. · · · · VIIANOVC · · · · ‖ · · · · NICO · PRAET · A*ed* · · ‖ *qu*AEST · PROV · ASI*ae* ‖ *pra*EF · COH · Ī · SYGAMBR*or* ‖ · · *f*VL-CINIA · SABINA · FIL*ia* ‖ *pa*TRI · DVLCISSIM · · · · ‖ FECIT — Romae, in horreis Musei Vaticani. Vidi ipse cum Mommsenio.

6705. · · · · · · ‖ PLASSI · F ‖ DOCLEAS [1]) ‖ MIL · EX · COH ‖ V · DAL‖MATARVM ‖ D · [2]) CAPITONIS ‖ ANNO · [3]) XXXV ‖ STIP · VI · H · S · E ‖ ZIRAEVS · PO‖SSVIT (sic) · MVN‖ICEPS (sic) · SVO — Mogontiaci. Steiner, I. Rh. 436; I. Dan. et Rh. I, 347.

1) *Doclea* est *Dioclea* Dalmatiae civitas. 2) St. signum centuriae intercidisse affirmat; neque tamen ipse lapidem vidit, nec praenomini ibi locus est, quum neque praenomen cum cognomine coniungi possit, et sola cognomina in eiusmodi titulis legi soleant. Nisi igitur ipsum illud signum errore pro > vel Ↄ positum esse credere malueris, Lehnii approbanda erit sententia, qui *decuriam* indicatam esse putat, ita ut eques in cohorte ille militaverit, pro *turmae* vero nomine in alis usitato *decuriae* nomine in cohortibus divisiones equitum appellari solitae sint. 3) Corr. ANN, vel ANNO*r*.

6706. I · O · M ‖ M · IVNIVS ‖ FADENVS ‖ DEC · EQ ‖ COH · III ‖ ALPINOR ‖ V · S · L · M — *Cadina Glavizza* in agro appellato *Campo-Pietro* prope *Dernis* Dalmatiae. Lanza, lap. Salonit. n. XXXIX.

6707. D · M ‖ G · BAEBIDIO ‖ MARCELLO ‖ MIL · COH · III . ALP ‖ VEXIL · EQVI · [1]) ‖ DEF · ANN · XXIII ‖ ANNA · ALV‖MNO · INFE · [2]) T · P — *Salonis*. l. l. n. XXXVIII.

1) Cohors *vexillariorum* mihi certe nova est, quapropter Baebidium *vexillarium* fuisse malo *equitum* cohortis Alpinorum; cf. tamen titulum sequentem. 2) INFE*licissima*.

6708. L · TERENIO [1]) ‖ L · F · CLAVD ‖ SEVERO CEL ‖ MIL COH VIII ‖ VEXILIAR [2]) ANN ‖ XXX · STIPEND · XIV ‖ L AERVTIVS ‖ FELIX · POSVI — *Much* in Dalmatia. l. l. n. XL.

1) Fortasse TERENTIO? 2) *Vexillariorum*? Nam si in hoc quoque titulo *vexillarium* commemoratum esse censueris, cohorti VIII nomen deesse statuendum erit, id quod parum placet.

6709. C NASENNIO · C F · MARCELLO SENIORI ‖ PRAEF COH · I · APAMENAE · TRIB · COH · I · ITALICAE · CIVIVM · ROMANORVM VOLVN‖TARIORVM · [1]) PRAEF · ALAE · PHRYGVM · PRAEF · FABRVM · AEDILI QVAESTORI DVVMVI‖RO · QVINQVENNALI · III · CVRATORI · OPERVM · PVBLICORVM · ET · AQVARVM · ‖ PERPETVO PRAETORI · [2]) ET · PONTIFICI · LAVRENTIVM · LAVINATIVM P C [3]) OSTENSIVM ‖ NASENNIA · HELPIS · FECIT · PATRONO · INDVLGENTISSIMO · ET · C · NASENNIO · SA‖TVRNINO CONIVGI CARISSIMO · SIBI · LIBERIS · LIBERTIS · LIBERTABVS · POSTERIS‖QVE EORVM (pars reliqua versus ultimi abrasa) — Romae, in Mus. Vat. Mur. 1053, 1; Kellerm. Vig. 269.

1) Hunc titulum ideo referre placuit, quia integrum in eo legitur cohortium voluntariorum nomen. Borghesius enim (*Iscrizz. del Reno* p. 12 ex Ann. Inst. Arch. 1839) easdem esse docuit cohortes *voluntariorum civium Romanorum* ac cohortes *civium Romanorum*, *voluntariorum*, *Italicorum voluntariorum*, *ingenuorum*, *ingenuorum civium Romanorum*. 2) De *praetoribus municipalibus* cf. nn. 7022 seqq. et quae ipse nuper de iis in Bull. Inst. Arch. 1851, p. 186 seqq. contra Gervasium v. c. exposui. 3) *Patrono Coloniae*.

6710. I · O · M ‖ AL VALLE‖NSIVM [1]) ‖ POSVE‖RVNT ‖ EX VOTO ‖ L L M — In civitate Sumelocennensi (*Rottenburg*). *Rhein. Jahrbb.* XV, 1, 1850, p. 64; Steiner, I. Rh. et Dan. I, 80.

1) Vallenses incolae sunt vallis Alpium, cui nunc *Wallis* nomen est; cf. Or. 225; 312.

6711. C · VIBIO · C · F · POMPTIN ‖ CELERI · PAPIRIO RVFO ‖ PRAEF · COH · I · MONTANOR ‖ TRIB · COH · I · FLAVIAE · HISP ‖ ∞ · EQ · PRAEF · ALAE · I · VLP ‖ SINGVL [1]) ‖ CERCEIENSES · PATRONO ‖ EX · D · D · P · P — Basis magna ad lacum Circeium reperta, nunc Romae in Mus. Vat. Mur. 1038, 6; Kellerm. Vig. 272, ubi v. cett.

1) De alis *singularium* cf. Ann. Inst. Arch. 1850, p. 7 seqq., ubi ab *equitibus singularibus Augusti* eos diversos esse comprobavi.

6712. IMP CAESARI DIVI ‖ HADRIANI FIL DIV TR ‖ NEP TITO AEL HADRI‖ANO ANTONINO AVG ‖ PIO PONTIF MAXIMO ‖ P P CONSVL III TRIBVN POT IIII [1]) ALA I SINGVLAR ‖ P F C R [2]) — *Pfoering* Bojoariae. Hefner, *R. Denkm. Oberb.* II, p. 41, n. XXXVI, ex *Oberb. Archiv.*

1) A. 141. 2) *Pia Fidelis Civium Romanorum*; hinc corrigendum esse lapidem Grut. 87, 6 (= Apian. 442 = Donat. 59, 5 = Hefner p. 45, n. XXXIX) et scribendum pro *ala* I. *sing* THRacum vel THRACum, ut voluerunt editores recentes, PFCR nuper demonstravi; Ann. Inst. Arch. l. l. — *Alam* I. *sing. civium Romanorum* habes etiam apud Mar. Arv. p. 5. — Cum *alis singularium* cf. cohortem *singularium* Or. 529; *pedites singulares Britannicos* n. 5443, et titulum sequentem:

6713. · · · · · · · · ‖ PEDITVM · SINGVLARIVM · VICTORIA ‖ PERPETVA · FILIA · ET · HERES · E · [1]) LVCILLA [2]) ‖ PRISCA ·

COIVX · ET · VICTORINA · ET · GABRIILA · ET · IVLIA · SORORES · F · C — Rep. Castelli, nunc in Museo publ. Mogont. Steiner, *I. Rh. et Dan.* I, 248.

1) l. Ɛ, *et.* 2) Corr. LVCILIA. — In nominibus quoque sequentibus non omnia bene se habere puto.

6714. T · FLAVIVS · CELSVS ‖ VETER · EX · ALA · SCVBVLIIORVM · [1]) CIVES · SAPPIIVS · ANN · LI · ESE · H · F[2]) — *Wiesbaden.* Habel, *Nass. Annall.* III, 3, p. 212; Steiner, I. Rh. et Dan. I, 676.

1) Cf. n. 512 et Murat. I, 1; 304, 5; nostrum n. 5418, ubi vide not. 3. 2) St. E SE*ntentia* H*eres* F*ecit*! Scribendum vero esse ANN . L . H . S . E . H . F (*hic situs est, heres fecit*), et ipse facile vidi, et confirmavit Klein v. c., qui monumentum inspexit.

6715. ALAM EXPLORATORVM habes n. 5877 et 5878.

6716. T · ANNIO · T · F ‖ QVIR · MAXIMO · POMPONIANO ‖ FLAM · DIVI · AVG · AVGVRI · PRAEF ‖ ALAE · MIL · PR · V*lp* · CONT · [1]) PRAEF · ALAE ‖ PR · PRAET · [2]) *t*R · *m*IL · LEG · PR · MIN [3]) — In vico *Senatu* (*Senago*) agri Comensis. Grut. 354, 6; Aldini, *M. Comensi* n. 44; corr. et rest. Labus apud Card. *Dipl. mil.* n. 435, p. 228.

1) De *ala I. Ulpia contariorum* cf. Card. op. cit. p. 216. 2) *Ala prima praetoria* mihi videtur esse. 3) MINER, Ald.

6717. AGGAEO ‖ EXARCHO ‖ ALAE · CELERVM ‖ VIRO · SAGITTANDI ‖ PERITISSIMO · VI ‖ MILITVM · INTEREMIITO · MONNA ‖ MARITO · AMANTISSIMO — *Arndorf* in territorio appellato *Zollfeld.* Seidl, Excurs. epigr. I, p. 13.

6718. De alis a ducum, qui fortasse eas instituerant, nominibus appellatis disputavi, quum in Annalibus Rhenanis (*Rhein. Jahrbb.* 1848) tabulas honestae missionis Domitiani et Hadriani ederem. Hic pauca earum exempla afferre liceat: PARTVS · MVTII · F ‖ EQVES · ALA · AGRIPIIANA (sic) · NATIONE · TREVER ‖ ANNORV · XXXV · STIP ‖ IIII · HIC · SITVS · EST ‖ FRATRES · POSVERVNT — Borbetomagi. Steiner, I. Rh. et Dan. I, 605.

6719. · · · [1]) *maxi*MOQVE PRINCI*pi* ‖ *indul*GENTIIS EIVS AVCTA ‖ *libe*RALITATIBVSQVE DI (?) ‖ ALA · FRONTONIANA ALE-‖ *xa*NDRIANA · EX QVAESTVRA [2]) ‖ DEDICANTE *i*ASDIO ‖ *domi*-TIANO · [3]) LEG · AVG · PR · PR [4]) — *Ilosfa* in Transilvania. Bull. Inst. Arch. 1848, p. 188.

1) Severi Alexandri nomen deesse facile constat. 2) *Quaesturam* pro *quaestu* dictam esse conieci, i. e. praeda; l. l. p. 189. 3) Cf. Ann. Inst. Arch. 1852, p. 315, n. 39. 4) Sc. trium Daciarum.

6720. IVLIAE · MAMMEAE · AVIIGVSTAE · MATRI · SAN-‖ CTISSIMI · IMP · CAES ‖ SEVERI · ALEXANDRI ‖ AVG · ET · CASTRORVM ‖ SENATVSQVE · ALA ‖ FRONTONIANA · ALE-‖ XANDRIANA EX ‖ QVAESTVRA SVA ‖ DEDICANTE *ia*SDIO · DOMITIA‖*no* · *l*EG · AVG · PR · PR — Ibd. l. l.

6721. IMP · CAES · MARCO ‖ AVRELLIO · ANTONINO ‖ PIO · FELICI · AVG · PARTICO ‖ MAX · BRIT · MAX · PONT · MAX ‖ TRIB · POT · XVI · COS · IIII ·[1]) OPTIMO ‖ MAXIMO · Q · PRINCIPI · ALA · I · TVNG · FRONT[2]) ‖ ANTONINIANA · NVMINI · EIVS · SEMPITER · AC · MERITO · DEVOTA — Ibd. l. l.

1) A. 213. 2) TVNGrorum FRONToniana; cf. l. l. p. 189.

6722. DANNICIVS · EQVES · ALAE ‖ INDIAN · TVR · ALBANI ‖ STIP · XVI · CIVES · RAVR ·[1]) ‖ CVR · FVLVIVS · NATALIS · IL ‖ F · · · IVS[2]) BITVCVS · ER ·[3]) TESTAME ‖ H · S · E — *Watermore*, prope *Cirencester*. Archaeologia XXVII, pl. XIV, fig. 1.

1) RAVRacus. 2) l. ET FulvIVS. 3) ERedes. — Nomen alae Indianae a *Julio Indo* Trevero (Tac. Ann. III, 42) deducitur in *Rh. Jahrbb.* 1853, XIX, p. 57.

6723. M · VALERIVS · C · F ‖ HISPANVS DOMO ‖ LEONICA · EQVES · DE ‖ ALA · PATRVI · HIC · SITVS ‖ EST — Larini. Kellerm. Vig. 240; Mommsen, I. N. 5209, ubi v. cett.

6724. SILIVS ATTONIS F ‖ EQ · ALAE PICENT ·[1]) ‖ AN · XLV · STIP · XXIV ‖ H · F · C — Rep. anno 1834 in loco *Dienheim* inter Mogontiacum et Borbetomagum. Kellerm. Vig. 241; Steiner, I. Rh. 307; I. Rh. et Dan. I, n. 583.

1) Cf. Card. *Dipl.* VI, et Tac. hist. IV, 62. In inscriptione Graeca C. I. 3991 scribe *Πεικεντεινῆς* pro *Βεικεντεινῆς* Boeckhii. — Cf. praeterea *alam Rusonis* n. 5234 et *Silianam* n. 6856.

6725. · · · · · · · · · · ‖ · · *ob* · BALINEVM REFECT ‖ *et* · *ba*SILICAM VETVSTATE CONLABSAM ‖ *a* SOLO RESTITVTAM · EQQ · AL · SEBVSSIA‖*nae*[1]) SVB OCTAVIO · SABIN*o* V C ‖ PRAESIDE · N · CVRANTE · FLA · AMMAV‖SIO · PRAEF · EQQ · D · D · XI · KAL · SEPTEM · ‖ CENSORE II · ET · LIP · · O · · · · $\overline{II}$ · COSS[2]) — *Lancaster*. Whitaker, *Richmondshire* II, p. 213 apud Newton, *Excerpta de Britannia* p. CXIV, n. 76.

1) *Ala est Sebosiana*; cf. n. 1603, et Card. *Dipl.* XI: *ala* $\overline{II}$ *Gallorum Sebosiana*; Tac. Hist. III, 6, ubi male legunt *Seboniana*. Ipse perperam olim non ab homine quodam *Seboso*, sed a populo nomen ducendum esse proposui; *Rhein. Jahrbb.* l. l. — Cf. ad n. 5218. 2) Consules fortasse suffecti, mihi certe ignoti.

6726. M · CLAVDIVS · MACER ‖ EQ · ALAE · CLAVDIAE · NOVAE ‖ DOM · CVGERNVS · ANN · XXX · STIP · XII ‖ T · F · I ‖ TI · CLAVDIVS · AVRELIVS ‖ HER · POS — *Kossute* Dalmatiae. Seidl, *Chronik d. arch. Funde* cet. *im Archiv f. Kunde Oesterr. Geschichtsquellen* 1851, I, p. 257.

6727. · · GAVIVS · L · F ‖ AQVILO · IIII · VI*r* ‖ *i* · D · IIII · VIR · AED ‖ *p*OTESTATE · TR ‖ MIL · PRAEF · EQ ‖ *s*VMMARVM ‖ *alarum*[1]) — Aquileia in bibliothecam S. Marci Venetias translatus. Kellerm. Vig. 265.

1) Ita rest. Borghesius (l. l.), qui apud Hyginum *de castrom.* (Graevii thesaur. X, p. 1017, col. 2, l. 5 ed. Venet.) pro *summam clariorum* corrigit *summalariorum*, item pro *summacteres* (p. 1016, col. 2, l. 45) *summalares* et pro *summacterias* (p. 1018, col. 3, l. 33) *summalarias*. [Contra Langius §. 19, 29, 43 *subactares* vel *subactarios* dedit; quod quamquam incertum, tamen Borghesianae coniecturae longe praeferendum est. Mommsen.]

6728. SVPERINI · ROMA‖NI · 7 · PROTECT · [1] D N ‖ FLORENTINIA · AL‖TA CONIVGI · KA‖RISSIMO OBI · · · — Rep. Coloniae Agr., nunc Bonnae. Overbeck, *Katalog* n. 17.

1) Cf. Spart. Carac. 7; Amm. Marc. XIV, 7; Or. 1869. 3050. 3391.

6729. C · NONIO ‖ C · F · AN · CAEPIA*n* ‖ EQVO · PVBL · EX · QVIN*q* ‖ DECVRIS · IVDICV*m* ‖ PRAEF · COH · III · BRITTo‖NVM · VETERANO*r* ‖ EQVITATAE · TRIB · LEG · I · A*diu*-‖TRICIS · PIAE · FIDELIS · PRA*ef* ‖ ALAE · I · ASTVRVM PRAEPOS ‖ NVMERI · EQVITVM · ELECTOR ‖ EX · ILLYRICO ‖ C · VALERIVS · SATVRNINVS · *dec* ‖ ALAE · I · ASTVRVM · PRAEF · OPTI*m* ‖ L · D · D · D — Arimini. Maff. M. V. 365, 3, cet. Tonini, *Rimini* p. 300, 26. Est iam n. 3155.

6730. D · M ‖ TOGIO · STATV‖TO · MILITI ‖ NVMERI · EXPL‖ORATORVM ‖ DIVITIESIVM (sic) ‖ ANTONINIA‖NORVM · [1] STIP‖ENDIORVM ‖ XVIIII · TOGIA ‖ FAVENTINA ‖ SOROR · ET ‖ HERES ‖ *frat*RI ‖ *carissi*MO ‖ *ex te*ST ‖ F · C — Mogontiaci. Steiner, I. Rh. 434; I. Rh. et Dan. I, 274.

1) *Divitenses* (cf. n. 3391) commemorantur ab Amm. Marc. XXVI, 7; XXVII, 1. In *Notitia* vero *Dignitt.* habes *Divitenses Gallicanos*, *Dalmatas*, *Seniores*, de quibus cf. Boeckingium ad Not. Or. p. 218 seqq., qui a cognomine legionis cuiusdam *divitis* appellatae et *Divitenses* et castrum *Divitia* contra Coloniam situm nomen duxisse affirmat. Neque tamen *legio dives* unquam laudatur, et in ipsis exemplis a v. cl. allatis *legio secunda Italica Divitensium* legitur. Castrum deinde *Divitense* in monumentis tantum fictitiis vel interpolatis exstat; cf. ad n. 1085. 1036. — De ipso nomine mihi quidem non liquet.

6731. APOLLINI · ET ‖ DIANAE · N · BRIT ‖ ET · EXPLORAT ‖ NEMANING · [1] C ‖ AGENTE · T · AVREL ‖ FIRMINO · 7 ‖ LEG · XXII · P · P · F ‖ V · S · L · L · M · IDIBVS ‖ AVGVS · ORFITO ‖ ET · RVFO · COS [2] — *Aschaffenburg*. Steiner, I. Rh. 161; I. Rh. et. Dan. I, 708, ubi vide ceteros.

1) *Numerus* BRIT*tonum* ET EXPLORAT*orum* NEMANING*ensium*, nationis mihi certe ignotae, cuius nomen in altera quoque inscriptione legitur, quam in eodem loco repertam ita Steinerus exhibet (I. Rh. 166; I. Rh. et Dan. I, 715): I . O . M ‖ N . BRIT ‖ NB . M . ANC ‖ OB LƎ . XI . IVS ‖ BR . > . S . VS > > ‖ EG . XXIII . > ‖ V . S . L . L . M — Lege *Numerus* BRIT*onum* NEMANINC, St. Cetera nimis corrupta sunt. 2) A. 178.

6732. · · · F · SABINO · PRAEF ‖ *au*XSILIARIEI · HISPAN — *Pizzoli* in loco dicto *Cavallari* in agro Amiternino. Mommsen, I. N. 5778. V. et corr. Brunnius.

6733. HERCVLEI · D · · · · · · · · ‖ MILITES · AFRICA*ni* · · · · · ‖ CAECILIANVS · · · · · · · · ‖ MAG · CVRAVIT · · · · · · · · · ‖ C · SALTORIVS · C · F · · · · · · · · · — Albae. Op. cit. 5613.

6734. FL · IOVINVS · EX P P [1] ‖ MILITVM HISTRICORVM ‖ ET · FL · PAVLVS · BIARCVS ‖ PATER · ET · FILIVS · DOMVM ‖ A · FVNDAMENTIS ‖ IVSSERVNT · FABRICARI — In Pannonia, in comitatu *Stuhlweissenburgensi* Hungariae. Seidl, *Chronik d. arch. Funde* I, p. 25; litterae aevi recentis.

1) EX *PraePosito.* 2) Biarchorum tertius gradus inter *agentes in rebus* fuit; cf. Cod. 3, de agent. in reb. XII, 20; cf. 2. §. 20 de off. Pr. Pr. Afr. 1, 27, et Gothofr. ad C. Th. VI, 27, 7.

6735. · · · · RIVS · C · F · AEM · GAL ‖ *prae*F · LEVIS · ARMATVRAE [1]) ‖ HISPANIENSIS ‖ · · · VRIVS · C · F · M · N · AEM — Caietae. Mur. 875, 9; Mommsen, I. N. 4100.

1) Cf. n. 3426.

6736. Hic exempla aliquot adiungere placet aedificiorum in usum militum erectorum:

IMP · CAES M AVRELIO ‖ SEVERO ALEXANDRO PIO FEL AVG ‖ PONT MAXIMO TRIB POT COS P P COH Ī AEL ‖ HISPANORVM M EQ DEVOTA NVMINI ‖ MAIESTATIQVE EIVS BASELICAM ‖ EQVESTREM EXERCITATORIAM ‖ IAMPRIDEM A SOLO COEPTAM ‖ AEDIFICAVIT CONSVMMAVITQVE ‖ SVB CVRA MARI VALERIANI LEG ‖ AVG PR PR INSTANTE M AVRELIO ‖ SALVIO TRIB · COH · IMP · D · N ‖ SEVERO ALEXANDRO PIO FEL ‖ AVG COS [1]) — *Netherby*, Cumbriae. *Philos. Transactions* LIII, p. 134; Lysons, Reliquiae Brit. Rom. IV, p. CLVII, n. 84.

1) Severus Alexander Caesar cos. a. 222 cum Elagabalo, quo occiso solus anno nomen dedit.

6737. IMP · CAES · M · AVRELIO ‖ SEVERO · ANTONINO · AVG · BVR‖GVM · SPECVLATORVM · ANTO ‖ M · VAL · SENECIO · LEG · EIVS · PR ‖ PR · C · V · FIERI · IVSSIT · C · A · [1]) C · IVLIO · AELVRIONE · LEG · III · AVG · ANTO · PRAE [2]) — *„Loth-Bordj entre el Kantara et Biskra."* Renier, Archives des missions 1851, p. 443; Bull. Inst. Arch. 1852, p. 168.

1) *Curam Agente.* 2) i. e. PRAE*fecto* LEG*ionis* III AVG*ustae* ANTO*ninianae.*

6738. GENIO ‖ PRAESI*dii* [1]) ‖ ET ‖ MONIM*enti* ‖ *c*OH VII BRE*ucor* ‖ *c* R EQ [2]) CVI PRA*eest* ‖ M OCL [3]) RVFV*s pr*‖AEF *c* · *a* ‖ P AEL C · · · · · — *Knodara* inter Leucosium et Salamina Cypri. Bull. Inst. Arch. 1848, p. 35.

1) Cf. Or. 4987. 2) *civium Romanorum EQuitata.* 3) M. OCL*atius.*

6739. PEDATVRA *f*ELICITER ‖ FINIT · PRIM*a*NORVM [1]) ‖ D P [2]) — Rep. Treveris ad murum longum qui dicitur; nunc Bonnae. *Rhein. Jahrbb.* III, p. 98, n. 74.

1) Intellige milites legionis primae. 2) 500 pedes, vel passus.

6740. PEDĀ · [1]) TREVEROR‖VM · P · LXXXXVI ‖ SVB · CVRA · AGENTE · CRES‖CENTINO · RESBECTO · 7 ‖ LEG · VIII · AVG — *Hoheburg* in ducatu Nassoviensi, nunc in Museo Wiesbadensi. Steiner, I. Rh. et Dan. I, 693, ubi v. ceteros.

1) Priores editores scripserant PED*ites Numeri*; sed v. cl. Habel Wiesbadensis verae lectionis Steinero auctor fuit; cf. titulum Oehringensem (Stälin, *Würtemb. Gesch.* I, p. 56, n. 163; Steiner, I. Rh. 19; I. Dan. et Rh. I, n. 52 cet.).

6741. PED · Ɔ · IVL · SILVA‖NI · SVB · CVRA ‖ VATERCVLI · PRO‖CVLI · > · LEGIO ‖ VIII · AVG · OPVS · PER ·

Cum his titulis cf. etiam cippos singulos singularum cohortium

numeris insignitos, quos in stativis Lambaesitanis legionis tertiae Augustae in suo quemque loco adhuc exstantes Renierus repperit.

§. 2. IMPERATORES. LEGATI. PRAEFECTI VARII GENERIS. TRIBVNI MIL. PRIMIPILI. CENTVRIONES. OPTIONES.

N. 3417, v. 1. AP . CLAVDIO . C . F; Mommsen, I. N. 2404, qui anno U. c. 716 eius consulatum tribuit.

N. 3418: est P. Sulpicius Rufus leg. Caesaris in Gallia (B. G. IV, 12; VII, 30), censor a. 712 cum L. Antonio; imperator dicitur a Cic. ep. ad fam. XIII, 17; cf. Borghesi, *sulla serie degli ultimi censori*, Act. Accad. pont. Arch. VII, p. 214. 215, et apud de Minicis, *Ghiande missili* p. 37.

N. 3419: de eo cf. Dion. LI, 20; Borghesi l. l. p. 135.

N. 3420 et 3421: *imperatoris* et *imp.* nunime est nomen honoris causa duci alicui inditum, sed in altera quidem inscriptione coniunge *adiutoris haruspicum imperatoris* (i. e. Caesaris), in altera vero lege PRAE*f* . *pr* . IMP; cf. n. 5477. Spectat ad Anniam Flaviam Faustinam, de qua v. l. l.

N. 3423: Olivierius tribuit Firmo; l. l. — Male Or. *praepositos* legionum pro iisdem habet cum praefectis earum; cf. quae ipse exposui in *Rhein. Jahrbb.* 1848, de tabula hon. miss. Domitiani disserens, et Ann. Inst. Arch. 1850, p. 40 seqq., ubi praepositos duces fuisse probavi pro tempore tantum et extra ordinem datos, notam vero P . P . in legionibus semper fere primipilares indicare. Vide postea nn. 6748 seq.

N. 3424: mihi certe valde dubium, num titulus, etiamsi genuinus, recte descriptus sit; sed ne de genuinitate quidem mihi constat.

N. 3425, v. ult. fortasse VII *g*EMIN PIAE FELIC; quam emendationem in titulo Hispano non nimis improbabilem si parum probas, lege *g*EM et titulum mutilum esse, praefecturam autem alae sequi crede.

N. 3428: de *praefectis fabrum* disputavit nuper Borghesius, Ann. Inst. Arch. 1849, p. 46 seqq.; is omnes titulos, in quibus praefecti fabrum legionis alicuius leguntur, spurios esse confirmavit, a ducibus vero exercituum provinciarumve praesidibus in tempus magistratus eorum eos nominatos esse docuit; unde facile intelligitur, quo modo in monumentis praefecti fabrum iterum, tertium, sexto commemorari possint.

N. 3434: M. ille Silanus per sexennium (785—791 U. c.) proconsul Africae fuit, et, quoties magistratus ei prorogatus esset, Maenio quoque praefecturam fabrum confirmavit; Borghesi, l. l.

N. 3435: *praefectos vigilum* Nemausenses praeter duos Orellio notos quinque alios Kellermannus recensuit, Vig. n. 22—28; cf. n. 6754.

N. 3436: v. ult. NVSS (sic); Kellerm. Vig. 30.

N. 3439: Mommsenius, I. N. 834*, immerito inter falsos retulit [Imo condemnare me negavi, dubitavi de loco. Mommsen.]; exstare enim titulum *in fronte ecclesiae S. Ioannis Baptistae extra oppidum Galliani ad occasum, alt. palm.* 2 $^1/_4$, *lat. p.* 4, Giovenazzius tradidit testis locupletissimus inque eius schedis in Bibliotheca Vaticana adservatis de Rossi repperit. Nuper autem vidit eum Brunnius.

N. 3442 et 3443. *tribunum semestrem*, cuius unicum antea exemplum in his titulis lectionis nimis incertae (cf. Grut. 487, 9) exstabat, Mommsenius nunc in monumento Toriniensi loco *vituli marini semestris* invenit; cf. Epigr. Anall. 22 (*Ber. d. Sächs. Ges. d. W.* 1852, p. 249).

N. 3446, v. 3. PVBLICE. *Comites legionum* omnes spurii sunt; quattuor enim, quos Sponius ex schedis Barberinis protulit, et exigua harum auctoritas suspectos reddit, et in nominibus hominum, legionum, civitatium plurima insunt, quae confictos titulos esse declarant. Eorum unum Fabrettius 607, 57 denuo proposuit, sed ex appendice ad vitam Colotii fraudibus scatenti; de eo cf. etiam Borghesium, *Burbul.* p. 37.

N. 3448, penult. IMPENSA; vidi ipse in Mus. Lateranensi.

N. 3451, maxime suspectus. Nota tribunum post centuriones laudatum, legionis numerum ante ipsam citatum, praenomen cum cognomine consociatum, notam PRI . PRI parum probabilem. Denique ex schedis tantum refertur, ut etiam

N. 3452, in quo hastatus et princeps *posteriores*, in hac unica inscriptione obvii, suspicionem excitant, ex Vegetii (II, 8) *hastato primo* et *secundo* et *triario priore* eos confictos esse. Quum tamen cetera bene se habeant (cf. etiam 3460; 4962; 6782; 6783), ne de illis quidem diiudicare ausim. Cf. nunc Marquardt *R. Alterth.* III, 2, p. 280 sq.

N. 3453, v. 1. M . BLOSSIO ‖ Q . F . ANI; in fine: PATRONO . OPTVMO ‖ FECIT . ITEM SIBI ET LIBERTIS ‖ ET LIBERTABVS SVIS cet.; LONG . P . XXX cet. — Mitto versuum ordinem ab Orellio neglectum. Kellerm. Vig. 276; vidi ipse.

N. 3454: v. 3. pro legione PHAL*angaria* Hagenbuchii facili emendatione scribe I . ITAL, quam hoc loco legi debere versu 5 satis apparet; v. 6. corr. CORONA VALL; quae in fine tituli leguntur, ita interpretor, centurionis signum male pro X lectum esse ratus: MILIT*avit* (sc. gregarius) XIIII (sc. annis) ‖ PR*omotus* POST . ANNIS (pro *annos*) $\overline{XI}$, quos annorum numeros si fas est credere absolutos nondum fuisse, legitima efficitur aetas coeptae militiae.

N. 3456, v. 1. SEX AETRIO . *Sex* . *f*.; v. 5. EX CORNICVL ‖ PRAEF . VIGIL; Kellerm. Vig. 73; Ramelli, *Tufico* n. VIII.

N. 3457, not. 2. *Piae Vindicis*; cf. ad 1960 et Card. Dipl. XXIV.

N. 3458 = 1699, ubi vide.

N. 3459, v. 4. CARALITANO; v. 5. B . M .; fin. C . C, ita tamen ut aliquid videatur deesse.

N. 3460 = 4968, not. 1. *princeps iterum*.

N. 3462: quae varie in eo leguntur, v. apud Mommsen, I. N. 1459. Hic sufficiat proposuisse, quae in ult. vv. a nonnullis scribuntur: VARO . COS . BR . VIA ‖ MAIE-RVCIO CLARO II COS. Not. 1. l. *in cohortibus urbanis adiutor tribuni* cet.; not. 2. *optio valetudinarii* et *arcarii*; not. 3. separa *singularem* a *beneficiario*; cf. n. 3530. Not. 10. Erucius Clarus II cos. anno 146, quo anno Luccium mortuum esse crede.

6742. C · CALVISIVS · C · F ‖ SABINVS · COS ‖ IMP ‖ LXXVIII — In cippis miliariis viae Latinae, quorum alii numeris *LX*XV et LXXX distincti sunt. Mommsen, I. N. 6244; cf. Or. 3446.

6743. Q · LARONIVS · COS · IMP · ITER [1]) — In imbricibus aquaeductus Vibonensis. Op. cit. 6306, 94; cf. Borghesi, apud Capialbi, Inscr. Vibon. p. 23.

1) Cos. a. 721; Borghesi, l. l.

6744. L · IVNIVS VIC‖TORINVS ET L ‖ CAELIANVS [1]) LEG ‖ AVG LEG VI VIC ‖ P F OB RES TRANS ‖ VALLVM PRO‖SPERE GESTAS — *Kirksteads*, *Cumberl.* Lysons, Rel. Rom. 95 apud Newton, Excerpta de Britannia, inscr. p. CXI, n. 49.

1) ET L male exscriptum; unus enim legatus est.

6745. Q · HERENNIO · SILVIo ‖ MAXIMO · C · V · LEGAT · LEG · ‖ $\overline{II}$ ITALICAE ET ALAE ANTONI‖NIANAE [1]) IVRID PER CALABR · ‖ LVCANIAM BRITTIOS · PR · AED ‖ CAER · QVAEST · VRB · CVRIO‖NI SEVIR · TVRMAE EQVIT · RO‖MANOR · CIVI ET · PATRON · COL ‖ COLLEG · FABRVM TIGNVAR ‖ QVIB · EX S C COIRE PERMIS · EST ‖ L D D D — Telesiae. Marini, *papiri dipl.* p. 374; v. Mommsen, I. N. 4851.

1) Nota legationem legionariam cum praefectura alae coniunctam.

6746. IMPP · VALERIANVS ET GALLIENVS ‖ AVGG · ET VALERIANVS NOBILISSIMVS ‖ CAES · COHORTI VII · CENTV-RIAS · [1]) A SO‖LO RESTITVERVNT · PER · DESTICIVM IVBAM ‖

V · C · LEGATVM · AVGG PR · PR · ET ‖ VITVLASIVM LAETINIANVM LEG · LEG ‖ II · AVG · CVRANTE · DOMIT · POTENTINO ‖ PRAEF · LEG · EIVSDEM[2] — *Caerleon*, *Monmouth*. Lee, *Antiquities of Caerleon* p. 83, pl. XIX, apud Newton, Excerpta de Britannia, inscr. p. CIX, n. 26b.

1) Num aedificia, in quibus singulae centuriae habitabant? 2) Hinc praefectos legionum sub cura legatorum legionibus praefuisse discimus, quorum quasi vicarii quidam erant; cf. Veget. II, 9.

6747. P · AELIO · P · F · PAPIR ‖ MARCELLO · CENT ‖ FRVM · SVB · PRINCIPI ‖ PEREGRINORVM ·[1] ASTATO ‖ ET · PRINCIPI · ET · PRIMIPILO[2] ‖ LEG · VII · GEM · PIE (sic) · FEL · ADLEC‖TO · AD MVNERA · PRAEFF[3] ‖ LEGG · VII · CLAV · ET · PRIMAE ‖ ADIVTRICIS · V · E ·[4] FLAMINI ‖ LVCVLARI ·[5] LAVREN · LAVINA ‖ PATRONO · ET · DECVRIONI · CO‖LONIE (sic) · APVLESIVM · PATRONO ‖ CIVITAT · FORO · FLA ·[6] FVLGINIA ‖ ITEMQVE · IGVVINORVM · SPLEN‖DIDISSIMVS · ORDO · FORO · FLAM · ‖ CVIVS · DEDICAT · DECVRIONIBVS ‖ ET · LIBERIS · EORVM · PANEM ‖ ET · VINVM · ET · SS XX · N · ITEM ‖ MVNICIPIBVS SS IIII · N · DEDIT — Fulginiae. Grut. 347, 1; vidit Mommsen.

1) De ratione inter frumentarios et milites peregrinos obvia disserui in Bull. Inst. Arch. 1851, p. 113 sqq. 2) Veget. II, 8; intellige *primo hastato* et *primo principi*. Docet Vegetius *veterum consuetudinem tenuisse, ut ex primo principe legionis promoveretur centurio primi pili*. 3) Erat igitur vice praefectorum legionum cet. 4) M. legere sibi visus est V . C, licet dubitanter; sed *V*irum modo *E*gregium Marcellum fuisse patet. 5) i. e. luci, vel luculi Laurentium; cf. n. 97. 6) FLA*minii*, Umbriae.

6748. IVLIVS · POMPILIVS · A · FIL · CORNELIA · PISO · T · VI · · ·[1] ‖ · · · ENICIANVS · X · VIR · STLITIBVS · IVDICANDIS TRI*b* · *mil* · *leg* · · · · ‖ ITEM · XV · APOLLINARIS · QVAESTOR · VRB · ADLEC*tus* · *inter* · *tribunicios* · *pr* ‖ CANDIDATVS AVGVSTORVM · LEG · LEG · XIII *geminae* ‖ PRAEPOSITVS · LEGIONIBVS · I · ITALICAE · ET · III *augustae et* ‖ AVXILIORVM ·[2] DATO · IVRE · GLADII · LEG · AVGVST*i* · · · · · · · ‖ CONSVL · DESIGN · · · · · · · — Lambaese. *Mém. des Antiquaires de France* XXI, p. 105

1) Numidiae aetate M. Aurelii et Commodi praefuit; cf. n. 6597, quo sub finem v. 1. LAEVILLVS legendum esse docemur. 2) Quum legio I Italica in Moesia inferiore, III vero Augusta in Numidia castra habuerit, simul utrique Pompilium praefuisse vix credo. — De praepositis cf. ad n. 3423. Unicus praepositus legionis, quem antea noram, est apud Grut. 164, 4.

6749. N . MARCIO ‖ N · FIL · GAL ‖ PLAETORIO · CELERI ‖ QVAEST · II · VIR · 7 LEG · VII ‖ GEMIN · 7 LEG · XVI · FL · FIRM ‖ DONIS · DONATO · A · DIVO ‖ TRAIAN · BELLO · PARTHIC ‖ CORONA · MVRALI · TORQVIB ‖ ARMILLIS · PHALARIS . 7 LEG · II ‖ GALL · 7 LEG · XIIII · GEM · MART · VICTR ‖ 7 LEG · VII · CL · P · F · 7 LEG · I · ADI · P · F · P · P · LEG ‖ EIVSDEM · PRAEPOSIT · NVMEROR ‖ TENDENTIVM · IN · PONTO · AB ‖ SARO ·[1] TRIB · COH · III · VIG ‖ PATRON · CO-

LON ‖ D · D — Abellae. Grut. 1096, 6; corr. Mommsen, qui vidit, I. N. 1947.

1) Cf. *praepositos vexillationibus* n. 6693 et 5456.

6750. I · O · M ‖ SVLPICIVS · CAL‖VIO · C · LEG · I · M · PR‖AEPOSITVS · CH‖O · I · BELG · HOC · IN ‖ LOCO · MAIESTA‖TE · ET · NVMINE ‖ EIVS · SERVAT‖VS · — Naronae Dalmatiae. Lanza, *Saggio storico-statistico-medico sopra l'antica città di Narona.*

6751. PROPVGNATORI · ROMA‖NI · IMPERII · FVNDATO*ri* ‖ QVIETIS · PVBLICAE D ‖ FL · CONSTANTINO ‖ MAXIMO · VICTOR*i* ‖ SEMPER · AVG · DIVI · CLAVDI · NEPOTI · DIVI ‖ CONSTANTI · FILIO ‖ SERTORIVS · SILANVS ‖ V P · PRAEPOSITVS ‖ FABRICAE · 1) DEVOTV*s* ‖ N · M · Q · E — Ravennae. Grut. 283, 4; v. Mommsen.

1) Sc. *armorum*; Amm. Marc. XXIX, 3, 4.

6752. IMPP · SEVERO · ET · ANTONINO · AVGG · BRITTANICIS (sic) · PP · ET · IVLIAE · AVG · MATRI · AVGG · ET · CASTROR · ‖ [*ET · FVLVIAE PLAVTILLAE AVG C FVLVIO PLAVTIANO PR PR*] ‖ C · V · II · [*P · SEPTIMIO GETA*] 1) II · COS · 2) C · IVNIO · RVFINO · PR · C · IVNIO · BALBO · S · PR 3) ‖ M · VLPIO · CONSTANTINO · TR · C · ATTICIO · SPERATO · 7 · ‖ GENIO · 7 · II · 4) QVI · FRVMENT · PVBL · INCISI · SVNT · KAL · MARTIS · ‖ DE · SVO · POSVERVNT · QVORVM · NOMINA · INFRA SCRIPTA SVNT · MILITES · FACT ‖ ANVLLINO · II · ET · FRONTONE · COS · 5) ‖ T · SCVTRIVS · T · LIB · FAB · SABINIANVS · ROM · M · F · PR · K · IVN · MAGNO · PR · F P A D X · T · CXL IVKC 6) — tredecim sequuntur nomina militum iisdem notis insignita, nisi quod diversi, quibus *Milites Facti* sint, dies commemorantur, in fine autem versuum pro K C interdum K legitur; ultimus eorum munere ADIVT*oris* fungebatur. — Post ea inscriptio ita continuatur: SEVERO · ET · VICTORINO · COS 7) ‖ Q · SOSIVS · Q · LIB · IVL · THEOMNESTVS · REGIO · M · F · K · FEB · MAGNO · PR F P AD X T CXL · IV · K ‖ B · P 8) L · SEPTIMIVS · L · LIB · FAB · HYGINVS · ROMA · M · F · ID · FEB · MAGNO PR F P A D X T CXL · IVC ‖ ITEM · PRINCIPALIBVS · QVIBVS · HONOREM · HABVERVNT ‖ P · TVTICANIO · HERMETI · B PR · P · AELIO · STEFANO · LIBR · I · D 9) ‖ L · CORNELIO · HONORATO · VEX · 7 · L · CORNELIO · HERCVLANO · OPT · 7 · ‖ M · SENTIO · VITALI · TESS · 7 · CVRA · AGENTE ‖ L · CORNELIO · L · F · HONORATO · VEXIL · 7 ‖ ET · L · CORNELIO · L · F · HERCVLANO · OPT · 7 — Tabula aenea, Romae, in Mus. Cap. Post Fabr. Col. Trai. p. 37 et Maff. M. V. p. 309 ed. Kellerm. Vig. n. 12; ipse vidi.

1) Vocabula uncis inclusa supplementa sunt Borghesii apud Kell. l. l. 2) A. 203. 3) *Sub* PR*aefecto*. 4) *centuriae secundae*, sc. vigilum. [Mihi est *ii qui*. MOMMSEN.] 5) A. 199. — Vigiles, ad quos titulum pertinere Kellerm. l. l. demonstravit, si Latini erant, sex annorum militia ius Quiritium acceperant, quod tempus postea ad

triennium redactum est (Ulpian. fr. tit. III, §. 5); frumentum autem publicum civitatis commodum erat. De quo iure tributo hominibus Latinis, cum post triennium illud absolutum ad civitatem Romanam pervenissent, titulum accipiendum esse demonstravit Mommsen Bull. 1845, 193. 6) *Miles Factus* PR*idie Kalendas* IVN*ias* MAGNO PR*aefecto Frumentum Publicum Accipit* (ita pro *Accepit* Fabrettii et Kellermanni scripsi, quia de commodo agitur, quo milites fruuntur) *Die* X (decima) *Titulo* (*ostii*) CXL IV (*quarto*) *Kalendarii Capite*. Ultimarum litterarum interpretatio minus certa est; de prioribus *cf.* FRVMENTVM . ACCEPIT . DIE . X . OSTIO . XXXIX (Fabr. p. 235, 618) et FRVM . AC . D . VII . OSTIO . XV (id. p. 234, 617). 7) A. 200. 8) Kell. *Beneficiarius Praefecti*, quamquam ipse litteram P similem esse D litterae concedit. Ego cum Mommsenio S D legi, quam notam aliis explicandam relinquo. 9) Nescio, quid sibi velint litterae I . D .

6753. I · O · D [1]) ‖ PRO · SALVTE ‖ IMP · L · SEPTIMI · SEVERI · PII · PERTINACIS · AVG ‖ PII · FELICIS ET EXERCITVM (sic) ‖ ET · P · R · [2]) D · IVN · PACATVS · CVM ‖ ALEXANDRO FIL · SACRARVM ‖ IVSSV · I · D · [3]) SVA · PEC · ADAMPLIAVIT C · A · [4]) CAECILIO ‖ RVFO · 7 · SACERDOTIB · SOPATRVS · ET MARIN ET CALVS Б [5]) — Cum hac tabula coniungitur: ITEM AVXIT ‖ SALVO · IMP · *m · aur · commodo · ant* · [6]) PIO · FEL · AVG · N ‖ M · CAECILIVS · M · F · IVL · RVFVS · CONCORD ‖ 7 · LEG · III · CYRENAICAE · EX · CORNICVLARIO ‖ AELI · IVLIANI · PR · VIG · TETRASTYLVM · NIMPHAEVM ‖ CRATERAM · CVM COLVMELLA ‖ MARMOREA · ET · ALIAM COLVMELLAM · ITEM · ORBICVLVM CVM COLV‖MELLA · ET · CETERA · ORNAVIT · I · D · [7]) D · D · DEDICAVIT PER ‖ CLODIVM CATVLLVM PR · VIG · ADSISTENTE ORBIO · LAETIANO · SVB · PR · ET ‖ CASTRICIO · HONORATO · TRIB · COH · II · VIG · PR · KAL · AVG ‖ APRONIANO · ET · BRADVA · COS · [8]) C · A · HERCVLANIO · LIBERALE V · A [9]) — Romae, in Mus. Cap. Murat. 344, 2; 3; Guasco 5; Kellerm. Vig. 10; vidi ipse.

1) *Iovi Optimo Dolicheno.* 2) *Populi Romani.* 3) *Iovis Dolicheni.* 4) *Curam Agente.* 5) Num *FiLius*? 6) Nomen de consilio erasum. 7) *Iovi Dolicheno.* 8) A. 191. 9) *Vices Agente.*

6754. I O M ‖ DEPVLSORI ET ‖ DIIS DEABVSQVE ‖ OMNIBVS ET ‖ GENIO LOCI ‖ T FLAV LATINIANVS ‖ PRAEFECTVS ‖ VIGILVM [1]) ‖ · · · · · — Lugduni. Boissieu, *Inscr. de Lyon*, I, 1, p. 3.

1) Editor ad corpus quoddam municipale vigilum Lugdunensium titulum refert, quod Nemausi fuisse novimus (cf. ad n. 3435); Mommsenius contra ad praef. vig. Romae (Ann. Inst. Arch. 1853, p. 51) maiore cum probabilitate, quia nullum vigilum Lugdunensium vestigium in plurimis eius coloniae lapidibus exstat.

6755. *d* · M ‖ C · ANTESTIO · C · F ‖ VET · SEVER ‖ PRAEF · FAB · PRAEF ‖ COH · II · BITVRIGVM ‖ PRAEF · COH · I · CYREN [1]) ‖ TRIB · M · LEG · IIII ‖ MC · [2]) VIXIT · ANNOS ‖ XXXXVI · ANTESTI ‖ FORTVNATVS · ET · CEC‖ILIVS · F · C Mogontiaci. Steiner, I. Rh. 403; I. Dan. et Rh. I, n. 389.

1) *Cohors II Augusta Cyrenaica* legitur in tab. hon. miss. Card. VI (Arneth II); coh. I CYrenaica ibd. XVIII (IX). 2) *MaCedonicae.*

6756. D · IN · [1]) C ‖ LOLLIVS ‖ CRISPVS ‖ P · [2]) COH XXXII ‖ VOL — *Heddernheim. Nassauische Annall.* I, 1 et 2, tab. V, 4; Kellerm. Vig. 272, nota.

1) Fortasse M, nisi forte est *Deo INvicto*, id quod mihi tamen minus placet. 2) *Praefectus*.

6757. M · OPPIVS · · · · · · · · · · || CENTVR · LEG · VI · P · · · · ·1) || TRIB · LEG · II · PR*aefectus* || CASTROR — *Luceriae*. Kellerm. Vig. 254; Mommsen, I. N. 942, qui lacunae signa suo iure apposuit.

1) Kell. corr. *Ferratae*; sed rectius Mommsenius P . *p* vel simile aliquid deesse, et legionem cognomine caruisse docuit.

6758. L · OCTAVIVS · N · F · SER · BALBVS || PRAEF · FABR · PRAEF · CASTROR || PRIM · PIL · II · VIR — Marruvii Marsorum (*S. Benedetti*). Mommsen, I. N. 5493.

6759. L · ORANIO · L · FIL || QVIR · IVSTO · P P || PRAEF · CASTROR · LEG · III · CYR || LAVRENTI · LAVINATI · SACER · || FLAMINI · AVGVSTALI · || PLEBS · REATINA || PATRONO || QVOD IS PRIMVS OMNIVM || HS · C · M · N · AD ANNONAE · COM||PARATIONEM · MVNICIPIBVS · SV||IS · DEDIT · STATVAMQVE · HONO||RE CONTENTVS · SVA · PECVNIA || POSVIT || L · D · D · D — In aedd. publicis Reatinis. Exscr. Mommsen. Consules a latere scripti calce plane obteguntur. *Jenaische Allgem. Littztg.* 1847, p. 251.

6760. C · PASSERIO · P · F || VOL · AFRO || TRIB · MILIT · LEG · XXII || IIII · VIRO FLAM || DIVI · AVGVST · D · D1) || FLAM · GERM · CAES || PRAEF · FABR · III || M · VALERIVS · RVFVS || L · PINCIVS · PACATVS || · · *pi*NCIVS · ER · · · || P · · · TARIVS RVFVS || SEX · VALERIVS ALBINVS || SEX · CALVISIVS · CALLISTVS || AMICI — Viennae Allobrogum. Cardinali, *Dipl.* n. 598. Est iam n. 5996.

1) *Decurionum Decreto.*

6761. · · · · · ESCHINVS · PATER · TR · *mil* || · · · · · · OCCISVS · EST · IN · LVSITA*nia* — Romae, in V. Appia. Ann. Inst. Arch. 1852, p. 311, n. 5.

6762. M · M*u*NATVLEIVS · M · F || *a*NI · M*a*RCELLVS || *tr* · *mil* · A · POPVLO — In colle *Belvedere* prope *Olevano*. Bull. Inst. Arch. 1851, p. 53.

6763. M · PORCIO || M · FIL GAL || NARBONENSI || TRIB · MIL · LEG XXII || PRAEF ALAE THRAC || HERCLAN PRAEF || ORAE MARITVMAE || FLAMINI DIVORVM AVG || PROVINCIAE HISP CITER — Tarracone. *Memorias de la R. Academia de la historia, Madrid*, V, p. XX.

6764. T · STATIO · T · F · VEL || PRAETVTTIANO || PRAEFECTO · COH · II || BREVCORVM · TRIBV || COH · II · HISPANORVM || EQ · C · R || C · STATIVS · PRAETVTTIANVS || FRATER || L · D · D · D — Interamnae Praetuttianorum. Mommsen, I. N. 6148, ubi v. ceteros.

6765. DEO INVICTO || HERCVLI · SACR || L · AEMIL · SALVIANVS || TRIB · COH · I VANGI1) || V · S · P · 2) M — *Risingham*,

Northumberland. Horsley, LXXXI, Newton, Excerpta de Britannia, inscr. p. CXVI, n. 102.

1) VANGIonum. 2) Corr. L. — De tribunis praefectorum loco interdum cohortibus auxiliariorum praepositis cf. quae ipse exposui in *Rhein. Jahrbb.* 1848, quum tabulam hon. miss. a Domitiano datae ederem, et Ann. Inst. Arch. 1850, p. 37.

N. 3727: v. 1. NAMPAMONS legendum esse docet Cavedonius, *Iscrizz. cristiane dell' Algeria* p. 2—4; cf. Gesenius, Mon. Phoen. p. 412.

N. 3729, v. 2. SEPTIMINO; v. 4. COLON . IVL . PARENT; v. 5. VETER; v. 6. OMNIB; Kandler, *Istria* I, p. 348, qui ultimos tres versus ita exhibet: MVNICI . PATR . COL . FAB ‖ . . LOCO . DATO ‖ D . D, in quibus non omnia recte se habere opinor. Ceterum *Parentinis*, non Parentanis populo nomen esse docui ad n. 72.

N. 3730: v. 1. VILLIV; v. 2. CONLATICIA; v. 3. FACIVNDVM; Mommsen, I. N. 219.

N. 3732: v. 3. litteras D . V delendas censet Mommsenius I. N. 3956 qui Calenam esse docet inscriptionem; Zumptius, Comm. epigr. p. 181, *quattuorviri duumviri* legendum esse credit, collatis titulis quibusdam Perusinis (cf. Or. 3707), qui tamen facile explicantur, si coloniam ab Augusto Perusiam deductam esse memineris. Id quod male negavit Zumptius; cf. n. 5099.

N. 3736: nescio, an recens titulus sit antiquorum ad exemplum male compositus.

N. 3737: v. 11. APVLVS . II . ET; v. 18. OLO . ORTESIO; v. 19. FELICE; v. 20. SILVANO IIVIRIS. Vidi in Mus. Vat.; Nibby, *Dintorni* III, p. 413.

N. 3739: Perusiae male ab Orellio centumviri adsignantur; titulus enim, in quo centumviros Perusinos repperisse sibi visus est, ad Cures pertinet; cf. Sperandio, *Sabina* p. 354, et ipsum Vermigliolium in libro ab Or. laudato, II, p. 394, ed. 2. Ipse Perusiae inscriptionem vidi. Post v. 10. tres versus erasi sunt, in quorum altero GETAE nomen nihilo minus apparet. Borghesius eos ita restituit: P . SEPTIMIO . GETAE . PIO . AVG ‖ BRITANNICO . TRIB . POTESTAT . III ‖ COS . II . P . P; cf. *Iscr. perugina della porta Marzia*, p. 18, n. (*Archivio storico ital.* vol. XVI). Ego pontificatum quoque commemoratum fuisse crediderim. — In fine tituli haec leguntur: PEC SEV (*pecunia Severiana* ?) ‖ CVRATORE . M . VIBI . . . . . ‖ TIANO . E . V (*egregio viro*) ‖ L . VALERIO . SABINO I . . . — Not. 1. PRO nihil aliud est nisi PRO COS et ad Getam pertinet.

N. 3741: in fine tituli L . D . D . D . In dedicatione: v. 1. DEDIK; v. 3. FELIC; in fine haec omissa sunt: CVR . ABVDIO . PRISCO CASSIDARIO DEMETRIO . ET . CELERINO STATIENO CLEMENTIANO; Visconti, *Mon. Gab.* p. 149.

N. 3742: v. 1. PARTHIC; v. 2. NEPOT; v. 3. COS . III (sic re vera in lapide exstat); v. 4. PRINC; v. Mommsen, I. N. 2112.

N. 3743; v. 2. scr. IVLIANIVS.

N. 3746: in inscriptione Iulii Marci Mur. recte legit ANNIS . XII MSIBVS . DVOBVS.

N. 3747: in fine: AC ‖ PIENTISS . P; Mommsen, I. N. 5780.

N. 3748: v. 3. DECVRIONI; ANNIS; v. 4. TESTAMENTO; in fine P; op. cit. n. 6114.

N. 3750, not. 3. vocem *aureus* sola littera A indicari posse non credo; quare A *Divo* nescio quo Augusto legendum esse reputo.

N. 3756: not. 2. sexprimi munus pertinet ad decuriam scribarum quaestoriorum.
N. 3757, not. 1. male Hagenb.; num decuria III?
N. 3760; cf. n. 5567.
N. 3763: v. 1. l. TANONIO; Mommsen, I. N. 1429.
N. 3766, fractus adhuc Capuae exstat, ubi inferiorem partem Mommsenius exscripsit, I. N. 3607. Pro BENEFICIA legit VNIBERSA.
N. 3767: v. 1. TANNONIO; v. 2. CRHYSANTI (sic); I. N. 2505; 2506.
N. 3769: num PATRi PATRum cultus Mithriaci?
N. 3772: v. 3. MVNERIB; v. ult. POPVL; ibd. 2575.
N. 3774: v. 3. FLAMINICAE . SACERD; Tonini, *Rimini* p. 337, 17.

6992. NONIAE ‖ SEVERAE ‖ OFFERENTE ORDI‖NE ‖ L CAELIVS SABINVS ‖ MARITVS ‖ SVA PEC ‖ POSVIT ‖ D · D — Madaurae. Vidit de Grabow; misit mihi Gerhardus.

6993. SEPTIMIO RVSTI‖CO V C CONS CAMP ‖ PROVISORI ORDI‖NIS [1]) RESTAVRATO‖RI THERMARVM ‖ OB INSIGNEM AMO‖REM SPLENDI‖DISSIMVS ORDO ‖ ET HONESTISSI‖MVS POPVLVS ‖ PATRONO PRAES‖TANTISSIMO — Neapoli. Gervasio, *Iscr. Nap.* p. 51; Mommsen, I. N. 2621.

1) Provisorem Ordinis habes n. 3766.

6994. C · BICLEIO · C · F · CAM · PRISCO ‖ OMNIBVS · HONORIBVS ‖ FVNCTO · OPTIME · DE · RE ‖ PVBLICA · TIBVRTIVM ‖ MERITO ‖ S · P · Q · T — a latere: HIC · REM · PVBLICAM ‖ TIB · EX · ASSE ‖ HEREDEM ‖ FECIT — Tibure. *Giorn. Arcad.* LVIII, 1833, p. 333; Act. Acad· Pont. Arch. VI, p. 81; vidit Brunn.

6995. PATER POSVIT ‖ C · FLAVIO POLLION ‖ FIMBRIAE · C · N · C · PRON ‖ IN · SENATVM · COOPTATO ‖ LOCO · DATO · S C · PER TABELLAM — Calibus. Mommsen, I. N. 3951, ubi v. cet. Corr. nuper Brunnius. Cf. hunc titulum Calenum nunc in R. Museo Neapolitano asservatum: PATER · POSVIT ‖ C · FLAVIO · POLLIONI ‖ AVGVRALI · C · N · C · PRON ‖ IIIIVIR · I · D · LOCO · DATO ‖ S · C · PER *t*ABELLAM — Gervasio, *Iscr. Mess.* p. 36; Mommsen, I. N. 3951, cet.

6996. M · PONTIO · M · F ‖ QVIR · FELICI ‖ SENATORI · AEDL ‖ MVNIC · SODAL ‖ ITEMQ AEDIL ‖ ET · CVRAT · SODAL ‖ MVNICIPES · ET ‖ INCOL · EX · A · C [1]) ‖ OB INNOC · ET · AD‖SIDVIT · CETERASQ ‖ ADMINISTR · EIVS ‖ POSIT · VIIII · K · IVNIAS ‖ M · ANTONIO · RVFINO ‖ S . OCTAVIO LENAT*e* ‖ CONS [2]) — Tusculi. Bull. Inst. Arch. 1835, p. 156; ipse vidi.

1) EX Aere Collato. 2) A. 131; cf. 6227.

6997. DE · SENATVS ‖ SENTENTIA ‖ EX · MVNERIBVS ‖ C FABI · C · F · PASSIENI ‖ SATVRNINI ‖ AVGVRIS · AED · LVSTR [1]) — Ibd. ad theatrum. Canina, *Tusculo*, p. 175. Vidi ipse cum Mommsenio.

1) Cf. ad 3142.

6998. . . . . PAL · LABEONI
. . . *ii viro iuri dicu*ND BIS CVRIB · SABIN

· · · · · · · · · · *co*LLEGIIS · EX · C̄ · VIROR · DECR · FEC · ·
· · · · · · · · · · INCISVM EST 7 SECVND*o* · · ·
*duovira*TV · EPVLVM · POPVLO · DED PO[I] · · · ·
· · · · *inte*R · SELECTOS · IVDIC · VIX · AN · · · · ·
· · · · · · · IO · PIISSIMO · FE · · · · · · · ·

Curibus rep., nunc in horreis Musei Vaticani, ubi vidi cum Mommsenio. Cf. ad n. 3739.

6999. PHILEROS ‖ EX · DECRETO XXX VIRVM[1]) ‖ SACELLVM · SEMONI ‖ SANCO DE SVA PECVNIA · FECIT — In vinea Nicolai Zofloli in territorio *Marini* ad muros qui dicuntur *de' Francesi.* Lapis Albanus est. Dedit mihi ectypum Rosa architectus. Bull. Inst. 1853, p. 131.

1) Ordo, ni fallor, oppidi cuiusdam parvi, fortasse Castrimoeniensium; quorum decuriones minus certe centum fuisse titulo n. 4034 probari videtur, si quidem decurionum decreta ita fieri solebant, ut non minus quam duae partes decurionum in decurionibus adessent (n. 6428). Nisi forte id ipsum huic sententiae adversatur, quod decuriones dicuntur senatores Castrimoenienses.

7000. *consc*RIPTES · COSE · [1]) T · F*I* · · · · · *praifecti* ‖ *et* · *p*RAIFECTVRA · TOT*a* · *fundi hospitium* ‖ FECERE QVOM · TI C*laudio* (?) · · · · · · ‖ *i*N · EIVS · FIDEM · OM*nes* · *nos* · *tradimus* · *et* ‖ COVENVMIS · CO*optamus eum patronum* ‖ M · CLAVDIO · M · F · · · · · · · *cos* [2]) — „Piscis aereus satis crassus, cuius apparent oculus et squama; deest prima pars capitis et pars posterior tota; postica scripta est, ut, quum piscis rectus stat, scriptura inversa conspiciatur.“ Rep. est Fundis; vidit Agnone Mommsenius, I. N. 4139; cf. eundem *Arch. Ztg.* 1846, p. 332, et Bull. Nap. III, p. 90, tab. 3, n. 20.

1) CO*n*SE*nsu*. 2) Incertum, num anni 517, an 588, 599, 602 consul indicatus sit. — Ipsum monumentum tesseram esse hospitalem docuerunt et Mommsenius et Minervinius ll. ll. — *Fundos* inter praefecturas Festus recenset, s. v. *praefecturae*; *conscriptos* autem habes Peltuini (Or. 4036), Capuae (I. N. 3629), Trebulae (n. 5454), in colonia Valeria Piceni (n. 5127), suoque iure Mommsenius notas D . C . S in titulis Casinatium (I. N. 4221. 4246) et Interamnitium Praetutianorum (n. 7124) *De Conscriptorum Sententia* interpretatus est.

7001. · · · LVI · · · · · · · · · · ‖ C · · · · · ONE · DED*nv* · · · · · ‖ SS · XX · DECVRIONIBVS · · · · ‖ POPVLARIBVS · LIBERISQVE ‖ EORVM · SS · VIII · SED · ET · POPVLO ‖ PASSIM · PECVNIAM · DISTRIBVIT ‖ LVDORVM · QVOQVE · SPECTACV‖LVM · EA · DIE · CIVIBVS · EXHIBVIT ‖ PATRONO · ABSTENENTISSIMO (sic) ‖ CIVI · PRESTANTISSIMO (sic) ‖ AMATORI CIVIVM SIMPLICISSIMO ‖ L · D · D · D — Telesiae (*Solopacae*). Mommsen, I. N. 4880.

7002. M · VTTEDIO ‖ SALLVBIANO ‖ C · PETILIO ‖ AMANDO ‖ DOMO IGVVIO VE‖TERANO LEG · XIIII ‖ GEMIN · DECVRIONI ‖ COLON SALONITAN ‖ QVAESTORI PONTIFI‖CI · PETILIA ‖ SECVNDINA ‖ CONIVX — Salonae. Lanza, *lapidi Salon.* n. LV.

7003. D · M ‖ C · IVLII · C · F · CL · HEGEMONIS ‖ ADLEC · IN · ORDIN · DECVR ‖ MISENI · VIX · AN · V · M · VI · D · VI ‖

C · IVLIVS · HEGEMON · ET ‖ CASSIA · VRBANA · FILIO ‖ DVLCISSIMO — Rep. Miseni, nunc in R. Museo Neapolitano. Mommsen, I. N. 2577.

7004. P · CELERIO · P · F · PAL ‖ AMANDO ‖ DEC · DECRETO · DEC ‖ ALLECTVS · HVNC ‖ DEC · FVNERE · PVBL ‖ EFFERENDVM · CENSVER ‖ EIQVE · HONORES · OMNE*s* ‖ ET · TVRIS · P · XX [1]) ‖ DECREVERVNT PATER ‖ HONORE · VSVS · INPENSAM ‖ REMISIT · VIX · ANN · XIIX ‖ MENSIBVS · XI · DIEBVS · VIII ‖ SCANTIA · SP · F · LANTHANVSA ‖ MATER · FECIT — Ostiis. *Giorn. Arcad.* 1828, XXXIX, p. 215. Vidit nuper Lorentzen in aedibus Vaticanis.

1) Versus postea adiunctus.

7005. L · MAMMI*o* · · · ‖ MEN · PATRI · T · · · ‖ DECV*r* MVN · · · ‖ NV*ch*ER · AL*lecto* — Herculanei. Mommsen, I. N. 2432, ubi v. ceteros.

7006. L · I · ETIVS ‖ MARVLLVS ‖ IIIIII · VIR · AVG · *e*T ‖ DECVRIO · ORNAME*ntarius* — Nemausi. Pelet, *Inscr. antiques, que renferme le Cavaedium de la porte d'Auguste*, n. 40.

7007. M INTHATIO · M · FI*l* ‖ VITALI · NEGOTIAT · VINAR*io* ‖ LVGVD · IN KANABIS · CON‖SIST · CVRATVRA · EIVSDEM ‖ CORPOR · BIS · FVNCT · ITEM · Q‖Q NAVTAE ARARE · NAVIG ‖ PATRONO · EIVSD · CORPOR*is* ‖ PATRON · EQ · R · [1]) IIIIIIVIR · VTR*i*‖CLAR · FABROR · LVGVD · CON‖SIST · CVI · ORDO · SPLENDIDIS‖SIMVS CIVITAT · ALBENSIM [2]) ‖ CONSESSVM · DEDIT ‖ NEGOTIATORES · VINAR · *lug* ‖ IN · KANAB · CONSIST · PAT*rono* ‖ OB · CVIVS · STATVAE · DED*ica*‖TIONE · SPORTVL ✕ · · · · ‖ DEDIT — Lugduni. Férussac, *Bull.* 1829, 13, p. 75; *Archives du dép. du Rhone* X, p. 147; corr. Boissieu, *Inscr. de Lyon* VI, 34, p. 209.

1) *Patrono equiti Romano* (non *equitum Romanorum*) recte mavult Mommsenius (Ann. Inst. Arch. 1853, p. 64), collato albo decurionum Canusinorum n. 3721.
2) Albam intellige Helvorum, Plin. N. H. III, 4, 5, 36.

7008. C · IVLIO · C · F · PVTEOLANO · ADLECTO · IN ‖ ORDINE DECVRION · QVI · VIXIT · ANN ‖ XVII · MENSIB · VI · DIEB · XXVII ‖ C · IVLIVS · MAXIMVS · PATER · SEDEM · AETERNAM ‖ KARISSIMI · FILI · DIS · MANIBVS · CONSECRAVIT ‖ HOC · SEPVLCRVM · SI · QVIS · VENDIDERIT · VEL ‖ ABALIENAVERIT · DARE · DEBEBIT · REIPVBLIC ‖ PVTEOLANORVM · POENAE · NOMINE · HS · XX · MIL · N — Puteolis rep., nunc in R. Museo Neapolitano. Lucignani, vetus litteratum marmor Put. eff. p. 11; Mommsen, I. N. 2519.

7009. C · IVL · C · FIL · QVIR ‖ CELSO · MAXIMIANO ‖ ADLECTO ANNORVM QVATTVOR ‖ IN AMPLISSIMVM ORDINEM ‖ AB · IMP · T · AELIO HADRIANO ‖ ANTONINO · AVG · PIO · P · P — Lugduni. *Journal des Savants* 1837, p. 662. Cf. 6929.

7010. C · PONTIO · HYGI‖NO · INFANTI · DVL‖CISSIMO · DECVRION ‖ C · COGITATVS ‖ PATER — Aeclani; vidit Guarinius in agro Mirabellano, *Ricerche eclanesi* p. 113; Mommsen, I. N. 1138.

7011. C · SILIO · EPAPHRAE · L · FELİCİ · AIORı ‖ AVGVSTALİ · HVNC · D · F · P · [1] EFFERVNDVM · CENS ‖ NERVA · FİLIVS · HONORE · VSVS · IMPENSAM · REMİSIT ‖ C · SİLIO · C · F · VOT · NERVAE · DECVRIONVM · DEC ‖ DECVRIONİ · ALLECTO · IIVIRO · ‖ SILIAE · CC · L · FAVSTAE · VXORİ ‖ L · CALPVRNIO · L · F · VOT · SATVRO · D · DECRETO ‖ AEDILİ · ALLECTO · C · SILIO · C · F · VOT · NERVAE ‖ LIBERTİS · LIBERTABVS · POSTERİSQVE · EORVM ‖ PR · SACR · VOL · FAC · D · D · D · ALLECT · [2] AED · IIVIR SILIAE · C · LIB · TRYPHAENAE ‖ VXORI PIISSIMAE LIBERTIS · LIBERTAB ‖ POSTERISQ · EORVM ‖ IN · FRONTE · P · XXXV · IN AGRO · P · XXV — A latere sinistro G littera. Rep. Ostiis, nunc Romae in vinea Pacca, ubi vidi cum Brunnio. *Giorn. Arcad.* 1828, XXXV, p. 215. Quae litteris minoribus scripta sunt, tempore posteriore adiuncta sunt.

1) *Decuriones Funere Publico.* 2) *PRaetori SACRis VOLcano FACiundis Decurioni Decreto Decurionum* ALLECTO.

7012. I O M ‖ C · SENTIVS ‖ ANiCeTVS ‖ DEC · COL · SAR · [1] ‖ PATRON · COL · FAB · ‖ PRIM · [2] ‖ MVN · SEPTIM · [3] APVL · V · S · L · M ‖ AVG · G · NNIMIANTIH ‖ · · · · IVN · LIN · XIII · DIE ‖ IOVIS [4] — Apuli. Bull. Inst. Arch. 1848, p. 179.

1) Sarmizegethusae. 2) Cf. Or. 1934, et 3846, ubi munera *primi annualis* et *quattuorviri* disiungenda esse hac inscriptione videtur confirmari. 3) Apulum a Septimio Severo municipii dignitate donatum esse ipso nomine declaratur. Postero tamen tempore denuo colonia eo deducta est; cf. n. 991. 4) Ultimi versus tres indicationem temporis continent, quam aliis relinquo enucleandam.

7013. MACELLVM · TERRAE · MOTIBVS · LAPSVM ‖ AVIONIO · IVSTINIANO · RECTORE ‖ PROVINCIAE · DISPONENTE ‖ CASTRICIVS · VIR · PRIMARIVS [1] ‖ SVMPTV · PROPRIO ‖ FIERI · CVRAVIT · CVM · SILVERIO · FILIO ‖ ACCEPTIS · COLVMNIS · ET · TEGVLIS ‖ A · REPVBLICA — Aeserniae. Mur. 469, 1; Garrucci, *St. d'Isernia* p. 84, n. 13; corr. Mommsen, I. N. 5017.

1) Cf. titulos Puteolanum n. 5037, Pisaurensem 4069, Salernitanum 3762.

7014. D · M ‖ L · IVLI · CASTRICI ‖ EQ · R · PRINCIPI ‖ CIVITATIS [1] — *Pirry* in Sardinia. Mur. 709, 3; corr. della Marmora, *Voyage* II, p. 489, n. 55. Est iam Or. 3758.

1) Cf. etiam *principales viros* Or. 4125; 6416, et *primores ordinis nostri* (Peltuinatium) *viros* Or. 4036.

7015. D · M ‖ M · PETRONIVS · M · F · ‖ STEL · MODESTVS ‖ OMNIBVS · HONORIBVS · CoN‖SVMMATVS · VIX · A · LXXXXİ — Saldis. *Journal des Savants* 1837, p. 657.

7016. L · MAECILI‖O · P · F · Q · NEPO‖TI · FL · PP · EQ · P ‖ EXORNATO ‖ OMNIBVS HO‖NORIBVS IN IIII COL ‖ FVNCTO [1] ‖ P · PACONIVS CERI‖ALIS AMICO · OPTI‖MO · ET · MERENTI

S · P · P ‖ L · D · D · D — Constantinae. Hefner, *R. Inschr. m. Bemerk. Algerien* XXXV (*Abh. d. k. baier. Akad. d. W.* V, 2).

1) Cf. n. 6592 et 6483.

7017. .... TTIO · L · F · POM ‖ ... *in* · COLONIA · OMN‖*ibus* · *mun*ERIBVS · ET · PRINCI‖*palibus* HONORIBVS · INNOC*enter* · *fu*NCTO · MVNERARIO · ‖ *egregiae* · EDITIONIS · FAMILIA*e* ‖ *gladiat*ORIAE · DECVRIONI · ET ‖ *iiiivir* · *sp*LEND*idae* · CIVITATIS ‖ *reginor*VM · IVLIENSIVM ‖ *ob animu*M EIVS ONORIFIC ‖ *in nos coll*. BENERIS[1]) PATRONo ‖ *opti*MO — Grumenti. Mommsen, I. N. 328.

1) Collegium Veneris.

7018. C · AMARFIO ·[1]) Q · FILIO ‖ SATVRNINO · VETERANO · AVGG · NN · EX · LEGIONE · ‖ SECVNDA · PARTHICA · *de*CVRIONI[2]) ‖ ET OMNIBVS · HONORIBVS · FVNCTO ‖ PATRI · ET · AVO · DECVRIONVM · PATRO‖NO · OB · EXSIMIAM · ADFECTIONEM ‖ TAM · IN · SINGVLOS · QVAM · IN · VNIVER‖SOS · CIVES · COLLEGIVM · DENDRO‖FORVM · ATQVE · FABRVM · AERE ‖ CONLATO · PATRONO · BENIGNISSI‖MO · POSVERVNT ‖ L · D · D · D — *Macchiae*, ubi Ligures Baebiani Corneliani erant. Ex apographo equitis de Agostini Garrucci, Mon. Lig. p. 30, et Mommsen, I. N. 1360.

1) Corr. M. ex CA . MARTIO apographi. 2) PARTHIC . AED . CVRIONI, Garr. minus recte.

7019. .... SERVILIO · C · F ‖ MARSO · C · I · P · C ·[1]) OB ‖ EXIMIAM EIVS ERGA ‖ SE SING · VNIVERSIQ ‖ *h*ONORIFICENTIAM ‖ DECVRIONES · AVGVS‖TALES · COLONI ‖ P · S — Salerni. Mommsen, I. N. 111.

1) *Clarissimo Iuveni Patrono Coloniae.*

7020. .... QI[1]) ‖ .... RONO ‖ ...... *decu*RIONES · PVBLICE ‖ .... *p*RIMO · EQVITI · ROMANO ‖ *po*ST · COLONIAM DEDVCTAM ‖ DECVRIONVM · CONSVLTO ‖ COLONORVMQVE · VOLVNTATE ‖ PATROCINIVM · DELATVM EST — Auximi. Eph. litt. Flor. 1752, p. 724; Zaccaria, *St. lett.* III, 666; vidi ipse.

1) Ita Zaccaria; nunc desunt.

7021. L · NAEVIO · L · F · VE ‖ FRONTONI ‖ PAT · MVN · ET ‖ COLLEGIOR ‖ COLLEGIVM ‖ FABRVM ET ‖ CENTONARIOR — *Montecchio* Piceni. Colucci, Antiqq. Pic. II, 187.

§. 5. NOMINA SVMMORVM MAGISTRATVVM IN MVNICIPIIS, COLONIIS, PRAEFECTVRIS, VICIS ET PAGIS.

N. 3775, v. 3. COS . M . V; vidit de Rossi Romae apud Arduinium. Interpretor: COn*Sularis Memoriae Viri*; cf. n. 6048.

N. 3778: male Or. CENS legendum esse suspicatus est; nam ea certe aetate censorum munus nunquam commemoratur. Num supplendum est CONS*ensu* EIVSDEM, sc. genii, ut toties *imperio* vel *ex imperio* dei alicuius in lapidibus legitur?

N. 3782: v. 1. VIRIO; v. 3. 4. C . V . PR . COS | CVR . COL . MINTVRNENSIVM . AFRIC . — Vidit nuper Brunnius, qui vocem AFRIC . litteris diversis scriptam esse affirmat. Emendatio videtur esse quadratarii, errore quarto versui pro versu tertio adiuncta.

N. 3784: v. 2. C . F . CLA; v. 8. AN; idem 5732. Miro modo in not. 1. Orellius hariolatur, quum ex clarissimo illo et simplicissimo *praefecto fabrum consularis bis* praefectum efficiat *Cosis*.

N. 3785: Praetor Puteolanus ab Or. laudatus Telesinus est *praetor duumvir*; cf. I. N. 4869 et nostros nn. 7029 seq.

N. 3786: pro *Lavinii* scr. *Lanuvii*.

N. 3788: spurius.

N. 3789: v. 1. C . PLACIDVS (num PLACIDIVS?); v. 6. pro DICT . QVOR lege EX . V . DEC . EQVO . P; v. 9. THRAC . EQVIT; v. 14. pro HS . V I. LEGAVIT; Labus apud Cardinali, *Dipl.* p. 187, n. 334.

N. 3791: notas A . P . in hoc quidem titulo vix licet explicare *Aedilicia Potestate*, quum neque IIIIvir iuri dicundo simul aedilis esse possit; neque in inscriptionibus votivis plura munera commemorari soleant.

N. 3796: not. 1. unde Odericus eumque secutus Orellius tribum suam Amentinam sumpserint, equidem nescio.

N. 3797: v. 4. pro C . T lege C . F .

N. 3798, cf. n. 6802.

N. 3800: v. 1. RESTITVTVS; versus in fine mutili. Mommsen, I. N. 2444.

N. 3801: in corona cippi: CONCESSIANI: v. 6. CVMVLATIORE; v. 7. ABVNDANTIA (sic); v. 8. OBOVE (sic), i. e. OBQVE; l. l. 2455.

N. 3802, spurius; op. cit. 18*.

N. 3804: de medicibus tuticis cf. nunc Mommsen, *Unterital. Diall.* passim.

7022. Q · POMPONIVS · Q · F || L · TVLIVS · SER · F || PRAITORES · AERE || MARTIO · EMERV— — Corae, litteris satis vetustis. Ann. Inst. Arch. 1846, p. 254.

7023. M · MEMMIVS · M · F || PR || SIGNA · BASEIS || DE SVA PECVNIA — Signiae. Bull. Inst. 1851, p. 198.

7024. L · PACONIVS · TI · F · PR || DEDICAVIT — Setiae. Op. cit. 1853, p. 86.

7025. Habemus praeterea praetores Praenestinos, Capenates, Lavinates, Ferentinates, Cumanos cet. — De praetura autem municipali ipse nuper disputavi, quum sententiam in Annall. Inst. Arch. 1846, p. 253 seqq. de praetoribus et dictatoribus enuntiatam novis argumentis confirmare ac contra Gervasium (*intorno alla iscrizione puteolana de' Luccei, osservazioni lette alla R. Accad. Ercolanese, Napoli* 1851, 4), qui miram quandam de sacra eorum indole opinionem sibi formaverat, defendere studerem, Bull. Inst. Arch. 1851, p. 186—202. Ubi quae de praetore Puteolano (p. 197) notavi, parum accurate exposita sunt; Cumanum enim eum esse fragmentis quibusdam inscriptionum gentis Lucceiae Cumis nuper erutis (*Bull. Nap. nuova serie*, I, p. 104 seq.; cf. *Münchner Gel. Anzeigen* 1853, n. 80, p. 642) satis demonstratur; cf. etiam Mommsen, I. N. in Indice V, s. v. CVMAE. — Contra praetores Castronovanos iis, quos ll. ll. recensui, addere liceat:

7026. M · PETVLCIVS · M · F || L · SATRIVS · L · F || PR || D · S · S · *f* · C — Mommsen, I. N. 6154; cf. 6153.

Beneventi vero *praetorem Cerealem iuri dicundo* (3992) summum magistratum fuisse adiuncta comprobatur quinquennalitate (3993; 3994); cf. A. W. Zumpt, Comm. epigr. p. 93, et Mommsen, I. N. in Indice XXVI, s. v. *quinquennalis*. Nota denique *praetores duumviros* Abellinates, Grumentinos, Telesinos, ex quorum numero haec exempla afferam:

7027. P . VETTIENO · P · F · GAL · · · · · ‖ PR · II · VIR ‖ C · VETTIENO · P · F · GAL · BA · · · · ‖ AED · II · VIR — Abellini. Mommsen, I. N. 1897; corr. Brunn.

7028. Q · PETTIVS · Q · F · TRO · CVRVA ‖ C · MAECIVS · C · F · OVF · PR ‖ DVO · VIR · BALNEVM · EX ‖ D · D · DE · PEQ · POB · FAC · CVR ‖ Q · PETTIVS · Q · F · PROBAVIT — Grumenti. Id. 323; cf. 313 = Grut. 248, 9, et 327 = Grut. 478.

7029. C · MINVCIVS · C · F · FAL · THERMVS · PR · II·VIR ‖ BIS · AQVAE · CVRATOR · Q II QVINQ · SIBI · ET ‖ C . MINVCIO · Q · F · FAL · PATRI ‖ PONT*i*AE · P · F · MATRI ‖ DECIMIAE · MAXSIMAE · VXORI ‖ MINVCIAE · VÍCANAE · LÍB — Telesiae. Id. 4874, ubi v. cet. Minus accurate legitur apud Or. 3265.

7030. M · VESPICIVS · C · F · POM ‖ RVFVS · PR · DVO · VIR · DE ‖ SVA · PEQ · FECIT — Ibd. id. 4879; cf. 4864—66; 4868; 4869 = Grut. 173, 4; 4875 = Mur. 617, 2.

7031. Simili modo summi magistratus Hispellatium *praetores quattuorviri* appellabantur, antequam colonia Hispellum esset deducta: L · FALIVS · L · F · TINIA ‖ CENS · PR · BIS · IIIIVIR — in eodem lapide: RVSPVLEIA · L · F ‖ RVFA — Ann. Inst. Arch. 1851, p. 11.

7032. P · PACIL*ius* · · · ZENON · LAETVS · P · F · DIC [1]) ‖ AEDIL · PRAEF · IVR · DIC · ET · SACRIS · FACIVNDIS [2]) ‖ AEDEM · FORTVNAE · ET · VICTORIAE · SVA · PEC · REF · COMMVNIVITQ — In via Nomentana, VI ab Urbe lapide. Ann. Inst. Arch. 1846, p. 265.

1) DIC*tatorem* Nomentanum habemus n. 208 et 6138. 2) Cf. ad n. 5985. — De dictatoribus Lanuvinis, Fidenatibus, Tusculanis cet. cf. epistolam meam ad Gervasium datam, quam antea laudavi; Bull. Inst. Arch. 1851, p. 199 seqq.

7033. Apud Cic. ad fam. XIII, 11, 3 legimus: *Constituendi municipii* (Arpinatium) *caussa hoc anno aedilem filium meum fieri volui et fratris filium et M. Caesium, hominem mihi maxime necessarium; is enim magistratus in nostro municipio nec alius ullus creari solet.* Hoc confirmant inscriptiones Arpinates:

A · AIGIVS · C · F ‖ L · RVNTIVS · C · F · SISIPVS ‖ M · FVFIDIVS · M · F ‖ A*i*D · DE · S · S ‖ CLOVACAS · FACIVN ‖ COER · EIDEMQVE ‖ PROBARVNT — Mommsen, I. N. 4472, ubi v. cet.; cf. 4473; 7253.

7034. Q · GAVIVS CI · · · ‖ CN · LONGID · · · ‖ CN · TILLIVS · · · ‖ *ai*D D S S IN · · · ‖ TVRRIM M · · · ‖ FVLONICA · · · ‖ ET INFERI · · · — Id. 7254.

Contra suspectus est titulus *triumvirum aed. pot* apud Or. 571. — Neque tamen soli Arpinates ternos aediles pro summis magistratibus habebant, sed eandem rei publicae formam apud Formianos et Fundanos fuisse monumentis docemur. Quamquam de illis rem minus certo constare video, quia haud pauci lapidum in Villa quam dicunt Ciceroniana asservatorum ex aliis locis eo allati sunt, tres vero aediles in uno hoc monumento commemorantur:

7035. *t*I · MESSIVS · Q · F · C · ACILIVS · M · F ‖ *c*N · MEVIVS · CN · F · AID · MVRVM ‖ ET · AREAM · CLAVDENDAM · EX ‖ SEN · SEN · FACIVNDVM · CVRAVERE ‖ *e*ISDEMQVE PROBAVERE — Formiis. Mommsen, I. N. 4102.

7036. Q · GAVIVS · Q · F · NAVTA ‖ M · GAVIVS · C · F ‖ C · BRACCIVS · C · F ‖ AED · EX · S · C · FAC · CVR ‖ EIDEMQVE · PROBARVNT — Fundis. Id. 4146; Grut. 167, 11 cet. Cf. 4147; 4148; 4150.

7037. L · RVNTIO · L · F · AEM ‖ GEMELLO ‖ AEDILI · II · QVINQ [1]) ‖ QVOD · CVRAM · MVNERIS · PVBLICI ‖ SPLENDIDE · ADMINISTRAVERIT ‖ FVNDANI · AERE · CONLATO ‖ L · D · D · D — Ibd. id. 4149; Fabr. 643, 368.

1) Summum Fundis magistratum aedilitatem fuisse addita quoque docemur quinquennalitate.

7038. Aediles tres pagi magistratus in inscriptione leguntur *Secenari* reperta, quam inter Superaequanas Mommsenius retulit, I. N. 5474: T · STATIVS · P · F · MARR ‖ T · AMMAVS · P · F · NERVA ‖ C · CAEDIVS · T · F · PANSA ‖ AED · EX · P · D · [1]) AQVAM ‖ SALIENDAM · C —

1) EX . *Pagi* . *Decreto*, M.

7039. Binos denique *aediles quinquennales* habes apud Peltuinates (Or. 4136), ita ut, quin aediles eorum summi magistratus fuerint, dubitari nequeat; cf. n. 6150 et Mommsen, I. N. 6040.

§. 6. DVVMVIRI IVRI DICVNDO.

N. 3806, not. 1. intellige: AGNIAE . L . L . (Luciorum), vel T . L . (Titi et Lucii) L*ibertae* GRATAE.

N. 3808: inscriptionem antiquissimam esse et litterarum et verborum forma satis evincitur, temereque de eius aetate Winckelmannus et Nibbyus iudicarunt, qui neglecta inscriptione, ex qua sola certum quoddam de ea iudicium ferre licebat, ad artem tantum aedificii animum adverterunt. De hac autem quam difficile sit iudicium, nemo est, qui nesciat.

N. 3809: v. 1. M . OLCONIVS; exstat in pavimento theatri minoris litteris aere incrustatis; Mommsen, I. N. 2242.

N. 3810 = 4050: Mommsenius, I. N. 2339, parvulum fragmentum titulo adiunxit: v. 1. A . VMBRICIO; v. 4. HVIC . DECVRIONES; ab initio deinde v. 5. supplevit: *et hs*, item v. 6. *in f*ORO.

N. 3811: Orellius omisit inscriptionem dextri lateris, quapropter ipsum titulum denuo afferendum esse censui (n. 6148).

N. 3812: v. 3. fortasse AVG, i. e. *Auguri*.

N. 3813: Nolanus est; v. 2. ĪI.VIR; v. 3. L . L .; v. 5. VTRISQVE . EX . DECVRION; v. 6. DECRET; v. 7. CXXX, et XXV; praeterea versus aliter divisi sunt. Mommsen, I. N. 1996.

N. 3814: v. 2. FIL; v. 4. PRAIF; v. ult. FL M (sic) . ĪIVIR . DESIG ‖ SACRIA . IVCVNDA ‖ MATER . Inscriptio est Capuana. Op. cit. 3610.

N. 3816: v. 1. pro SIBI . ET I. SILvanae; v. 2. RVFO; v. 3. FABR; v. ult. QVOQVE; ASCRIBerent. Op. cit. 1888, ubi CEN explicatur CENsori.

N. 3817, Minturnis datur a Mommsenio, I. N. 4059, ubi videsis varias lectiones.

N. 3822: v. 1. P . F . LEM; v. 3. I . D . AVGVR . D . P . S; ex codice Rigazziano Tonini, *Rimini*, p. 342, n. 28.

N. 3823: inter spurios relatus a Mommsenio, qui tamen non diiudicat, utrum fictus, an iniuria Amiterno datus sit (I. N. 882*). Mihi certe genuinus titulus est, sed errore Amiterno adscriptus.

N. 3824: v. 1. dele L . post MEN; I. N. 2351.

N. 3825: v. 1. V . F; v. ult. COLO (sic); I. N. 2232.

N. 3826: spurius.

N. 3827: Urbanum sine dubio munus.

7040. P · CLAVDIVS · C · F ‖ C · SEXTILIVS · L · F ‖ DVO · VIREI ‖ DE SEN*atus sententia* — Paesti rep. cum Or. 1818. Mommsen, I. N. 93 ex Antonini, Lucania I, 250.

7041. · · SVLPICIO · QVIRIN · C · VALG*i*O *Cos*[1]) ‖ SEX · PONTIDIO · BASSO · M · IVNIO · CELERE · IIV*ir* ‖ SEX · HELVIO · C · F · P · TITIO · FALERNO · AED ‖ P · RAMMIVS · P · L · CHRESTVS ‖ NAVIGATOR · I · O · M — in latere averso: I · O · M — Capuae. Bull. Inst. Arch. 1852, p. 138; corr. Bull. Neap. n. s. I, 1852, p. 88.

1) A. 742 = 12 a. C.

7042. M · POMPEIVS Q · F · ICSTNIS[1]) ‖ ĪIVIR · PRIMVS · DE · FAMILIA ‖ POMPEIA — Prope Baenam Lusitaniae, rep. cum aliis nonnullis eiusdem familiae lapidibus. *Revue Archéol.* I, 3, p. 177.

1) Nomen corruptum.

7043. D · M · S ‖ Q · ATILIO · Q · F ‖ CLA · SEVERO ‖ PRAEF · FABR ‖ IIVIR · SVI ‖ POPVL · CRE‖ATO — Catinae. *Effem. scientif. e lett. per la Sicilia* III, p. 139. [Vide ne sit ex spuriis titulis quibus scatent musea Catanensia. Mommsen.]

7044. De duumviris coloniarum, quattuorviris municipiorum peculiaribus brevi nuper exposuit Mommsenius, I. N. in indice n. XXVI, s. v. *duumviri*, ubi nonnullae quoque commemorantur civitates, quae licet coloniae essent, quattuorviris utebantur, aliae municipiorum nomine ornatae, sed a duumviris administratae. - - Diversam de utroque magistratu sententiam proposuit A. W. Zumpt, Comm. epigr. p. 161 seqq. Hoc constat, binos semper fuisse quattuorviros tum iuri dicundo, tum aediles, eodem fere modo in collegium quoddam coniunctos, quo octovirum nomine nonnunquam omnes civitatis cuiusdam magistratus comprehensos esse videbimus (cf. n. 7122). In municipiis autem quattuorvirum, in coloniis duumvirum titulo summos magistratus fere semper usos esse, magno exemplorum numero docemur. Cf. n. 7058 et quae ibi adnotavi.

7045. M · LVCRETIVS · DECID[1]) ‖ RVFVS · II·VIR · III · QVINQ ‖ PONTIF · TRIB · MIL ‖ Á · POPVLO · PRAEF · FAB ‖ M · DECIDIVS · PILONIVS ‖ RVFVS · REPOSVIT — Pompeiis rep., nunc in R. Museo Neap. Mommsen, I. N. 2299.

1) DECID*ianus*; cf. op. cit. 2192. 2193.

7046. D M ‖ P · VETTIO ‖ PERENNI ‖ CARNVTINO ‖ EX PROVINCIA ‖ LVGDVNENSI ‖ DVMVIRALI[1]) SACERDOT ‖ IVCVNDVS · ET ‖ HERMES · LIB ‖ F · C — Bononiae. Malvasia, M. F. p. 56 et 173; *Guida al Museo di Bologna*, p. 66; vidit Mommsen.

1) Cf. *duovirates* in lege Puteolana parieti faciundo Grut. 207, 1; Mommsen, I. N. 2458 cet. (Or. 3697), scalpri errore, ut animadvertit Mommsenius ib. p. 479, pro *duumviralibus* dictos, et II*viralicios* in albo decurionum Canusinorum Or. 3721 (cf. 7048).

7047. P · AELIO · P · FIL ‖ PHILOLOGO ‖ AVG · DECVRIONI · CAPVAE ‖ ORNATO · SENTENTIA · IIVIRAL[1]) ‖ AELIA · APHRODISIA ‖ MATER · ET · SIBI · FECIT — Capuae rep., nunc in R. Mus. Neap. Grut. 347, 3 ex Apiano 132, 3; corr. Mommsen, qui vidit, I. N. 3630.

1) Cf. n. 5280.

7048. *f*ORTVNAE ‖ *re*DVCI · AVG ‖ · · HOSTILIVS ‖ · · F · ARN · FELIX ‖ *c*ARTHAG · VET ‖ *e*X · BF · LEG · DVO‖VIRALICIVS ET ‖ PONTIFEX · MV‖NICIPII LAMBAE ‖ PATER · HOSTILI ‖ FATA · · · · · · ‖ (sequuntur vv. 6, quorum paucae litterae adhuc leguntur) — *Oued-Merouanah* Algeriae. *Mém. d. Ant. d. Fr.* XXI, p. 44.

7049. DIVO ‖ NERVAE · ‖ L · VETTIVS · ‖ L · F · SERG · ‖ CATVLVS · IIVIR ‖ I · D · EX · PECV ‖ HONOR · IIVIR ‖ SVI[1]) ‖ L · D · P · D · D — Salonae. Lanza, *lapidi Salon.* n. XXVI.

1) PECV*nia* HONOR*aria* IIVIR*atus* SVI; cf. quae in Ephem. scientiae archaeol. Bergkii 1848, n. 38, p. 302 exposui.

7050. NEPTVNO ‖ AVG ‖ Q NICANIVS ‖ Q NICANI MA‖XIMI FIL PAP ‖ HONORATVS ‖ AEDIL IIVIR ‖ STATVAM OB HO-‖NOREM IIVIR[1]) ‖ PROMISSAM ‖ IS V N AMPLI‖VS ADIETIS · · · ‖ MAMIS · · · · · ‖ MAMIS VDCCC ‖ XXXX[2]) POLLICIT ‖ DEDICAT — Calamae. *Excursions dans l'Afrique septentrionale*, app. n. 6; *Journal des Savants* 1837, p. 711; corr. *Exploration de l'Algérie*, *Archéol.* pl. 183, 2.

1) IIVIR*atus*. 2) AMPLI‖VS AD! P . . . . ‖ MAM SV . . ‖ MAM IS . . . . ‖ XXXX P ‖, Excurs. Haec verborum vestigia si cum scriptura in Exploratione Algeriae obvia contulerimus, haec fere efficitur vera lapidis lectio: AMPLI‖VS ADIEcTIS *ad legiti*‖MAM *Sum*‖MAM IS VDCCCXXXX.

7051. DO*i* · · · · · · · · · ‖ MINI*ster* · *aug* · *ex d* · *d* · *iussu* ‖ M · VES*oni marcelli iivir i* · *d* · ‖ *m* · *l*VCRE*ti* · EPIDI · FLACC*i* · *praef* · ‖ C · CAESARIS ‖ L · ALBVCI · CELSI · D · LVCRETI · VALENTIS ‖ II·VIR · V · A · S · P · P[1]) ‖ PAVLLO · FABIO · L . VITELLIO · CoS[2]) — Pompeiis. Mommsen, I. N. 2273; Avellino, Opusc. II, p. 208 cet.

1) Cf. n. 6968. Mihi certe, conferenti e. g. titulum Capuanum n. 7041, aediles hoc loco indicatos esse constat. — Ipsum autem titulum ideo potissimum hic proposui, quod in inscriptione sequenti C. Caesaris nomen abrasum esse inde apparet:

7052. *pri*MVS · MESSI · FAVST || *pl*ACIDVS · VEI · FRONTONIS || A · ARELLIVS · GRAECVS || MIN · AVG · EX · D · D · IVSSV || : : : : : : : : M · VESONI · MARCELL || IIVIR · I · D || M · LVCRETI · EPIDI · FLACCI || PRAEFECTI || L · ALBVCI · D · LVCRETI · II·VIR · V · A · S · P · P || PAVLLO · FABIO · L · VITELLIO || COS [2]) — Ibd. l. l. n. 2272 cet.

2) A. 34 p. C.

§. 7. TRIVMVIRI IVRI DICVNDO. QVINQVENNALES. AEDILIC. POTEST. LOCOR. PVBLICOR. PERSEQVENDORVM. SEXVIRI I. D. CET.

Triumviri iuri dicundo num re vera civitati alicui praefuerint, magnopere equidem dubito. Quod enim primum eorum documentum ab Orellio affertur, id male exscriptum esse Mommsenius docet confirmantque cetera monumenta Interamnatium Lirinatium, quos a *quattuorviris* rectos esse scimus (I. N. 4196). Nec Vicetinorum (Or. 3829. 3830) nec Bergomatium (3831) titulos recte editos esse credo, inscriptionem autem Salonitanam (3833) parum accurate descriptam esse nemo negabit, qui ad nomina Valentino indita animum attenderit. Nec maiore sane fide dignus titulus Mediolanensis ex solis schedis a Grutero desumptus (3834). Accedit, quod et Salonitanorum et Mediolanensium ordinarii magistratus ex multis documentis satis noti sunt. Sestinatem denique titulum (3832) Urbini Borghesius inspexit ac *duumvirum* in eo legi asseverat. — De *triumviris quinquennalibus* ipse dubitavit Orellius (3839); quorum exemplum a Vincentio Campanari editum, ab illo autem laudatum male exscriptum est. Exstare dicitur *Toscanellae* et sic legi: C. VETILIVS IIIIR. I. D || IIIR. QVINQ. — Quem praeterea *triumvirum aedilicia potestate* in inscriptione Regina Orellius cum ceteris fere omnibus repperisse sibi visus est (3838), *quattuorvirum* esse scriptura codicis Waelscappliani Mommsenius comprobavit (I. N. 5); Arpinatibus autem, Fundanis, Formianis *tres* quidem *aediles* praefuisse antea vidimus (7033 seqq.), *triumviri* vero *aedilicia potestate* in uno tantum titulo quam maxime suspecto exhibentur (cf. ad n. 571). Tergestinos denique *triumviris aedilibus* usos esse, ne Labusii quidem gravissimae auctoritati concedam (*Denkschr. d. Wiener Akad.* I, p. 362, n. 26); in titulo enim Or. 3837 solus Muratorius 748, 3 ex arbitraria, ni fallor, emendatione IIIVIRVM admisit, Gudius vero (139, 3) et Donius (p. 218, 225) omisso vocabulo VIR ille quidem III, hic autem IIII scripserunt, ita ut de monumento ex solis schedis desumpto minime constet. — Restant triumviri Ariminenses (3835. 3836) monumentis firmati fide dignissimis (cf. Mur. 512, 2, corr. 677, 1 et Tonini, *Rimini* p. 375, 13; Grut. 1097, 2 = Tonini, p. 335, 11; Grut. 467, 1 = Tonini, p. 345, 32), quorum plura quidem auctoritate optima codicis Rigazziani nituntur, unum etiam diligentissimus Toninius ipse exscripsit (*Rimini*, p. 299, n. 25). Accedunt *triumviri locorum publicorum persequendorum* Viennae Allobrogum et Genevae obvii (3840—42). — *Seviros iuri dicundo* ipse Orellius dubitanter protulit (3843), et vix est, quod inscriptionem Cremonensem male esse exceptam, Tarvisinos vero seviros (3844) Augustales fuisse moneamus.

In singulis haec corrige:

N. 3828 Mommsenius ita fere legendum esse proposuit, I. N. 4196: HERCVLI. SACR || NOMINE || M. PROCILI || MAXIMIAN || IIII. VIR. INT||ERAMN. LIR || IVR. DICVND || M. PROCILIVS || AVGVSTALIS || PATER.

N. 3832: n. 2. 3. P. ATILI. P. F. CLV || APRI. AED. QVINQ. IIVIR; v. 4. PVB.

N. 3835: v. 1. L. FAESELLIO. L. FILIO; v. 2. pro D l. IMP; v. 3. pro PROC l. PROV; v. 5. CAMPAN; v. 7. QVINQ. FLAM; v. 8. PATRON — Tonini, *Rimini*, p. 341, n. 25, ex Cod. Rigazziano.

N. 3836: v. 1. FVRIANO; v. 2. IIVIR . QVINQ . IIVIR . I . D; v. 3. AEDIL . CVR . PONTIF; l. l. p. 337, 16.

N. 3838: v. 1. TI . BERVENVS . TI; v. 2. IIIIVIR; v. 6. HS::; v. 7. HS:; Mommsen, I. N. 5.

§. 8. QVATTVORVIRI IVRI DICVNDO.

N. 3845: fragmentum huius lapidis cum Mommsenio Corae vidi.

N. 3846: v. 3. corr. IIII; cf n. 7012.

N. 3848: fin. DEDICAT . PR . IDVS ‖ . . . . OSCIO . PACVI . . ‖ . . . . PAPIRIO . AELI . . . . ‖ COS ‖ . . OC . . . . — De Costanzo, *vita di S. Rufino*. Consul igitur est a. 223, de quo cf. Labus, *Marmi Bresciani* p. 22, qui, huius, ut videtur, tituli oblitus, Papirio ei nomen fuisse negat.

N. 3853, v. 7. OPTVMO; v. ult. PEDESTRE (sic).

N. 3854, v. 1. MAMERCIO. Ad Asculum Apulum refert Mommsen, I. N. 910.

N. 3855: v. 1. *n* . CLVVIVS . IV . F; v. 3. pro IVRI DIC ser. GAVDI; v. 5. *pute*AL . DE cet.; v. 6. IDEMQ; I. N. 2513; cf. 2514.

N. 3858: v. 2. *e*XORNATO; v. 9. REDITV, v. penult. HS . VIII . Id. n. 445.

N. 3863: male Or. pro meliore exemplo Gruteri Muratorianum dedit. Vidit nuper Furlanetto, *lap. Pat.* n. CXXVIII, qui Foro quidem Iulii lapidem exstare, ad Altinum autem eum pertinere asserit. Scr. VETTIDIVS et post SCAPT insere VALENS; deinde IVRIDI ‖ QVINQ; et v. penult. ANNOR . XX . M . IIII . D . V.

N. 3866: v. 6. pro incerto illo IN COL ex coniectura proponit *editori* Mommsen, *Epigr. Anall.* 9 (*Ber. d. Sächs. Ges. d. W.* 1850, p. 214).

7053. D · M · ‖ M · CALVIO ‖ CLEMENTI ‖ IIII·VIR · VRBI SAL ‖ M · CALVIVS ‖ SABINVS · PATRONO ‖ B · M · ET ‖ CALVIAE · IVCVN‖DISSIMAE · VXORI ‖ KARISSIMAE — Rep. prope Urbem Salviam. Colucci, *Antiqq. Picen.* XII, 164; vidit Armandius, qui misit Borghesio.

7054. L · PAPIRIVS · M · F · STEL · COGNITVS · PRAEF ‖ FABR · IIIIVIR · IVR · DIC · EX · DEC ‖ DEC · FVNERE · PVBLICO · ELATVS · EST ‖ VIX · A · XLI — Tarquiniis. Bull. Inst. Arch. 1839, p. 69.

7056. T · HERENNIVS · L · F ‖ T · HERENNIVS · T · F ‖ IIII·VIR · IVR · DIC · RES — Horologium solare Tibure rep. Op. cit. 1838, p. 107.

7057. · · · · · · · · · ‖ · · · · *pont*IF · IIII·VIR ‖ · · · _IVS · M · *f* · MARCELLVS ‖ *pont*IFEX · IIII·VIR · AEDIL · ‖ *pe*CVNIA · QVAM · PRO · ‖ *h*ONORE · DEBVERVNT · ‖ *v*IAM · PER · FORVM · PEQVARIM ‖ *e*X · D · D · STERNENDAM ‖ CVRAVERE — Aeclani. Vidit Brunn.

7058. M · PORCIVS · M · F · L · SEXTILIVS · L · F · CN · CORNELIVS · CN · F ‖ A · CORNELIVS · A · F · IIII·VIR · [1] D · D · S · F · LOC — Pompeiis, inscriptio in ara utrimque repetita. Mommsen, I. N. 2198.

1) Pompeianis duoviros iuri dicundo praefuisse constat, qui in formam collegii cum aedilibus coniuncti et nomine quattuorvirum appellati optime ostendunt, quo modo fieri potuerit, ut in coloniis praeter consuetudinem interdum quattuorviri pro duoviris reperiantur. Cf. n. 7044.

7059. D · M · ‖ C · CORNELI‖VS . TROILVS ‖ IIII·VIR · A · P · 1) IIII·VIR ‖ IVR · DIC · Q · P · P · 2) ET ‖ ALIMENTARI‖AE · VIX · ANNIS ‖ XXX · MENSIBVS ‖ V · SESTIA · PON‖TICE · FILIO · DVL‖CISSIMO · FEC — Locris. *Fata Morgana* II, 1834, n. 1; Ann. Inst. Arch. 1849, p. 238; Mommsen, I. N. 10.

1) *Aedilicia Potestate.* 2) *Quaestor Pecuniae Publicae.*

7060. HERCVLI · AVG ‖ SACRVM ‖ L · VIBIVS · SATVRNINVS ‖ IIII·VIR · AMPLIVS · AD ‖ HONORARIAM · SVM*mam* ‖ CVM HS III M 1) PROMI‖SISSET EX HS VI M 1) ‖ P S P 2) ‖ IDEMQ DEDIC — Calamae. *Excursions dans l'Afrique sept.* n. 28; melius *Exploration de l'Algérie*, *Beaux arts* vol. II, pl. 36, 4.

1) *Milia, Milibus.* 2) *Pecunia Sua Posuit*; minus bene P . S . R(*efecit*), Excurs.

7061. · · *pes*CENNIVS · Q · F · GA*llus* ‖ *iiiivi*R · I · D · PRO · CENA · IIII·VI*rali* ‖ *ge*NIO · AEDEM · PORTIC · CYL*inam* ‖ *re*FICIVND · CVRAVIT · EIDEM · P*rob* — Aeserniae. Garrucci, Mon. Lig. Baeb. p. 32, et *Storia d'Isernia* p. 72, n. 6; Mommsen, Bull. Inst. Arch. 1846, p. 182, et I. N. 5007.

§. 9. PRAEFECTI IVRI DICVNDO. PRAEFECTI QVINQVENNALITATIS CAESARVM.

N. 3868: not. 1. expl. *Primo Pilari*; not. 2. quum in pluribus inscriptionibus Auximatibus (Grut. 465, 4; 459, 9; Gud. 134, 2) notae PR, PR . I . D, PR . Q̄ . Q̄ constanter legantur, *praefecti* autem nota PRAEF indicari soleant, PR*aetores* Auximi fuisse suspicatus sum; Bull. Inst. Arch. 1851, p. 196.

N. 3869: apud Calogerà, *Raccolta* IX, p. 189, duobus versibus in fine mutilis recte titulus dispositus est.

N. 3871: v. 4. AGVONT; v. 6. ET . SIBI; MAXIMI . F; inscriptionem nexibus plenam exscr. Kellermann.

N. 3872, spurius; Mommsen, I. N. 205*.

N. 3873: titulum a Lupulo interpolatum, cuius pauca fragmenta nunc supersunt, v. apud Mommsen, I. N. 717.

N. 3874: v. 5. corr. DINDIVS; Mommsen apud Iahn, *Ficoron. Cista* p. 45.

N. 3876: titulus incipit a C . ARRIO cet.; v. 4. TVB . SAC . P . R, ita ut de vera notarum interpretatione plane constet; I. N. 4094. A Gervasio, *Iscr. de' Luccei* p. 45 recte Aquino tribuitur.

N. 3877: v. 3. corruptus esse videtur, idque Carrellae lectione a Muratorio adiuncta confirmatur; num *equiti Romano equo* PVBLIC*o*? Item v. ult. male lectum esse credo.

N. 3880: v. 4. BERNICIDIS (sic); Mommsen, I. N. 1896; cf. n. 6941.

7062. · · · · T · C · FVTIVS ‖ *pra*EF · *c*ASINAT —, et: C · FVTIO · C · F ‖ PARENTI · PRA*ef* ‖ *ca*SINAT — Alter titulus exstat S. Germani, alter in vinea prope amphitheatrum Casinatium. Mommsen, I. N. 7236. 7237; cf. 4241.

7062a. D M S ‖ C · TERENTIO ‖ C · FILIO ‖ CHARINO ‖ PR I D 1) MONTIS ‖ DIANAE TIF ‖ C · TERENTIVS ‖ HYPERCOMPVS ‖ FILIO BONO ‖ CONTRA VOTVM — In ecclesia pagi *Pontelatone* agri Caiatini. Mommsen, I. N. 3920, qui de sinceritate

tituli paullulum dubitavit: nuper tamen Gervasius lapidem re vera exstare confirmavit in *Bull. Nap. n. s.* III, n. 54, p. 31.

1) Praefectus iuri dicundo in monte Dianae Tifatinae pagum quendam constitisse satis declarat.

7063. D · M ‖ *c*LODIAE · MITVRIAE · PR · 1) CENTONIVS ‖ CONIVX ‖ PRAEF · GRAVISC · ET · TARQ · IIII·VIR · ‖ IVR · DIC · ET · DECVR ‖ B · M · F — Tarquiniis. Bull. Inst. Arch. 1835, p. 28.

1) PR*oculi* praenomen aetatem satis vetustam indicat. [Mihi male descripta magis videtur; inter antiquiores eam referre vetant litterae singulares. MOMMSEN.]

7064. · · SEPTIMIO · L · F · TRO · HEREN*niano* ‖ *i*III·VIR · QQ · PRA*e*F · MVN · FABRA*teriae* ‖ VET · CVRAT · KAL*end*AR · DECVR · OM‖NIBVS · HONORIBVS · ET · MVNERIBV*s* ‖ PERFVNCTO · IVVENES · HERCVLAN 1) ‖ DIGNISSIMO · PAT · OB · MERITA · EIVS ‖ AERE · COLLATO · POSVERVNT · OB · CVIV*s* ‖ DEDICATIONES · P · · · · · · 2) DISCVMBEN*tibus* ‖ · · · · · · · · · · · · · · · · ‖ · · · · · · · · · · · · · · DIE · NATALI ‖ · · · · · · · · · · · · · ANNI ‖ · ‖ S L · D · D · S — *Ceccani.* Act. Acad. Pont. Archaeol. VII, p. 313.

1) Cf. n. 102: *cultores Herculis Fabraterni.* 2) l. DEDICATIONEM . *Decurionib.*

7065. SENATVS · MVNICIPESQVE ‖ C · ACONIO · C · F ‖ PORRV (sic) ‖ IIII·VIR · I · D · S · C · PONTIFICI ‖ PRAEFECTO · PERPETVO 1) — Rep. Faleriis, nunc in horreis Musei Vaticani, ubi vidi cum Mommsenio; litteris magnis et pulchris. *Memorie romane* III, p. 74, n. 45.

1) Praefectus *perpetuus* et Faleriis et in universa re municipali novus est. Ex ipso tamen nomine satis constat, eum plane diversum esse a praefectis illis, qui extra ordinem fiebant, si ordinarii magistratus aut nulli erant, aut gerere non poterant (cf. Mommsen, I. N. in indice XXVI, s. v. *praefecti*). [Fortasse intellegendus est praefectus moribus sive censor, conferendusque censor perpetuus 7084. 7085. MOMMSEN.] — Praefectos quosdam ordinarios Peltuinates quoque habebant iurisdictioni praepositos, quum summum magistratum apud eos aediles obtinerent (l. l., et nn. 6150; 6514); duumviri enim vel quattuorviri in monumentis eorum non commemorantur. Praeter hos tres quoque praefecti aetatis antiquissimae, qui turres, portas, muros Luceriae refecerunt (I. N. 943), quique Gabiis praeerant praefecti Augustales (Or. 3878; 3879), a praefectis, de quibus hic agitur, distinguendi sunt. — Ad praefectos Augustales hic titulus referendus est:

7066. L · ANTISTIO · C · F ‖ VETERI · PONT · PR ‖ X·VIR · STL · IVD · Q 1) ‖ TI · CAESARIS · AVGVSTI ‖ DECVRIONES · ET · POPVLVS ‖ MÝNICIPES · GABÍNÍ ‖ PRAEFECTVRA ‖ SEX · MÁRCI · TERIS · ET · C · VÁRINÍ · CANACIS — Rep. prope Gabios, nunc in Museo Despuig in insula *Majorca.* Visconti, *Mon. Gab.* p. 11; *noticia historico-artistica de los Museos del eminentissimo señor Cardinal Despuig* cet. *por* D. Joaquin Maria Bover, *Palma*, 1846, n. 36.

7067. SEX · VALERIO ‖ SEX · F · FAB · RVFO ‖ PRAEF · I · D · Q · ET · BIVONIAE · P · FIL ‖ PRISCILLAE ‖ FVNERE · PVBLICO ‖ HONORATAE ‖ PARENTIBVS · OPTIMIS ‖ SEX ·

VALERIVS · SEX · F · FAB · PRIMVS — Basis marmorea rep. in torrenti *Mella* ad pontem *delle Grotte*, circiter III M· P. a Brixia distantem. Bull. Inst. Arch. 1831, p. 141.

7068. · · · · · · · · ADEPTVS ‖ · · · · · · · SIVS · FELICIO ‖ : : : : : [1]) M · EPIDIO · FLACCO ‖ QVINQ · M · HOLCONIO · MACRO ‖ PRAEF · I · D · [2]) L · LICINIO · C · ADIO ‖ VIR · V · A · S · P · PROC [3]) — Pompeiis. Mommsen, I. N. 2274, ubi v. cet.

1) C. Caesaris nomen credo abrasum esse; cf. n. 7051; 7052. 2) Praefectus videlicet principis quinquennalis; nec mirum quod *praef. i. d.* dicitur, quum duumviri iuri dicundo summi Pompeianorum magistratus essent, quibus anno censorio quinquennalitas conferebatur. 3) Cf. n. 6968.

7069. S · T · [1]) PESCENNIVS ‖ L · F · SER · PRAEF ‖ DRVSI · TIVIR ANN ‖ SECVND · [2]) PONT ‖ IIVIR — Antiochiae ad Pisidiam. Hamilton, *Researches* II, app. 176.

1) l. ST*atius*. 2) l. *iiviri anno secundo*. Drusus igitur duobus annis duumviratum honorarium continuavit.

7070. M · VETTIO · M · F ‖ AN · VALENTI ‖ IMP · CAESARIS · NERV ‖ TRAIANI · OPT · AVG · GER ‖ DACICI · PART · II·VIR · QVINQ ‖ PRAEF · [1]) FLAMINI · AVGVRI ‖ PATRONO · COLONIAE ‖ VICANI · VICI · AVENTIN ‖ OPTIMO · CIVI ‖ PATRONO · SVO — Arimini. Grut. 1102, 5; corr. Tonini, *Rimini*, p. 351, 40; Giorn. Arc. XXIII, p. 348.

1) i. e. *praefecto Traiani iiviri quinquennalis*.

7071. M · COMIN*io* M · *f* ‖ PAP · QVINTO · *pontif* [1]) ‖ ET · PRAEF · Q · Q · PRO ‖ ANTONINO · IMP [2]) ‖ PATR · COLL · FAB · EQ · P ‖ ORDO · COL · OB · MER ‖ IPSIVS — *Zam* Daciae, sed rep. Sarmizegethusae. Bull. Inst. Arch. 1848, p. 186.

1) Cf. Grut. 482, 1. 2) i. e. *praefectus quinquennalicius*, vel *agens vice quinquennalis imperatoris*; cf. *praef. Germanici Caesaris quinquennalicii iuris*, n. 6939.

7072. Quattuor praefectos Patavinos habemus in monumento post Murat. 571, 2; Donium V, 233; Gud. 119, 4 nuper a Furlanetto *lap. Pat.* p. 88, n. LXXXVI diligenter edito: L · CANIVS · FESTVS ‖ C · AVFIDIVS · CANDI‖DVS · C · AVILIVS · Q · F · L ‖ CERVIVS · STABILIS · PRAE‖FECTI · DEC*urio*NES ‖ CONSVLV*eru*NT · VI ‖ NONAS · MAIAS · IN · CV‖RIA · SCRIB · ADFVER · L · LAEL‖LIVS · STVPLO · Q · SATRIVS · AS‖CONIVS · PASTOR · TI · NINIVS ‖ AVGVRINVS · C · CVRTIVS ‖ STRABO · C · ACILIVS · RVFVS ‖ QVOD · PRAEFECTI · V · F · PERPER‖NAM · AMIANTVM · LO‖CVM · COLVMNAR*um* ‖ EXTRA · PORTAM · RO‖MANAM · [1]) ROGARE · · · · ‖ CLX · · PER · IIIV · · · · ‖ SINE · INIVRIA · · · ‖ M · D · · · · · · —

1) Mar. Arv. p. 344 contra fidem archetypi corr. MEDIANAM.

7073. Rara admodum *praefectorum aediliciae potestatis* mentio: M · SALVIDIENVS ‖ VETTIAN ‖ PRAEF · AED · POT ‖ MENSVR · OLEAR · · · ‖ ET SIGNVM ‖ S · · · · · · A — Brixiae. Mur. 483, 7; cf. Or. 3909.

7074. *Praefectus quattuorvir* legitur in titulo Corfiniensi n. 7171; *quattuorviri praefecti lege Petronia* in fastis Interamnatium Lirinatium, de quibus v. n. 3680. — Ad cognoscendam autem veram praefectorum indolem prae ceteris documentis fastis Venusinis, quos Capuanos plerumque dicere solent (Grut. 299, 1 et 2; Don. V, 4; Murat. 294, 1 cet.; Mommsen, I. N. 697), fastisque Interamnatibus modo laudatis utendum est.

§. 10. DVVMVIRI QVINQVENNALES CENSORIAE POTESTATIS. CENSORES MVNICIPALES.

N. 3882: v. 25. l. FORTVNAE . SVA . PECVNIA . CONSTITVIT . IDEM . AED . CERERIS cet.; Mar. I. A. 58, 5. De tota inscriptione cf. Mommsen, *Epigr. Anall.* 5 (*Ber. d. S. Ges. d. W.* 1849, p. 295).

N. 3883: Giovenazzius in schedis suis in Bibliotheca Vaticana asservatis hunc titulum in fronte ecclesiae Io. Baptistae extra oppidum Galliani exstare tradit, ut v. cl. de Rossi mihi narravit. Ibidem vidit nuper Brunnius.

N. 3888: not. 2. pro *Piae Constantis* explica *Patrono Coloniae*; not. 3. *Quaestori Pecuniae Publicae*.

N. 3890: not. 1. expl. *PrimiPilaris* TR*ibunus*.

N. 3891: Ostiensem iure credit Mommsenius, I. N. p. 486, in Indice XXXVII.

N. 3892: v. 3. SENATV; v. 5. OPPIDO; v. 10. ADQV; v. 11. CCCXↁ. Imaginem accuratissime delineatam ed. nuper Ritschelius, Monum. epigr. tria, Berolini, 1852. Ipse vidi. Not. 2. supple *la*CVM.

N. 3894, pars est inscriptionis confictae; Mommsen, I. N. 396*.

7075. Magistratus censoriis officiis fungentes temporibus antiquissimis in municipiis quoque *censores* appellabantur, et posteriore etiam aetate in nonnullis civitatibus nomen illud in usu erat. Vulgaris tamen censoribus municipalibus titulus *quinquennalibus* erat. Quum enim quinto quoque anno crearentur, pleniore ab initio nomine *IIviri* (*IIIIviri*) *censoria potestate quinquennales* (cf. nn. 3882; 6446), vel *IIviri quinquennales potestate censoria* (Grut. 441, 5) dicebantur; inde, omissis modo duumviratus, modo quinquennalitatis nota, nunc *quinquennales censoria potestate* (3703; 5956), nunc *duumviri censoria potestate* (732) appellabantur, donec neglecta plane censoriae potestatis indicatione brevitatis caussa *duumviri quinquennales* vel *quinquennales* dici coepissent. Cf. Ann. Inst. Arch. 1851, p. 7 seqq. — Quinquennalem non esse magistratum proprium, sed, quibus annis summis magistratibus officiis censoriis fungendum erat, quinquennalitatis honorem eos adsumpsisse passim notavimus; cf. nn. 7026; 7039, et, quos ibi laudavi, Mommsenium I. N. Ind. XXVI s. v. et A. W. Zumptium, Comm. epigr. p. 93. Eius rei documenta certissima fastis continentur municipalibus, Interamnatibus (v. Or. 3680), Nolanis (4033), Praenestinis (7163), Venusinis (v. ad 7074), quibus adde inscriptionem Pompeianam Or. 2530, in qua Clodii cuiusdam Flacci honores ita describuntur, ut inter duumviratus primum et tertium secundo loco quinquennalitas recenseatur; cf. n. 7078. Hinc factum est, ut praeter IIviros et IIIIviros cum praetores (Or. 124) et praetores cereales iuri dicundo (Or. 3993; 3994), tum aediles (4036; 6150; 7039) quinquennalitate functos esse inveniamus. — Exemplis ab Orellio allatis pauca addere liceat:

7076. Q · ALLIO · Q · F · VEL ‖ RVFO ‖ $\overline{\text{II}}$VIR · QVINQ · ITE*rum* ‖ FLAMINI · AVGVST ‖ TRIBVNO · MILIT ‖ PRAEFECTO · FABR ‖ PRAEFECTO C*oh* — Rep. in theatro Faleriensi. Ann. Inst. Arch. 1839, p. 50.

7077. L · VEIANIO C · F · MAMMVLLAE ‖ EQVO · PVBLIC · PRAEFECT · FABR · ‖ DVOVIR · ITERVM · QVINQ ‖ D · C · [1]) PVBLICE — Ibd. l. l. p. 54.

1) *Decurionum Consensu*; cf. Mar. Arv. p. 45.

7078. · · · · · VONIO · S · · · · ‖ FAL · MVSCVLO · PONTI*fici* ‖ FLAM · DİVI · AVG · PRAEF ‖ FABR · QVAEST · II·VIR · BIS · TERT ‖ QVINQ · L · D · D · D · BRVTTIA · VIRO ‖ SVO · ET · PATRI · EIVS · DE · SVO — In R. Museo Neapol. Mommsen, I. N. 6356.

7079. M · HOLCONIO · CELERI ‖ D · V · I · D · QVINQ · DESIGNATO ‖ AVGVSTI · SACERDOTI — Pompeiis rep., nunc in R. Mus. Neap. I. N. 2235.

7079a. M · HOLCONIO · M · F · RVFO · ‖ TRIB · MIL · A · POPVL · II·VIR · I · D · $\overline{\text{V}}$ · QVINQ · ITER · ‖ AVGVSTI · CAESARIS · SACERD · ‖ PATRONO · COLONIAE — Pompeiis in basi statuae. Bull. Neap. N. S. II, p. 12.

7080. T · FLAVIVS · IVSTINVS · $\overline{\text{II}}$·VIR · Q · A*ed* · SVPER · HS $\overline{\text{XXXV}}$ ‖ QVAE · OB · HON · QVINQVENNAL · PRAESENTIA · POLLICIT ‖ REIP · INTVLIT · LACVM · A · FVNDAMENTIS · PECVNIA · SVA · FECIT ‖ SVMPTV · SVO · AQVAM · INDVXIT — *Porto-Torres* (col. Turritana) Sardiniae. Della Marmora, *Voyage* II, p. 484, 47.

7081. Quinquennales in annum factos esse praeter fastos antea laudatos hoc potissimum titulo Sorano docemur:

*laudabi*LITER FVNCTVS	TAM RVSVS (sic) SVBEVNDO MERVE*rit et statuae*
*in*CREMENTA DİGNI	HONORE CONTENTVS SVMPTVM *remiserit cum pu-*
*ma*NIFESTA SPES	BLICE DECERNERETVR · IN · E · V · Q · I · *s* · *s*
FICIANT GRATAM	Q · LICINIO GRANIANO L · MINICIO NATA*li cos* [1]) · · · · ·
QVAM INDVSTRI	SORAE · IN BASILICA · CAES · SCRIB · ADF · M · VIBI*us au-*
VAVIT ET MAGIS	CTOR · A · IVSTVLEIVS BALBVS · M TOSSIVS · MARCEL
IAM PLEBIS	LVS · C · ALBINIVS · INGENVVS · C · IVLIVS CLEMENS
NTVR · PLAC ·	QVOD · A · LVCERNIVS · DECRIANVS · L · TVLLIVS CERIALIS · $\overline{\text{II}}$
ET · TAB · AENEAM	VIR · V F · DE $\overline{\text{II}}$ · VIRO QVİNQVENN · IN PROX · ANNVM [2])
REM · P · ERGA	FIERI PLACERE · M · VIBİVM AVCTOREM MVLTA DE R · P
I · R · H · I	MERENTEM OB TAM EGREGIVM EIVS ADFECTVM *COTI*
*quod egregie de nobis inseque*NTIS AN	DIE EXCOGITANTIS QVEADMODVM [3]) COL · $\overline{\text{N}}$ BENEF*ICIS*
*ni curam antea iam splendide ad*MINISTRA	SVIS HONORET OMNIVM SVFFRAGANTIBVS *VOTIS*

1) DIAL*epidos* BA*lsamatum* AD OMNE VIT*ium Oculorum* EX *Ovo*; Lersch. — De sigillis hisce medicorum scripsit nuper A. W. Zumptius, Gerhard, *Arch. Ztg.* X, *Denkm. u. Forschungen*, p. 426 sqq.

7251. M · LVCCIVS · 7 · L ‖ PHILOCALVS ‖ MÍCROTOCISTÉS — Luceriae. Mommsen, I. N. 990.

7252. D · M ‖ QVICVMQVE ES PVERO LACRYMAS EFFVNDE VIATOR ‖ BIS TVLIT HIC SENOS PRIMAEVI GERMINIS ANNOS ‖ DELICIVMQVE FVIT DOMINI SPES GRATA PARENTVM ‖ QVOS MALE DESERVIT LONGA POST FATA DOLORI ‖ NOVERAT HIC DOCTA FABRICARE MONILIA DEXTRA ‖ ET MOLLE IN VARIAS AVRVM DISPONERE GEMMAS ‖ NOMEN ERAT PVERO

PAGVS AT NVNC FVNVS ACERBVM ‖ ET CINIS IN TVMVLIS IACET ET SINE NOMINE CORPVS ‖ QVI VIXIT ANNIS XII ‖ MENSIBVS VIII DIES XIII HORIS VIII — In exemplo Gruteri, ed. 1. Romae in bibliotheca Casanatensi asservato, exscr. a P. Christophoro de Rey in horto maiore Cartusianorum. Ded. Mommsenius; nescio, num edita sit. [Ed. Burmann anth. l. IV n. 103 aliique. MOMMSEN.]

7253. *d* · *m* ‖ TIB · IVN · EVDOXI ‖ NAVICVLAR · MAR · C · I · P · C · N · M [1]) ‖ TIB · IVN · FADIANVS ‖ IIIIIIVIR · AVG · VI · [2]) C · I · P · C · N · M ‖ COND · FERR ‖ RIPAE DEXTRAE [3]) ‖ FRATRI PIISS — Arelate. *Mém. des antiquaires de France* V, p. 242; Grut. 426, 4 ponit Narbone.

1) Cf. n. 5232. 2) Fortasse AVGVST? 3) De ferrariis Gallicis cf. Mommsen, *Epigr. Anall.* 22 (*Ber. d. S. Ges. d. W.* 1852), p. 246, et n. 6652.

7254. C · APRONIO ‖ APRONI ‖ BLANDI · FIL ‖ RAPTORI ‖ TREVERO ‖ DEC · EIVSD · CIVITATIS ‖ N̄ · ARARICO · PATRONO ‖ EIVSDEM · CORPORIS ‖ NEGOTIATORES · VINARI ‖ LVGVD · CONSISTENTES ‖ BENE · DE · SE · *mer*ENTI ‖ PATR*ono* ‖ CVIVS · STATVAE · DEDICA‖TIONE · SPORTVLAS ‖ DED · NEGOT · SING · CORP · [1]) × V — Lugduni. Férussac, *Bull.* 1829, 13, p. 75; *Archives du département du Rhône* X, p. 146.

1) NEGOT*iatoribus* SING*ulis* CORP*oratis*.

7255. L · CASSIO · HERMO‖DORO · NAVCLERO ‖ QVI · ERAT · IN · COLLEG ‖ SERAPIS · SALON · PER ‖ FRETA · PER · MARIA · TA‖IECTVS · SÆPE · PER · VND ‖ QVI · NONDEBVERAT ‖ OBITVS · REMANERE ‖ IN · AERN · SET · MECVM ‖ CONIVNX · SI · VIVERE ‖ NOLVERAS · AT · STYGA ‖ PERPETVA · VEL · RATE ‖ FVNEREA · VTINAM ‖ TECVM · COMITATA ‖ FVISSEM · VLPIA · CANDI‖DA · DOMVS · SALON · CO*i* ‖ M · P — Rep. ad castellum *Rapino* trans Aternum. Reines. XIV, 171; Spon, Misc. p. 68; Mommsen, I. N. 6106; ubi v. cet.

7256. D M ‖ ET QVIETI AETERNAE ‖ FONTI INCL TATII [1]) IIIIIIVIR ‖ AVG LVG ET NAVT ARARICO ‖ CENTONARIO LVG CONSIS‖TENT HONORATO NEGOCIA‖TOR FRVMENTARIO ‖ FONTIVS MARCELLVS LIB ‖ PATRONO PIISSIMO ET SIBI VI‖VVS POSVIT ET SVB ASCIA DEDICAV ‖ O FELIX ET HILARIS VIVAS QVI ‖ LEGERIS ET MANIBVS MEIS BE‖NE OPTAVERIS Lugduni. Caumont, *Bull. monum.* 2e *série*, t. II, p. 254.

1) Cognomen corruptum.

7257. AVRELI ‖ FLAVI · NEG‖OTIANTIS ‖ NATIONE ‖ SVRI · ‖ DEFVNC‖TO · ANN‖ORVM ‖ LV ‖ SIRMI ‖ ET ‖ (ad dextram tituli:) T · AVRELI ‖ APOLLO‖NIO · FRA‖TRI · EIVS ‖ CENT · COH · I ∞ ‖ DEF · SIRMI ‖ ANN XXXIII ‖ AVR · AQVI‖ILA PATER ‖ INFELICISS‖IMVS · VIVV*s* ‖ EIS FECIT · ET ‖ (sub utroque titulo:) P · LVCIANO DEDI ‖ AMICO EORVM — Cippus Salonae repertus. Lanza, *lap. Salon.* n. XXXVII.

7258. D · M ‖ MEMORIAE · SE‖CVNDI · AGRI‖COLE · NEGOTI‖ATORI · ARTIS ‖ CRETARIAE · A‖GRICOLIA · AGRIPINA (sic) · FILIA ‖ PATRI · PIENTIS‖SIMO · F · C — Wiesbaden. *Nass. Annall.* III, 3, p. 209; Steiner, I. Dan. et Rh. I, 681.

7259. IN · H · D · D ‖ M · M*e*(*u*?)SSIVS ‖ FORTVNATVS ‖ IIIIIVIR · AVG ‖ NEGOTIATOR ‖ ARTI*s* CRETA‖*ri*AE N*eg* · PAENVL ‖ *i* O *Max* · *AbEN s* ‖ DE *s*VO FECIT ‖ *fu co ii et* DEXTRO COS[1]) — In colonia Sumelocennensi. Grut. 112, 12; *Rhein. Jahrbb.* 1850, p. 64; Steiner, I. Dan. et Rh. I, 70; ex Apiano p. 462, 1 rest. nuper Mommsen, *Epigr. Anall.* 18 (*Ber. d. S. Ges. d. W.* 1852), p. 199.

1) Anno 225.

7260. D · M ‖ ET · MEMORIAE · AETERNAE ‖ M · PRIMI · SECVNDIANI · IIIIIIVIR · AVG ‖ C · C · C · AVG · LVG · CVRATOR · EIVSD · COR‖POR · NAVTAE · RHODANIC · ARARE · NA‖VIGANT · CORPORAT · INTER · FABROS ‖ TIGN · LVG · CONSIST · NEGOT · MVRIAR ‖ M · PRIMIVS · AVGVSTVS · FIL · ET · HERES · PATRI ‖ KARISSIM · PONEND · CVR · ET · SVB · ASC · DED — Lugduni. Caumont, *Bull. monumental*, 2e *série*, t. II, p. 249; Boissieu, *Inscr. de Lyon*, p. 203; Ann. 1853, p. 77.

7261. SEX · HAPARO‖NO · IVSTINO ‖ NEGOTIATO‖RI · SELLASIA‖RIO · FRATRES ‖ FAC · CVR — Coloniae. *Rhein. Jahrbb.* XII, p. 60, n. 164.

7261a. D · M ‖ P · CAVLIO · COERANO ‖ NEGOTIATORI ‖ FERRARIARVM · ET ‖ VINARIARIAE ‖ ACIBAS · LIB ‖ PATRONO · MERENTI — Puteolis. *Bullett. Nap. N. S.* III, p. 53.

7262. IMP · CAES · M · AVRELIO ‖ ANTONINO · PIO · FELICI ‖ INVICTO · AVG · PARTH ‖ MAX · BRITANN · MAX ‖ PONT · MAX · TRIB · POT · XVI ‖ IMP · II · COS · IV · [1]) P · P · PROCOS ‖ DOMINO ‖ INDVLGENTISSIMO ‖ NEGOTIANTES ‖ VASCVLARI ‖ CONSERVATORI · SVO ‖ NVMINI · EIVS ‖ DEVOTI — Romae, in hospitio S. M. Consolationis. Cardinali, *Dipl.* n. 460.

1) A. 213.

7263. C · PORTVMIVS[1]) ‖ C · L · HELENVS ‖ CALPVRNIA · ANAPAVMA ‖ NVGARI · DE · BASILICA ‖ ANTONIARVM ‖ DVARVM[2]) — Romae, in columbario ad portam D. Sebastiani nuper effosso. Ded. Canina; ipse non vidi.

1) Ita C.; erit POSTVMIVS. 2) Basilica mihi certe ignota.

7264. POSTVMIVM · PROCVLVM AED ‖ OFFECTORES · ROG — Pompeiis. *Bull. Nap.* II, p. 6.

1) Cf. Fest. s. v. *infectores* et s. v. *offectores*.

7265. L · ALLENIVS ‖ L · F · ROM · VESPA ‖ PECTINATOR — Ateste. Furlanetto, *lap. Pat.* p. 210, n. CCVI.

7266. TITIA · EVTICHIA ‖ VIVA · FECIT · SIBI · ET ‖ L · MAISIO · L · F · MODESTO ‖ FILIO · ANN · XVIII ‖ VACINIAE ·

VERAE ‖ FIL · ANN · VII ‖ L · MAISIO · TERENTINO ‖ FABRO · PECTINOR (sic) ‖ CONIVGI · DVLCISSIM — Polae. *Istria* I, p. 104.

7267. EST · HOC · MONIMENTVM · MARCEI · VERGILEI · EVRYSACIS · PISTORIS · REDEMPTORIS · APPARET [1]) — Romae, in sepulcro ad Portam Maiorem. Bull. Inst. Arch. 1838, p. 165 seqq.; Ann. Inst. Arch. 1838, p. 231.

1) APPARET*orum*, Borghesius. Contra Forchhammerus et Jahnius verbum *apparet* esse volunt, quod varie interpretati sunt: II. II. — Ad idem sepulcrum pertinet haec inscriptio:

7268. FVIT ATISTIA VXOR MIHEI ‖ FEMINA OPITVMA VEIXSIT ‖ QVOIVS CORPORIS RELIQVIAE ‖ QVOD SVPERANT SVNT IN ‖ HOC PANARIO — II. II.

7269. DVLCIS ‖ · · · *l*ATET HOC · AMEMONE SEPVLCHRO ‖ · · · · *p*ATRIAE POPINARIA · NOTA ‖ · · · · TI TIBVR CELEBRARE · SOLEBANT ‖ · · · · ᐱM · DEVS · ABSTVLIT · ILLI · ‖ *anim*AM · LVX · ALMA · RECEPIT · ‖ · · · · · · MVS CONIVGI SANCTAE ‖ · · · · · · · · · *se*MPER · IN · AEVOM — Tibure. Viola, *Tivoli nel Decennio* cet. p. 73; vidi ipse.

7270. C · IVLIO · SIMPLICIO · IIIIIIVIR ‖ AVGVSTALI · *Causar*VM · PRAGMATICO [1]) ‖ CRESCENTIA · REGINA ‖ OB · MERITA · EIVS ‖ F · C — Mogontiaci. Steiner, I. Rh. 441; I. Dan. et Rh. I, n. 323.

1) Sic rest. Borghesius, *Iscr. del Reno*, Ann. Inst. Arch. 1839, p. 134; cf. Or. 4981.

7271. M · STELLIVS · Q · *f* ‖ STEL · MARCELLVS *pu*‖RPV-RARIVS · SEX · VI*r* ‖ SIBEI · ET · MVRONIAE · · · ‖ L · PRI-MAE · VIVS (sic) · FEC*it* — Mevaniolae. Vidit Rocchi, professor Bononiensis; ded. des Vergers. Supra titulum protomae viri et mulieris et instrumenta, ut videtur, artis purpurariae repraesentata sunt.

7272. M · CLAVDIVS PRISCVS ‖ REDEMPTOR · ALACO · FVNDANI ‖ VIX ANN XXXV — Romae, in Museo Campanae. Canina, *della Speranza Vecchia e del sepolcro di Eurisace*, Romae 1837, p. 42; Mommsen, *Rhein. Mus. N. F.* VI, p. 35.

7273. D · M · S ‖ C · ALBI‖O · TORQ‖VATO · RE‖DEMTO‖RI · OPERIS ‖ C · ALBIVS ‖ TORQVAT‖VS · B · M · P — *Avezzani* in Marsis. Mommsen, I. N. 5641.

7274. M · VIPSANIO · FELICI · AGITATORI ‖ M · VIPSANIO · MAIORI · SVTORI ‖ M · VIPSANIO · SEIVLENO · SARCIN ‖ M · VIPSANIO · PRIMIGEN · MARGARIT ‖ VIPSANIA · FLORA · OLL · IIII · D · D — Romae, nunc in R. Museo Neapolitano. Grut. 340, 2; Mommsen, I. N. 6906.

7275. OLLA ‖ IVCVNDAE ‖ SARCINATR — In R. Museo Neapol. Mommsen, I. N. 6390.

7276. A · VETTIVM AED ‖ SACCARI ROG — Pompeiis, scr. in pariete. *Bull. Nap. N. S.* 1853, p. 150.

7277. M · AVRELIO · VERO ‖ CAESARI · IMP · CAESARIS ‖ TITI · AELII · HADRIANI ‖ ANTONINI · AVG · PII · P · P ‖ FILIO · SCAPHARII · QVI ‖ IVLIAE · ROMVLEAE · NE‖GOTIANTVR · D · S · P · D · D — Hispali, ad portam ecclesiae maioris. Codex vetustus v. cl. Ortii Veronensis, ex quo corrige Grut. 257, 10. 12.

7278. DIIS MANIBVS ‖ D · AVONIO ‖ THALAMO ‖ SEGMENTARIO ‖ PATRONO · BENE‖MERITO ‖ D · AVONIVS ‖ HEVRETVS · L — In vinea quadam prope D. Sebastiani ad V. Appiam sita. Ded. de Rossi.

7279. ANICIA · MATER ‖ P · ANICIVS P · L · EROS ‖ TEGLARIVS ‖ ANICIA · P · L · CRESTE (sic) ‖ DOMITIA · CN · L · ‖ FAVSTA · ANICIANA ‖ CN · DOMITIVS · CN · L · ‖ HERMIA — Rep. ad ostium Volturni, nunc in R. Museo Neap. ex parte evanidus exstat. Gud. 209, 12; Mommsen, I. N. 3539. Cf. Reines. XI, 92:

7280. IVNIAE BASILIAE ‖ HERMIA TECLARIVS ‖ OLLAM DEDIT — Romae.

7281. D M ‖ SILIO VICTORI FILIO ‖ ET · NAEBIAE AMOEBE ‖ COIVGI · ET · SILIAE · VICTORIAE ‖ FILIAE SVAE · P · SILIVS VICTOR ‖ TRITOR · ARGENTARIVS · F · S · ET · S · ‖ L · L · [1]) POSTERISQVE · EORVM — Romae, in V. Appia. Reines. XI, 97; nunc in R. Mus. Neap., ubi v. Mommsen, I. N. 6900.

1) *Fecit Sibi* ET *Suis Libertis Libertabus* cet.

7282. L · FAENIVS · L · L · ALEXANDER ‖ THVRARIVS · PVTEOLANVS ‖ VIR · OPTVMVS · VIXIT · BENE — Puteolis, in cista duorum loculorum, in quorum operculis scriptum est: SAC RVM — Mommsen, I. N. 2885.

7283. DIS · MAN ‖ L · FAENI · TELESPHOR ‖ VNGVENTARI ‖ LVGDVNENSIS ‖ ET · FAENIAE ‖ RESTITVTAE ‖ VXORI · EIVS ‖ FECIT · SERGIA ‖ TYCHE — Romae. Nov. lett. Fior. 1778, p. 439.

7284. L · LVTATIVS ‖ PACCIVS · THVRAR ‖ SIBI · ET · SELEVCO ‖ PAMPHILO · TRYPHON ‖ FILOTAE · LIBERTEIS ‖ POSTERISQVE · EORVM — C · QVINCTILIVS ‖ C · L · PAMPHILVS ‖ VNGENTARI ‖ SIBI · ET · PATRONO ‖ ET · LIBERTEIS · SVI ‖ POSTERISQVE ‖ EORVM · ET · FAVSTAE · L · NOSTRAE — Romae, in columbario ad P. Latinam effosso. Iahn, Specimen, p. 27, n. 24.

7285. L · ANICIVS · L · L ‖ FELIX ‖ VESTIARIVS ‖ TENVAR · V · A · LV — Romae, in vinea Aquariorum extra P. Latinam. P. Marchius dedit Borghesio.

7286. L · NAEVIVS AMPHIO VESTIAR ‖ A COMPITO · ALLARIO ‖ CVRIATIA · Ɔ · L · PRIMA ‖ L · NAEVIVS · FELIX · VESTIA‖RIVS — Romae in columbario prope Portam D. Sebastiani detecto. Ded. Canina; ipsi videre mihi non licuit.

CAPVT XIX.

VITA COMMVNIS.

N. 4314: cELERIS . Q . GRANI ‖ VERI . SER; Mommsen, *Epigr. Anall.* 2 (*Ber. d. S. Ges. d. W.* 1849), p. 288, I. N. 6310, 55.

N. 4323; v. ult. disiunge a titulo, ac scribe A pro ADEAT. Notas S . Q . D . L . E . N . C Rosinius, Diss. isag. I, 10, p. 63—65 interpretatus est: *SiQuis Domi Lenocinium Exerceat, Ne Conducito*, vel *Si Quis Damnatum* cet.; nuper autem Fiorellius legendum esse proposuit: *Si Quinquennium Decurrerit, Locatio Erit Nudo Consensu* (Dig. XIX, tit. II, 14); cf. Bull. Neap. N. S. n. 27, ann. II, p. 24. [Hanc interpretationem nullo modo admitti posse iuris peritorum nemo negabit. Mommsen.]

N. 4327. not. 1. pessime *praetorem provinciae* Or. putat ibi commemoratum esse, oblitus praetores imperatorum aetate provinciis nunquam praefuisse.

N. 4342: TITI . FIL . II?

N. 4344: not. 1. *Primi Pilaris.*

N. 4346: spurius; Mommsen, I. N. 803*.

N. 4347: v. ult. PRAEF . VRB . C . V, Fabr. 528, 380. Praefectus urbi fuit circa a. 240; Borghesi, *lapide Gruteriana* p. 18—25 (Actt. Acad. Taur. vol. XXXVIII).

N. 4348: v. 1. N . ARCAEVS; Mommsen, I. N. 2195.

7287. HIC HABITAT ‖ NIHIL INTERET MALI — Iuvavi. Bull. Inst. Arch. 1841, p. 125.

7288. QVOI PERNA COCTA EST SI CONVIVAE ADPONITVR ‖ NON GVSTAT PERNAM LINGIT OLLAM AVT CACCABVM — Pompeiis, scr. in pariete domus. Wordsworth, Inscr. Pomp. p. 23.

7289. PYRRHVS GETAE (?) ‖ CONLEGAE SAL ‖ MOLESTE FERO QVOD ‖ AVDIVI TE MORTVOM ‖ ITAQVE VALE — Ibd. item. Op. cit. p. 16.

7290. COSMVS NEQVITIAEST ‖ MAGNVSSIMAE — Ibd. p. 17. [Male lecta haec. Mommsen.]

7291. ZETEMA ‖ MVLIER FEREBAT FILIVM SIMVLEM SVI ‖ NEC MEVS EST NEC MI SIMILAT SED VELLEM ESSET MEVS ‖ ET EGO VOLEBAM VT MEVS ESSET — Ibd. p. 17.

7292. SCRIBENTI MI DICTAT AMOR MOSTRATQE (sic) CVPIDO ‖ AH PEREAM SINE TE SI DEVS ESSE VELIM — Ibd. p. 19.

7293. LISTACIDIAE QVEM NON CENO [1]) ‖ BARBARVS ILLE MIHI EST — Ibd. p. 13.

1) i. e. *qui ad coenam me non invitat*, W. [Lege: *N. Istacidi! At quem* sq. Mommsen.]

Ex dissertatione de inscriptionibus Veneris Pompeianae a Mommsenio in Museo Rhenano N. S. VII, p. 457 seqq. publicata haec proponere placet:

7294. CANDIDA ME DOCVIT NIGRAS || ODISSE PVELLAS — In eodem versu: ODERIS SET ITERAS NON INVITVS — Infra: SCRIPSIT VENVS FISICA POMPEIANA — Pompeiis, in atrio aedium privatarum; l. l. n. 1; Bull. Nap. IV, p. 6 et 91, minus bene. Inter vv. 2 et 3 ab eadem manu AMABIT, quod initium esse M. credit versus cuiusdam non terminati.

7295. AGATO HIIRIINNI SIIRVS ROGAT VIINIIRII — infra alia manu: VT PIIRIAT ROGO — l. l. n. 3.

7296. PRESTA · MI · SINCERV · SIC · TE AMET · QVE · CVSTODIT · ORTV (sic) · VENVS — In amphora Pompeiis rep., nunc in R. Mus. Neap. l. l. n. 6.

7297. QVICQVIS AMAT VENIAT BENERI VOLO FRANGERE COSTAS || FVSTIBVS ET LVMBOS DEBILITARE DEA*e* || SI POTEST ILLA MIHI TENERVM *p*ERTVNDERE PECTVS || QVIT EGO NON POSSIM CAPVT DEAE (?) FRANGERE — Olim in basilica Pompeiana, nunc in R. Mus. Neap.; l. l. n. 7.

7298. PVSIVA MVLIITI TII AMANT || TII VNICI CIITIS [1]) || AMAVIT — Pompeii; l. l. p. 462.

1) M. *unice Celer*, vel simile aliquid.

7299. SABINII CALOS HERMIIROS TII AMAT — Ibd. l. l.

7300. A D XI · K · DECEMBR · A XV || EPAFRA · ACVTVS · AVCTVS || AD LOCVM DVXSERVNT || MVLIEREM · TYCHEN · PRETIVM (?) IN SINGVLOS · A · [1]) V || M · MESSALLA · L · LENTVLO · COS [2]) — Pompeiis, in vico theatri. Ded. Mommsen.

1) *Asses.* 2) A. U. 751, 3 a. C.

7301. VRNA VINARIA PERIIT DE TABERNA || SEI EAM QVIS RETVLERIT || DABVNTVR || HS LXV SEI FVREM || QVI ABDVXERIT [1]) || DABITVR DVPLVM || A VARIO — Ibd. Wordsworth, Inscr. Pomp. p. 26.

1) A*d*DVXERIT ?

7302. DVODECIM DEOS ET DEANAM ET IOVEM || OPTVMVM MAXIMVM HABEAT IRATOS || QVISQVIS HIC MIXERIT AVT CACARIT — Romae, in thermis Titi, inscriptio in pariete picta, rep. a. 1813. Fea, *scavi nel foro Trajano* cet., app. p. 44.

7303. AMIANTHVS EPAPHRA TERTIVS LVDANT || CVM HEDYSIO IVCVNDVS NOLANVS PETAT || NVMERET CITVS ET STACVS AMIANTHVS [1]) — Pompeiis, in pariete domus privatae. Wordsworth, Inscr. Pomp. p. 9.

1) Spectat ad ludum pilarum; cf. l. l. p. 12:

7304. EPAPHRA PILICREPVS || NON ES —, et:

7305. A VETTIVM · FIRMVM || AED · O · V · F · D · R · P · O · V · F · [1]) PILICREPI · FACITE —

1) *Orant Vt Faciatis Dignum Re Publica Orant Vt Faciatis* (?).

7306. L · CALIDIVS · EROTICVS || SIBI · ET · FANNIAE · VOLVPTATI · V · F || COPO COMPVTEMVS · HABES · VINI Ↄ I ·

PANE ‖ A · I · PVLMENTAR · A · II · CONVENIT · PVELL ‖ A · VIII · ET · HOC · CONVENIT · FAENVM ‖ MVLO · A · II · ISTE · MVLVS · ME · AD FACTVM ‖ DABIT [1]) — Aeserniae, nunc in R. Mus. Neap. *Bull. Nap.* VI, tab. I, n. 4, p. 91; Mommsen, I. N. 5078.

1) Infra inscriptionem puella visitur tunica manicata amicta ad virum conversa, extensis dextrae digitis computantis in modum; deinde vir indutus caracalla, quae caput tegit in apicem exiens et ad genua protenditur, qualem nunc gestant scapharii, item numerans dextrae digitis extensis; denique mulus sella rustica et capistra instructus. „*Copo computemus*", clamat viator; venit puella: *habes — asses ii.*" Respondet: „*convenit.*" Rursus illa: „*puell. a. viii.*" „*Et hoc convenit*", inquit. Tum mulier: „*faenum — a. ii.*" Denique viator pecunia soluta abiens: „*iste mulus me ad factum dabit*", i. e. feret me ad opus rusticum; cf. Mommsen, l. l.

7307. CN · MANLI · CN · ‖ L · NASTAE · IN · ‖ AGRVM · PED · XII · ‖ LAT · III · VIA · ‖ PRIVATA · INTER ‖ P · RVTILIVM — Romae, prope portam Latinam. Iahn, Specimen p. 25, n. 16.

7308. VIA · PRIVA‖TA · C · Q · LAR‖GIS · L · F · ET · C ‖ OLI · SALVI ‖ ITER · DEBET‖VR · FVNDO ‖ ENIANO · ET ‖ · · · · · · · — Rep. *Montagnanae*, nunc in Mus. Atestino. Furlanetto, *lap. Pat.* p. 106, n. XCIX.

7309. *i*TER · Q · CRITONI ‖ ITER · DEBETVR ‖ *q* · CRITONIO · Q · F · FI · · · · · · · ‖ *et* POMPONIO · SILONI ‖ NVLLI · ALI — Cippus rep. in Villa *di Fontana fredda* in collibus Euganeis, nunc in Mus. Atestino. L. l. n. C.

7310. PARIES · LATERIC ‖ COMMVNIS · SOLVM ‖ INTER · DVOS · PARIETES ‖ IVLI · CELSI — Amiterni. Vidit Brunn.

7311. HIC PARIES ‖ COMMVNIS ‖ EST INTER GE‖RIVOS CVM ‖ ILISSO CAESARIS ‖ AVG · DIOGENIA — in eodem lapide: DIOGENI ‖ CAESARIS ‖ ILISSVS ‖ DIOGENIAN ‖ FECIT — Senis Gallicis, fortasse Roma advectus. Ipse exscripsi.

7312. IVGMENTVM ET ‖ PARIES INSVPER PRI‖VATVS AEDIVM PREDI ‖ L PONTI ASTYLI ET ‖ ACILIAE THEOCRITAE — *Cusercolis*, in aedd. marchionis *del Bagno*. Vidit Rocchius; ded. des Vergers.

7313. P · SCIPIONIS ‖ ORESTIN ‖ PRIVAT — ex altero latere: COL · HERC · TE · · · ‖ P · SCIPIO · DED · · · ‖ LOC — Telesiae rep., nunc in R. Mus. Neap. Mommsen, I. N. 4849, ubi v. cet.

7314. M · RVTILIVS · SP · F · COL · NIGER ‖ EMPTOR · ADIECTIS · PARTIBVS ‖ IVRIS · Q · APPVLEI · EVTYCHI ‖ C · APPVLEIVS · Ɔ · L · DOLICVS · IN . PARTE ‖ IVRIS P · APPVLEI · FELICIS ‖ M · CASTRICIVS · MYSTICVS — Romae, rep. in vinea *Ammendola*, nunc *Molinari*, ad V. Appiam. *Giorn. Arcad.* XXVIII, 1825, p. 345. Titulus in tres columnas divisus est, in quarum tertia leguntur, quae proposui; in alteris duabus nomina exstant triginta trium virorum et mulierum, inter quae nomina Q. Appulei Eutychi et P. Appulei Felicis denuo recensentur. In fine alterius columnae

legitur: I · Q · S · S · S · H · M · PERFECER, i. e. I*i* Q*ui* S*upra* S*cripti* S*unt* H*oc* Mo*numentum* PERFECER*unt*.

7315. PRECARIO · AQVA · RECIPITVR ‖ TEGVL · LXXXX — Nolae. Reines. II, 48; Mur. 490, 8; Mommsen, I. N. 2052.

7316. L · GELLIVS · L · F · POBLICOLA · C · CAEDICIVS · C · F ‖ DVO·VIR · EX · S · C · PONDERA · ET · METRA ‖ EXAEQVARVNT · EIDEM · DE · SVA · PECVNIA ‖ PONENDA · C — In utroque latere mensae ponderariae, Minturnis rep., quae nunc in Mus. Neap. exstat. Bull. Inst. Arch. 1841, p. 170; Mommsen, I. N. 4065.

7317. TI · CLAVD CAES AVG L VITEL · ‖ III · COS[1]) EXACTA AD · N · TIC ·[2]) ‖ CVRA · AEDIL · — In manubrio staterae Herculanensis, nunc in R. Museo Neap. Mommsen, I. N. 6303, 2, ubi v. cet.

1) Excidit IV ante L; annus est 47. 2) Pro N . TIC Mommsenius N . TIC legi posse confitetur in nota, nescius tamen, quid significet. Alii voluerunt AD ArTICulum; v. Forcell. lex. ed. Furlanetto, s. v.

7318. IMP · VESP · AVG · IIX ‖ T · IMP · AVG · F · VI ·[1]) CoS ‖ EXACTA · IN · CAPITO[2]) — In manubrio staterae Herculanensis, ibidem asservatae. Id. 6303, 3, ubi v. cet.

1) A. 77. 2) Antea fuit IM . CAPITO; sed correxit scalptor.

7319. S ‖ EX · AD ‖ CAS[1]) — In pondere aereo rotundo a Sibylla Mertens-Schaffhausen Romae empto, litteris argenteis.

1) EX*actum* AD CAS*toris*, sc. aedem; cf. Fabr. p. 527, 374.

7319a. PONDVS PVBLICV — In pondere aereo rotundo litteris argenteis. In superficie plana: ⅃ L. Romae, apud Bonichium antiquarium.

CAPVT XX.

SEPVLCRALIA.

§. 1. IVRA DEORVM MANIVM s. SEPVLCRORVM. DISPOSITIONES TESTAMENTARIAE VARII GENERIS. TVTELA SEPVLCRORVM. ITVS, AMBITVS CET. VSTRINVM. H. M. H. E. N. S. RESTITVTIO SEPVLCRI. PARENTALIA. MVLTAE SEPVLCRALES. EXCEPTIONES.

N. 4351: vv. 4. 5. FOS - INTROVERS, Fabr. 84, 150 (?).

N. 4352: v. 4. DIEB . XXV; v. 7. QTI ....; v. penult. DE EA NATIS. Mommsen, I. N. 5452.

N. 4353: v. 5. MONIMENTI; dele EST; idem vidit.

N. 4354: v. 1. 2. CAN‖DIDVS; v. 2. SAMIARI . . ; v. 8. AESCINIANO; v. 10. MONIMENTO; v. 13. IN TRORVRSV; v. ult. SAMIARIS. In V. Altieria v. Kellerm. Anall. epigr. Or. p. 44.

N. 4356: not. 4. *Testamento Fieri Iussit Heres Faciendum Curavit.*

N. 4357: not. 2. VNIcuiQue; Cavedonius litteris ad me datis. Malim SING, parum recte lectum.

N. 4360: v. 1. IVLIANII . V . . . (i. e. *v. c.*); v. 5. ante N paucae litterae desunt; v. 9. REQVI . . ‖ MVS, recte suppl. Or.; v. 22. IPSV .; v. 22. 23. ET NO ‖ HABT; v. 24. POSSEDEAT; Kellerm. l. l.

N. 4370: v. 1. FIDVS; v. 3. ARRI . ALPHII; v. 8. EREQVITIONIS; v. 13. 14. SALVON ET FERCEM ES (sic); v. 18. CORVM (sic); v. 22. 23. THVMELFS (sic) MAESOLA : M . S . LI; v. 23. DOMIN; v. 26. CVANDONE; v. 27. FECRETVM (sic); v. 28. NONAS; v. 29. POLIONE; v. penult. ORDINALIS. Vidi in Mus. Kircheriano. Versus plane aliter divisi sunt.

N. 4391: v. 2. TRANSIENS dele; v. 3. MONIMENTVM; SEPVLCHRVM; v. 5. VIVVS; IVNIA; Kellerm. l. l.

N. 4405: v. 3. P . AELI; v. 4. init. IN QVIBVS; Mommsen, I. N. 2646, ubi videsis, quae varie traduntur. — Not. 1. *Cum Consilio Collocutus.*

N. 4416, not. 2. *De Proprio*; Borghesi apud Furlanetto, *lap. d'Este* p. 135, n.

N. 4428: SOLEVM ubique; Mommsen, I. N. 6916.

N. 4430: v. 5. ASBESTO; v. 11. HVNC pro *ho*C; id. 3545.

N. 4431: v. 3. LIB . ET . LIBERTAB; v. 4. H . M . S . S . cet.; id. 460.

N. 4433 = 4132, ubi vide.

7320. Inter testamenta Romanorum nobis conservata primarium locum obtinet testamentum quod dicitur Dasumii, quod quum in Annall. Inst. Arch. 1831, p. 388 seqq., Ambroschius primus publici iuris fecisset, deinde repetiit Cardinalius, *Dipl. mil.* n. 403, nuper vero egregie illustravit Rudorff, *Ztschr. f. gesch. R. W.* XII, p. 301 seqq.,

ubi videsis. Cum eiusdem supplementis dedit etiam Zell, delectus I. R. n. 1795.

7321. T · FLAVIVS · SYNTROPHVS · PRIVSQVAM · HORTVLOS · EPAGATHIANOS · DADV*chianos* · · · *ianosque* ‖ CVM · AEDIFICIO · ET · VINEIS · MACERIA CLVSIS ITA VT · [1]) INSTRVCTI · SVNT · QVI SVNT · VIA LABI*cana* · *inter* · *miliar* · *i* · *et* *ii* ‖ EVNTIBVS · AB · VRBE · PARTE · LAEVA · AD · VIAM · AITHALE · LIBERTO · SVO · MACIPIO · [2]) DARET · TEST*atus* · *est* · *se* · *in hanc condi*‖CIONEM · MANCIPARE · VT INFRASCRIPTVM · EST SI · TIBI · HORTOS · EPAGATHIANOS · DAD*uchianos* · · · *ianosque* ‖ Q · D · A · Q · S · S · S · [3]) MANCIPIO · DEDERO · VACVAMQVE · POSSESSIONEM · TRADIDERO · TVM · PER TE NO*n* · *fieri* · *factumve* · *iri* · *neque* ‖ PER · HEREDEM · [4]) TVVM · EVMVE · AD QVEM · EA · RES · Q · D · A · [5]) PERTINET · PERTINEBIT · QVOMINVS · II · HO*rti* · *aedificiumve* · *sit* · *com*‖MVNE · TIBI · CVM · CONLIBERTIS · TVIS · VTRIVSQVE · SEXVS · QVI · A ME TESTAMENTO [6]) CODICILLISV*e* · *manu missi* [6a]) *erunt* · *cum* · *queis* · *fru*‖ARIS · PARIQVE · PORTIONE · INTER · EOS · REDITVM · EIVS · CVSTODIATIS · ITA · VT · DIE · PARENTALI · *meo* · *item* · *xi* · *k* · *apr* · *die* · *viola*‖TIONIS · ITEM · XII · K . IVNIAS · DIE · ROSATIONIS · ITEM · III · K · [7]) IANVAR · DIE · NATALI · MEO · CV*m* · *mortuus* · *ero* · *tum* · *ut* ‖ QVISQVE · VESTRVM · VIVET · QVIVE EX · VOBIS · GENITI · ERVNT · AVT · A · QVO VESTRVM · QVIS · MA*numissus* · *erit* · *ad quem* · *unum* ‖ PLVRESVE · PORTIO · SIMILITER · HVIVS · LOCI · AEDIFICIIVE · PERTINEBIT · ID · EX FORMVLA · SV*pra scripta* · *dividatis* · *et* · *si* · *quis* ‖ IBI · INHABITARE · VOLVERIT · EX COMMVNI · OMNIVM · CONSENSV · MAIORISVE · PARTIS · *eorum* · *qui* · *vivent* · *id* · *ei* · *liceat* ‖ QVAE · AVTEM · MENBRA · [8]) AEDIFICII · VACABVNT · IN REDITV SINT ITA VT HVIC VOLVNTA*ti* · *meae* · *satis fiat* · *tantumque* ‖ IMPENSAE · ET · QVOD · AD TVTELAM · AEDIFICI · OPVS · ERIT · QVOD · RELIQVOM · ERIT · INTER V*os* · *dividatur* [8a]) · *et* · *sic* · *horti* · *cum aedi*‖FICIS · INSTRVMENTOQVE · OMNI · QVOD DIE MORTIS · MEAE · IBI · HABVERO · VSVI · VESTRO · *deserviant* · *quam diu* · *vivetis* ‖ QVIVE · EX VOBIS NOVISSIMVS · MORIETVR · EODEM · MODO · TESTAMENTO · SVO · *caveat* · *ut* . *heredes* · *eius* [8b]) · *quive* ‖ EX IIS · PROGNATI · ERINT · AEQVALITER · IN FAMILIAM · NOMINIS · MEI · PERMANEA*nt* · *eodemque* · *quo* · *vos* · *iure* · *sint* · *et* ‖ AB HAC · RE · PROMISSIONEQVE · DOLVS · MALVS · CVIVS · VESTRVM · DE QVIBVS · AGITVR · [9]) *absit* · *si* · *adversus* · *ea* · *f* · *erit* · *q* · *e* · *r* · *e* ‖ TANTAM PECVNIAM · DARI · ET · AMPLIVS · POENAE · NOMINE · HS · L · M · N · STIPVLATV*s* · *est* · *t* · *flavius* · *syntrophus* ‖ SPOPONDIT · T · FLAVIVS · AITHALES · LIBERTVS TVM · HORTVLOS CVM · AEDIFICIO · E*t* · [10]) *vineis* · *maceria* · *clusis* · *ita* · *ut* ‖ EMPTI SVNT ET QVAE

POSTEA IIS ACCESSERVNT MANCIPIO ACCEPIT T FLAVIVS AITHA*les · lib · de · t · flavio · syntropho · hs · n · i* · ‖ LIBRIPENDE · TI · CLAVDIO · PHILETO ANTESTATVS · EST · T · FLAVIVM · THEOPOM*pum · et · in · vacuam possessionem · horto*‖RVM Q S · S · S · EX · CAVSA · SVPRASCRIPTA · IRE · AVT · MITTERE IVSSIT · T · FLAVIVS · SY*ntrophus · t · flavium · aithalem · lib · seque* ‖ INDE EXCESSISSE · DESISSEQVE · POSSIDEREQVE · DIXIT · SALVA · VOLV*ntate · sua · si · ossa · sepulcris · quae · sunt · in illis* ‖ HORTIS · INFERRI · CONSACRARIVE · VOLVERIT[10a]) · ACT · III[11]) . . . . *cos · nomina · testium* ‖ M · CLODI · SATVRNINI · AC · ASCELII · DORIPHORI · [12]) T · FLAVI · PII · T · ST[13]) . . . . *t · flavi · theopompi · antestati · et* ‖ TI · CLAVDI · PHILE*ti*[14]) · *libripendis* — Romae, rep. extra portam Labicanam prope aquaeductum Claudii imperatoris in vinea D. Hieronymi de Lazaris. Ex exemplo in codice bibliothecae Vallicellianae a Ritschelio reperto ed. Huschkius, T. Flavii Syntrophi instrumentum donationis ineditum, Vratislaviae, 1838, 8, cuius supplementa dedi. Exiguum tituli fragmentum in Mus. Vat. asservatum, quaeque diverse a Zaratino Castellinio in lapide lecta erant, ed. Mommsenius, *Epigr. Anall.* 3 (*Ber. d. S. Ges. d. W.* 1849, p. 289).

1) VTI Cast. 2) MANCIPIO, id. 3) *Quibus De Agitur Qui Supra Scripti Sunt.* 4) HAEREDEM Cast. 5) *Qua De Agitur.* 6) QVI AMET QVI TEST cet., male Cast. 6a) [Imo *honorati* vel *nominati.* MOMMSEN.] 7) N, pro K. 8) MEMBRA. 8a) [Haec sensu carent; tu scribe: ITA VT HVIC VOLVNTA*ti parentes deducta summa* IMPENSAE ET QVOD AD TVTELAM AEDIFICI OPVS ERIT QVOD RELIQVOM ERIT INTER *Vos dividatis.* MOMMSEN.] 8b) [Debuit esse: *ut qui s. s. s.* MOMMSEN.] 9) Post AGITVR fragmentum litterae M Cast. 10) Pro E Cast. F . . . . 10a) [Supple: SALVA VOLV*ntate si qua post hunc diem* HORTIS . INFERRI . CONSACRARIVE . VOLVERINT. MOMMSEN.] 11) III . : : : S . M, Cast. 12) ASCELLI . DORYPHORI, recte id. 13) T . S . T male idem. 14) Ita recte et Cast. exhibet, et corr. Huschkius; cod. Vallic. PNTIE. — Lineolas, quibus exempli Vallicelliani auctor spatia significat, de consulto omisi; in fragmento enim Vaticano, ad priorem tituli partem pertinenti, primam earum frustra quaesiveris.

7322. L · PONTIVS ‖ PHEGEVS ‖ SIBI · ET ‖ CASTRICIAE ‖ EVTYCHIDI ‖ VXÓRI · OPTIMAE ‖ LÍBERTÍS · LIBERTÁBVSQ ‖ MEÍS · QVÓS · TABVLIS · HONÓR‖AVI · POSTERÍSQVE · EORVM — Puteolis. Mommsen, I. N. 3333.

7323. EX LOCA DVA CONCESSA ‖ MATER FECIT FILIE (sic) BENE‖MERENTISSIME QVE VIXIT ‖ ANNIS X MENSIBVS · VII · ‖ DIEBVS XVII · EX LOCA DVA CON‖CESSA · SIVE MATER SIVE PATER SVPRAPONATVR — Ostiae. *Giorn. Arcad.* XXVI, 77, p. 25; *Atti d. Accad. Pont. d. Archeol.* III, p. 345.

7324. D · M ‖ C · CLVTVRIVS FILETION ‖ SECVNDIE · VICTORIE ‖ COIVGI · DVLCISSIMAE ‖ INCONPARABILI BENE‖MERENTI · FECIT · LOCO ‖ CONCESSO AB AVRELIO ‖ AVG · LIBERTO AGAPETO ‖ ET · AB · VLPIA FESTA OPTI‖MAE · FEMINAE · ET · AB ‖ AVRELIO · AVG · LIBERTO ‖ HERMETIANO · FILIO ‖ HEORVM (sic) · QVORVM BENI‖GNITATE ET ·

PIETATE HEO‖RVM (sic) ACCEPTA PATRONOS ‖ MIHI ATQVE SIBI — Romae, in villa quondam Ammendola. Bull. Inst. Arch. 1844, p. 163.

7325. CAVIAE FORTVNATA*e* ‖ ET CAVIAE FELICVLAE ‖ CONCESSVM · A FIS*co* [1]) ‖ DONATIONIS · CAVSA A P ‖ CAVIO · RESTITVTO · EX · ASSE ‖ ET · LIBERTIS · LIBERTAB · QVA (sic) ‖ POSTERISQVE · AEORVM ‖ IN F · P · XXIIIIS · IN · A · P · XX — Ostiae. l. l. p. 164.

1) [Imo leg. AEIS et mox A . P . CAVIO. Mommsen.]

7326. Q · MVDASENVS · Q · L · EROS ‖ EMIT · DE · L · AVFIDIO ‖ APOLLONIO · IVRIS ‖ MONVMENTI — Romae, in columbario prope portam D. Sebastiani reperto. Op. cit. 1840, p. 137, 3; O. Iahn, Specimen p. 29, 8.

7327. Q · DELLIVS · Q · L

RVFIO DELLIA MERIS V · A · XIX

EMIT · DE · L · PINARIO

RVFO · QVOD · FVIT · IVRIS · L · VIRIASI ·

LALI

Ibd. Iahn, l. l. p. 42, n. 158.

7328. L · VETVRI · ZOPHRI ‖ L · PINARIVS · RVFVS ‖ DEDIT · OL · I · QVAE · FVIT ‖ L · VIRIASI · LALI — Ibd. l. l. p. 43, n. 171.

7329. L · AVFIDIVS · PHARNACES ‖ AVFIDIA · L L · SOSARIA ‖ HIC · SITI · SVNT ‖ L · AVFIDIVS · FRVCTVS ‖ EX · ROGATV · PATRONAE · FECIT — Ibd. l. l. p. 45, n. 187.

7330. L · CORNELIVS · L · L · REGILLVS ‖ OLLAM · LEGAVIT ‖ M · VALERIO · M · L · FRONTONI — Ibd. p. 35, n. 53.

7331. . . . . ‖ . . . . RVM · QVIB · CVMQ · AV‖TEM · MERENTIB · DEDI · DO‖NAVI POST DIEM OBITVS MEI ‖ VALERE VOLO AB HEREDIBVS ‖ MEIS ET NE VENEAT NE FIDV‖CIARE LICEAT NEC DE NOMINE ‖ EXIRE LICEAT SECVNDVM SEN‖TENTIAS PONTIFICVM ‖ C · C · V · V · S S — Romae, in vinea ad D. Sebastiani. Fea, *Miscell.* II, 64.

7332. C · VELLAEVS · ALBANVS ‖ SIBI · ET ‖ CLVATIAE · CN · L · THEMDƎS ‖ TAGVLLIAE · 7 · L · PROCNE ‖ SEX PVLFENNIO · RVFO ‖ IN HOC · MONIMENTO · ALI NVR · LICET ‖ NVLLI · NISI · QVORVM NOMINA · S · S — Canusii. Mommsen, I. N. 689.

7333. D M ‖ L · CAMPYLIVS LIBERALIS ‖ S*e* BIBVM FECIT · SIBI ET ‖ CAMPYLIE (sic) DOMITIAE ‖ ET · ET (sic) · LIBERTIS · EORVM ‖ ET BETO NE QVI EXTRA‖NIVS PONATV*r* — In R. Mus. Neap. Id. 6458.

7334. D M ‖ C . ANNIDIENI · MARCELLI ‖ C · ANNIDIENVS · FREQVENS · EVOC ‖ AVG PATRI PIISSIMO ET INCOMPARABILI ‖ ET · SIBI · SVISQ · LIB · LIBERTABVSQ · POSTE-

RISQ · EOR ‖ VLPIAE M LIB DMOIDI · DIS · MANIB · NE QVIS HIC VRINA ‖ FACIAT · EX VISO · NVTRICIS — Romae, in Mus. Vat. Fabr. 604, 43; Gud. Index p. 35; Kellerm. Vig. n. 201. Vidi ipse et correxi.

7335. D · M · S ‖ M · VLPIVS · AVGG · LIB · GRANIA‖NVS ET CASPERIA RVFINA FECE‖RVNT · SIBI · LIBERTIS LIBERTABVS‖QVE QVI VIXER · INTER SE · ANN · ‖ XX · SINE VLLA VILE · HOC AMPLIVS NV‖MERAVERVNT · ARKAE · SEVIR · AVGVSTALIV*m* ‖ SS ∞ ∞ M · N VT DIEBVS · NATALIS IDIB ‖ IVNIS · RVFINE S*e*VIRI · V · ET MVLIERES EORVM ‖ . . . . ‖ ET GRANIANI · KAL · IVL · EADEM NATALI AD ‖ EXEMPLVM SEMNE — Rep. in agro Romano. Visconti, Mon. Gab. p. 135.

7336. ALBINIAE ‖ VETTI · FIL ‖ VALERIANAE ‖ PVDICISS · FEMIN ‖ P · APPIVS P · F · EVTYCHES ‖ AD · CVIVS · MEMORIAM · COLENDAM · HVIC ‖ COLLEG · DENDROF · LEG · HS · C · N · DE · CVIVS · SVM‖MAE · REDDITV · QVOTANNIS · DIE · NATAL ‖ EIVS · III · ID · APRILIS · DECVR · SPORTVL ‖ EX · ✕ · CCC · INTER · PRAESENT · ARBITR · SVO · DIVID ‖ OLEVM · ET · PROPIN · [1]) EX · ✕ · CCL · [2]) PRAEBEANT · ITEM ‖ LECTISTERNIVM · TEMPORE · PARENTALIOR · EX · ✕ · CC ‖ MEMORIIS · EIVSD · VALERIANAE · ET · APPI · VALERIAN ‖ FIL · EIVS · PER · OFFIC · TESSERARIOR · QVOD·ANNIS · PONA‖TVR · ET · PARENTETVR · ITEM · CORONAE · MYRT · TERNAE ‖ ET · TEMPORE · ROSÆ · IVL · TERNAE · EIS · PONANTVR ‖ MICATAE · DE · X · SELECTIS · [3]) EX · ✕ · L · PROFVNDANTVR ‖ ITEM · APPIVS · EVTYCHIANVS · MARITVS · EIVSDEM ‖ VALERIANAE · SCHOLAE · VEXILLARIOR · LARGITVS ‖ EST · HS · XXXX · N · EX · CVIVS · SVMMAE · REDDITV · QVOD‖ANNIS · DIE · SS · NATALIS · EIVS · ANTE · STATVAM · LEC‖TIST · EX · ✕ · CCL · PONANT · SPORT · ✕ · CCL · INTR · PRAESENT ‖ SIBI · DIVID · OLEVM · ET · PROPIN · PER · ROSAM · PRAEBEANT — Comi (non Bergomi Gruf. 753, 4), Aldini, M. C. n. 100 ex apographo Labusii, de cuius diligentia quum nefas sit dubitare, ex iis, quae apud Gruterum aliter leguntur, ea tantum afferam, quae gravioris momenti esse videntur.

1) PROPIN*atio*; v. Forcell. s. v. 2) Grut. DCCL. 3) X apud Grut. deest, qui ex ingenio pro SELITIS Apiani posuit SELECTIS. Verborum sententia mihi certe obscurior.

7337. M · VOCVSIVS ‖ M · L · CRESCENS ‖ VIV · FEC · SIB · ET ‖ VOCVS · VENERIAE ‖ CONIVG · OPTIM · ‖ ET · PETRONIO ‖ VOCVSIANO · FIL ‖ MIL · LEG · III · PRAET [1]) ANN · XVIII · M · III · DIER · XIIX ‖ SI Q · HANC · AR · VENDER · ‖ AVT · EMERE · AVT · EXACIS‖CLAVER · [2]) TVNC · POEN · NOM · ‖ DABIT · REI · P · AQVIL · HS · XX · N ‖ DELATOR · QVART · ACCIP — Aquileiae. Kellerm. Vig. 300; *Nuovo raccoglitore* 1836, p. 364.

1) Corr. PARTH, K. 2) Cf. Murat. 1028, 2; 1203, 9; 1304, 7.

7338. D · M ‖ Q IVLIVS · HERMES · PATER · ET · IVLIA DIODO‖RIS MATER · Q · IVLIO CYRIONI · FILIO B · M · ‖ QVI · VIXIT · ANNIS · XVII · M · VII · D · XVII ‖ SIBI SVIS POSTERISQVE EORVM OMNI‖VM SINE DOLO MALO QVISQVIS HVNC ‖ TITVLVM · SIVE MONVMENTV · SIIVE (sic) SE‖PVLCHRVM · EST · DEASCIAVERIT · AVT · VIO‖LAVERIT VENDIDERIT · HS CC MILIA N̄ ‖ AERARIO POPVLI ROMANI DAMNAS EST- ‖ TO (sic) · DARE · HEREDI · AVTE · NECQVE · VEN‖DITORI HOC MONVMENTV SIVE SEPVL‖CHRVM · NON SEQVITVR — Ostiae. Kellerm. l. l. not.

7339. D · M · ‖ M · CIPIVS · HERMES · M · CIPIO ‖ TREPTO · FILIO · PIENTISSIMO ‖ LOCVM · HVI (sic) · SI · QVI · MANVS ‖ INTVLERIT · VIRGINEBVS (sic) · VESTALIBVS ‖ SOLVET · POENA · H · S · N · V ‖ X · X — Romae, in columbario ad p. Latinam sito. Iahn, Specimen p. 28, n. 29.

7340. QVI · VIOLAVERIT ‖ SIVE · IMMVTAVERIT ‖ DEOS · SENTIAT · IRATOS — Ostiae. l. l. n. 30.

7341. C · IVLIVS · C · L ‖ BARNAEVS ‖ OLLA EIVS SI QVI ‖ OVVIOLARIT AD ‖ IFEROS (sic) NON RECIPIA‖TVR — Romae. Calogera, *Raccolta* VII, p. 225.

7342. NE · TANGITO ‖ O · MORTALIS ‖ REVERERE ‖ MANES · DEOS — Romae, in columb. prope portam D. Sebastiani eruto. l. l. p. 44, n. 173. Eadem verba legebantur iam in inscriptione n. 4707, quam male spuriam iudicavit Maffeius, A. C. L. III, 4, p. 440.

7343. D · M ‖ C · LEPIDIO · IVCVNDO ‖ Q · V · A · III · M · II · FECIT · ‖ C · LEPIDIVS · FELIX · FILIO · ‖ PIISSIMO ‖ ET · SIBI · ET · SVIS · LIBERTIS · ‖ LIBERTABVSQVE · POSTERIS‖QVE EORVM · PRAETER · PHLE‖GVSAM · LIBERTAM · NE · EI · ‖ IN HOC MONIMENTO · ADITVS · ‖ DETVR — Neapoli, in Museo regio. Mommsen, I. N. 6570.

§. 2. DII MANES. ALIAE FORMVLAE SIMILES. SVB ASCIA DEDICAVIT.

N. 4439: v. nob. comes Conestabile mea caussa lapidem inspexit et signum inter D et M collocatum I litteram esse negavit, immo nihil significare iudicat; in v. 2 et 3 incertam dedit litteram G nominis *Magii*, quam in v. 6. clare recognovit. In fine v. 4. pro D litteram B sibi visus est distinguere, minus recte credo, et in fine v. 7. pro F legit E. Totus titulus paullo obscurior est.

N. 4455: duae inscriptiones diversae sunt, neque ad sepulcrum pertinet altera; cf. Furlanetto, *lap. pat.* n. 28 et 370.

N. 4466, not. 1. expl. *cretariae*.

7344. P · AELIVS · AVG · LIB · TITIANVS ‖ D · M · FECIT · ‖ SIBI · ET · LIB · LIBERTABVSQ ‖ POSTERISQ · EORVM ‖ ET · MISERICORDIAE — Romae, in horreis Mus. Vaticani. Vidimus Mommsen et ego.

7345. INTRA CONSAEPTVM ‖ MACERIA LOCVS ‖ DEIS MÁNIBVS ‖ CONSACRATVS — Genuae, in cavaedio aedium universitatis. Cum Borghesio communicavit Scheppig.

7346. DÍS · MANIBVS ‖ THETIDIS · VIX ‖ ANN · IX · ET CHARI‖DIS · SORORIS · VIX ‖ ANN · XV · FECIT ‖ PATER · EX · VÍSO ‖ TI · CLAVDIVS ‖ PANOPTES · ET ‖ MATER · CHARMOSYNE ‖ TV · QVÍ LEGIS · ET ‖ DVBITAS MANES ‖ ESSE · SPONSIONE ‖ FACTA · INVOCA ‖ NOS · ET · INTELLEGES ‖ ÍTEM · EVNO · NVTRICIO ‖ EARVM COLLIBERTO SVO — Romae, in Mus. Cap. Mur. 1220, 11; Guasco 262; vidi ipse.

7347. C · VTIVS C · F · LETO ‖ OCCIDIT ‖ HONESTAM VITAM VIXSIT ‖ PIVS ET SPLENDIDVS ‖ VT QVISQVE EXOPTET ‖ SE HONESTE VIVERE ‖ ARN · A · N · ↓XX — „*Atessa, contrada Fonte murato 5 m. ad oriente di Pallano.*" Ann. Inst. Arch. 1854, p. 27, n. 54.

7348. DEAE · SANCTAE · MEAE ‖ PRIMILLAE · MEDICAE ‖ L · VIBI · MELITONIS · F · ‖ VIXIT · ANNIS · XXXXIIII ‖ EX EIS · CVM · L · COCCEIO ‖ APTHORO · XXX · SINE ‖ QVERELLA · FECIT ‖ APTHORVS · CONIVG ‖ OPTIMAE · CASTAE ‖ ET · SIBI — Romae, in vinea quondam Ammendola. Fea, *Varietà*, p. 171; *Giorn. Arcad.* XIII, 1822, p. 381 seqq.

7349. DIS PARENTIBVS HVNC LAPIDEM POSVIT habes in inscriptione Romana, Donat. 431, 3.

§. 3. VARIA MORTIS, SEPVLTVRAE STATVSQVE ANIMARVM POST MORTEM NOMINA.

N. 4490: formula *pie*, *pius*, *pia vixit* in lapidibus Africanis frequentissima est, raro autem extra fines provinciae Africae reperitur.

7350. C · CATIO · C · F · MEN · BALBO ‖ OPETREIIAE (sic) · C · F · PAVLLAE ‖ HOS · DECVRIONES · FVNERE ‖ PVBLICO · DE · FORO · E · TRIBVNALI ‖ EFFERENDOS · ET · HÍC · HVMANDOS · CENS ‖ FVFÍSIAE · A · L · VIOLAE ‖ C · CATIVS · C · F · MEN · GALLVS ‖ PARENTIBVS · ET · VXORI — Beneventi. Ex apographis variorum restituit Mommsen, I. N. 1502, ubi v. cet. (Grut. 725, 7).

7351. IIII NON DEC ‖ L · LOLLIANO · AVITO · CoS [1]) ‖ THALAME · HOSIDIAE · AFRAE ‖ CVM · SVIS · CONDITE (sic) ‖ PER · TI · CL · FELICEM · SACERDO‖TEM — In R. Museo Neap. Id. 2603.

1) A. 144; cf. Borghesium in *Bull. Nap.* III, p. 98 et n. 6133.

7352. D · M ‖ CVRTIA HIC SITA EST ‖ FABIAE NATA FABIAE QVAE ‖ CEREALIS EGREGIAE GENTIS ‖ NOMEN CVRTIORVM FABIORVM ‖ COMPOSITVM TVMVLO SEMPER ‖ SVB TARTARA VIBVNT — Ostiae. *Eff. lett. di Roma* XI, 33, p. 302.

7353. M · ALLIENVS ‖ M · L · ANTIOCHVS ‖ ALLIENA · M · L · DAPHNIS · ‖ L · EIVS · IN · VNO — M · ALLIENVS ‖ ROMANVS · DECESSIT ‖ ANN · XXII · GVTTA ‖ PVELLA · DELICIVM · EIVS ‖ ANN · VII · EODEM · DIE · MORTVA ‖ VNO · ROGO · COMBVSTA · IN · VNO — N · ALLIENVS ‖ SP · F · CLV · ROMANVS ‖ VIX · ANN · XI — Romae, in columbario prope portam D. Sebastiani effosso. Iahn, Specimen, p. 48, n. 230.

7354. M [1]) ANASTASIAE ‖ FL CAESARIO ET NONIO ATTICO ‖ VV CC CONSS [2]) V KAL MARTIAS ‖ D MERCVRI L XII [3]) RECESSIT ‖ DE HAC LVCE PVELLA NOMI‖NE ANASTASIA · Q · VIXIT AN‖NOS N IIII D V ☧ — Romae, rep. in coemeterio D. Cyriaci. Sarti et Settele, de cryptis Vaticanis p. 43.

1) *Memoriae.* 2) A. 397. 3) L pro II posita esse videtur.

7355. DEPOSSIO IVNIANI PRI IDVS APRILES MARCELLINO ET PROBINO CONSS [1]) ‖ QVI BIXIT ANNIS XL IN PACE CECISSIT (sic) ET AMATOR PAVPERORVM (sic) BIXIT ‖ CVM BRGIA [2]) ANNIS · XV · BENEMERENTI BIRGINIA SVA · BICTORA [3]) ‖ BENEMERENTI FECIT AMATRIX PAVPERORVM ET OPERARIA — Romae, in Mus. Vat. Fea, Fasti n. XIII, p. XC.

1) A. 341. 2) i. e. VIRGINIA. 3) Victoria? — *Depositus* in inscriptione pagana legitur n. 6694.

7356. PRO DORMITION ‖ T AVR · SILVANVS ET ‖ VALERIA MAXIMA ‖ T AVR TELESPHORO ‖ FILIO DVLCIS ET INVETE ‖ ALVMNE F · C · R — Cortonae. Vidit Mommsen.

§. 4. VARIA SEPVLCRORVM RERVMQVE AD EA SPECTANTIVM NOMINA.

N. 4525: male Or. de *Caiae* nomine cogitat.

N. 4530: v. 6. XVI; Kellerm. apud Or. Anall. p. 44.

N. 4532: v. 2. CONPARAVIT; v. 5. deest QVE; id. l. l.

N. 4549: v. 2. V . E; v. 4. CONPARAVERVNT; v. 9. ET . HORTVLO; v. ult. IS L M.IL N sic; id. l. l.

N. 4552: non video, cur Orellio suspectus sit.

N. 4559: init. D . M; in fine: MAT ‖ VIXIT ANN . XI . ‖ M X; Kellerm. l. l. p. 45.

N. 4563: condemnant Furlanettus quoque, *lap. Pat.* n. 437, p. 359, et apud eum Borghesius, p. 147.

N. 4565: v. 2. ASCALON*e*; v. 4. EMIT; Mommsen, I. N. 2581.

7357. DEIS MANIBVS ‖ M · FVLVII M · L ‖ LEITI ‖ ARAM PECVNIA SVA ‖ DECVRIONES DOMVS ‖ PATRONI EIVS — *Magliani.* Sperandio, p. 283.

7358. P · AMBIVIVS ‖ P · FIL · QVI · HERMES ‖ ARAM · POSVIT ‖ P · AMBIVIO · P · LIBERT ‖ HERMETI · PATRI · SVO · VIXIT ‖ ANNIS · LXV ‖ ET AMBIVIAE · P · F · IVCVNDAE ‖ SORORI ‖ SVE VIX ANN XIX M VI — Romae. Vidit Braun.

7359. L · CAECILIVS · ISIO . ‖ FECIT · VIVO · SIBI ‖ ARCA ‖ HEDERACIA · IN QVA · ‖ SE · PONI · IVBET · V · A · L — Romae, in via Latina. Ded. de Rossi.

7360. ⁕ CLAVDIORVM ⁕ ‖ VNGELIO ⁕ ET IRENE ‖ CVBICVLVM MEMO‖RIAE ATQVAESIERVNT ⁕ ‖ COMMVNI INPENDIS SVIS ‖ FECERVM ⁕ T LIBERTIS LIB‖ERTABVSQVE · POSTERIS‖QVAE EORVM CAVDEN‖TIORVM — Romae, in horreis Mus. Vat. vidi ipse cum Mommsenio.

7361. CVBICVLVM · AVRELIAE · MARTINAE · CASTISSIMAE ADQVE PVDI‖CISSIMAE FEMINAE QVE FECIT IN CONIVGIO ANN · XXIII D XIIII ‖ BENEMERENTI · QVE VIXIT · ANN · XL · M · XI · D XIII · DEPOSITIO EIVS ‖ DIE · III · NONAS · OCT · NEPOTIANO · ET FACVNDO CONSS[1]) IN PACE — Romae, in Mus. Vat. Fea, Fasti n. XII, p. 89. Christianus titulus est.

1) A. 336.

7362. AETERNA · DOMVS ‖ OLYMPIORVM — Romae, in ruinis columbarii prope portam Latinam effossi. Iahn, Specimen p. 27, n. 27.

7362a. · · · · · · · · ‖ · · · · T · OR · · · · ‖ CAPVAE · FECIT ‖ MEMORIAE ‖ MORTIS ‖ SVAE — Capuae. Mommsen, I. N. 3651.

7363. L · VECILIO · VI · F · E*t* ‖ PO*l*AE · ABELES · [1]) ‖ LECTV · [2]) I · DATV ‖ · · VECILIO · L · F · ET · PLENESTE ‖ *lec*TV · I · AMPLIVS · NIHIL ‖ INVITEIS · L · C · LEVIEIS · L · F ‖ ET · QVEI · EOS · PARENTARET[3]) ‖ NE · ANTEPONAT[4]) — In sepulcro more Etrusco in rupe exsculpto prope Falerios. Bull. Inst. Arch. 1844, p. 162.

1) Sc. *nato*, more Etruscorum, qui praeter nomen patris matris quoque nomen laudare solebant. [Casus cum in titulis saepe barbare permutati reperiantur, offendat autem omissio *nati*, mihi videtur explicandum de Polla Abella, vel secundum usum recentiorem Abellia Polla coniuge L. Vecilii. Mommsen.] 2) Nota vocabulum insolitum loculos designans, quod ipsa sepulcri forma declaratur; cf. l. l. 3) Pro *parentarit*. Insolitus est accusativus cum hoc verbo coniunctus. 4) Coniunge: *amplius nihil ne anteponat*; cf. n. 4396.

7364. T · CESTIVS · T · L · PHILIPPVS ‖ CESTIA · T · L · NICA ‖ L · CESTIVS · T · L · AGATHOCLES[1]) ‖ EMIT LOCVM INMORTALEM ‖ IN · FRONT · PED · XIIII · IN AGR · PED . XXI ‖ ET · AEDIFICAVIT · SIBEI · ET · SVEIS · ET · T · V · COHERES — Zaccaria, *Stor. lett.* II, 123, ex Cardi, *Bagni di Pisa.*

1) Nota *Lucium Titi Libertum*, si fides est descriptori.

7365. VESTIBVLVM ‖ ET · AMBITVS ‖ MONVMENTI · A ‖ BATHRO CLATROR ‖ INTRA LORICAM · QV‖AE · SPECTAT · IN MERID ‖ AD VIAM MVNITAM ‖ LONG · P XXXII · LAT · P · LV ‖ ET · A BATHRO CLATROR ‖ A PARTE · DEXT · ET · SINIST ‖ ET A POST OMNIVM ‖ ANGVLOR · IIII · LAT · P ‖ QVINOS DENOS — Salonae. Lanza, *lap. Sal.* n. XXIX. Duo huius tituli exempla exstant plane similia, nisi quod versus in altero aliter divisi et aliquot voces omnibus litteris expressae sunt, quae in altero per compendium indicantur.

7366. *c · titius · h*OC · MONVMENTV ‖ *sibei · et · le*IBREIS · SOVEIS ‖ *extruxit* · ET · LEIBRAVIT ‖ *et expo*LIVIT — Diani. Exscr. et rest. Mommsen, I. N. 299.

7367. M · AEMILIVS · FLACCVS ‖ VENDIDIT · L · AVRARIO ‖ PHILAGRO · OLLAS · DVAS ‖ GRADV · TERTIO · AB · IMO — Romae, in columbario ad Portam D. Sebastiani reperto. Iahn, *Specimen* p. 39, n. 114.

7368. NEPOS · DEC ‖ PAVIMENTVM · IN ‖ OSSVARIO · ET ‖ SVBSCALARIA · D · S · P · D ‖ C · CAESARE · L · PAVLLO · COS [1]) — Romae, in pavimento musivo alius cuiusdam columbarii ibidem anno 1853 effossi.

1) A. u. c. 754.

7369. P · AMBIVIO · P · F · QVIR · FESTO · VIX · ANN · XXVI ET AMBIVIAE ‖ AGATHE · LIB · VIX · ANN · XIX · AMPHIA · AMPLIATA · MATER · FIL · CARISS ‖ TECTVM · CVM · CLAT · FERREIS D · S · P — Romae. Exscr. Braunius.

7370. M · CALEPIVS ‖ T · L · PHILIPPVS ‖ TITVLVM · POSVI ‖ VIVVS · ET · MEIS ‖ LIBERTIS · ANT — Pollentiae. Bull. Inst. Arch. 1832, p. 37.

7371. M · AMPIVS · Ɔ · L · ROMANVS ‖ OCTAVIA · Ɔ · L · OLVMPHIA (sic) ‖ HOC · MONVMENTVM · ET ‖ VSTRINVM · EX · P · XVII · MI ‖ ET · MEIS · OLLAS · VIIII — In R. Museo Neapol. Mommsen, I. N. 6410.

7372. L · LICINIVS · L · Ɔ · L . ALEXA · CVRATOR · SOCIORV*m* ‖ SECVNDVS · IS · MONVMENTVM · EX PECVNIA ‖ COLLÁTÁ · SOCIÓRVM · AEDIFICAVIT · ARBITRÁTV ‖ SVO · IDEMQVE · TECTORIA · PERFECIT · ET . IS · TRICHILINIV*m* ‖ SOCIÓRVM · EX SVÁ PECVNIÁ . OPERE · TECTORIÓ ‖ PERPOLIT · ET · AMICIS DONVM · DEDIT · ‖ ET · EX AMICÓRVM · AÉRE · COLLÁTÓ · IMAGO · EI ‖ FACTA · EST · ET · SINE · SORTE · PRIMÓ · AB SOCIS ‖ QVÁS · VELLET · OLLAE · SEXS · DATAE · SVNT ‖ EIQVE · OR · (sic) OFFICIVM · ET · MAIESTATEM · EIVS ‖ IN PERPETVOM · INMVNITAS · DATA · EST — Romae, in Mus. Cap. Fabr. 449, 59; Guasco 405; vidi ipse.

7373. In inscriptione christiana in ruderibus antiquae ecclesiae cathedralis Puteolanae reperta aedicula sepulcralis *basilica* videtur appellata esse: C · NONIVS · FLAVIANVS ‖ PLVRIMIS ANNIS ORATIONIBVS PETITVS NATVS · VIXIT ANNO VNO ‖ M · XI · IN CVIVS HONOREM BASILICA HAEC A PARENTIBVS ADQVISITA ‖ CONTECTAQVE EST REQVIEVIT IN PACE · XVIII · KAL IAN — *Bull. Napol. nuova serie*, I, p. 15, ubi cf. quae Minervinius adnotavit. Rectius vero Garruccius, l. l. p. 36 sqq. cellam quandam sive oratorium significari proposuit in ipsa illa aede cathedrali a parentibus in-

structum, in quo filius sepultus est; quam sententiam epistola quadam confirmat S. Hieronymi (t. I, p. 338, ed. Vallarsi), qui claris verbis cellas illas *basilicas* dicit.

§. 5. AFFECTVS PARENTVM ERGA LIBEROS ET LIBERVM ERGA PARENTES.

N. 4582: spurius. Mommsen, I. N. 778*.

N. 4588: v. 2. ET; v. 3. *I*VCVM CONSACRAVIT; v. 5. *u*BI; SACRVM; v. 7. *e*T NATAL . MATERNAE . F . SVE; v. 8. NC . IN OCTOB . ET PARENTAL; v. 9 seqq. VK MARTIAS RVFIS SIMIL*i* ‖ *p*ATRI . ET . SIMILI . F . ET ‖ *m*ATERNAE . . . , — Mus. Lugd. Batav. Inscr. XIV, 1; cf. p. 89.

N. 4592, genuinus videtur Furlanetto, *lap. d'Este* p. 3, n. 8; *lap. Pat.* n. 227, p. 230, quamquam ipsas litterarum formas naturamque lapidis in Museo Patavino superstitis suspicionem quandam excitare confitetur.

N. 4596: sinceritatem testatur Mommsenius, qui descripsit; I. N. 3621; v. 1. pro Q I. C; v. 3. fin. NAT; v. 6. Q . F omissum ab Or.; v. 8. XVIII.

N. 4602: ex schedis quidem Barberinianis a Fabrettio datur, neque tamen de falsitate mihi constat.

7374. D · *v* M ‖ CORNELIAE · AN‖NIANE · FILIAE · IA‖M · GARVLE (sic) · BI‖MVLE · NON · DV‖M · QVAE · VIXIT ‖ ANNO · QVINQ · M · III ‖ D · X · DVLCISSIMAE ‖ P · PARENTE*s* ‖ F · D · S — In vinea Soldinii dicta XII Apostolorum prope Marinum. Album Romanum XVII, 1850, p. 350.

7375. D · M ‖ M COCCEIO NEPOTI ‖ COCCEIA CELERINA ‖ MATER · FILIO ‖ RARISSIMI · EXEMPLI ‖ PIETATIS · ERGA SE FECIT ‖ QVI HOSPITIO · LVCIS ‖ FRVITVS · EST ‖ ANNIS · XXXVIII · M · IIII · ‖ QVEM · NON · VIRTVTIS ‖ EGENTEM · ABSTVLIT ‖ A · LVCE · ATRA · DIES · ET ‖ (in margine:) FVNERP (sic) MERSIT ACERVO — Rep. prope *Carinolam*, ad Sinuessam pertinet; nunc in R. Museo Neap. Mommsen, I. N. 4026, ubi v. cet. [Versus petiti sunt ex Vergilii Aen. 11, 27. 28 emblemate *a luce* adiecto. MOMMSEN.]

7376. D M ‖ ET AETERNAE SECV‖RITATI ‖ CARITAE SEVERAE ‖ T IVL AVGVSTALIS CON‖IVGI SANCTISSIMAE ‖ ET IVL SEVERINA MATRI ‖ KARISSIMAE QVAE VIXIT ‖ ANNIS XXXI ET [1]) QVIBVS ‖ CVM CONIVGE SVO ‖ EGIT ANNIS XV ‖ CVI VIVAE PETENTI ‖ VT RELIQVIAE SVAE ‖ CVM MATRIS ET FRATRIS CONDERENTVR ‖ OBSEQVIVM PRAESTI‖TERVNT — Lugduni. Férussac, *Bulletin* 1831, p. 17.

1) Corr. EX.

7377. D · M · S · P · LALIO · GENTIANO ‖ VICTORI · EQ · ROM · RARAE · PROBI‖TATIS · ET · SAPIENTIAE · IVVENI · P · LA‖LIVS · MODESTVS · ET · TELESINIA ‖ CRISPINILLA · PARENTES · INFELI‖CISSIMI · AC · PIENTISSIM ‖ FILIO · DVLCISSIMO · VIXIT · ANN ‖ XXI · MENS · XI · DIEB · XVIII — Telesiae. Mommsen, I. N. 4870, ubi v. cet.

7378. D · M · S · ‖ TELESINIAE · CRISPI‖NILLAE · CONIVGI · SANCTIS‖SIMAE · QVAE · OB · DESIDERIVM ‖ P · LALI · GENTIANI · VICTORIS ‖ FILI · SVI · PIISSIMI · VIVERE ‖ ABOMINAVIT · ET · POST · DIES · XV ‖ FATI · EIVS · ANIMO · DESPONDIT ‖ P · LALIVS · MODESTVS · MARITVS ‖ CVM · QVA · VIXIT · ANN · XXXVIIII · M · IIII ‖ SINE · VLLA · QVAERELLA — Ibd. l. l. 4871.

7379. D · CAECILIVS · OPTATVS · NAT ‖ PLANCO · ET · SILO (sic) · COS · 1) IIII · K · SEPT ‖ OBIT · PR · IDVS · APR · TAVRO · ET · LIBONE · *Cos* 2) ‖ VIXIT · AN · II · ET · MENS · VIII ‖ QVOD · DEBVIT · FILIVS · PARENTIBVS ‖ OFFICIVM · PRAESTARE · HVNC · NON ‖ MERITO · SED · FATO · MORS · IN‖MATVRVM · APSTVLIT · SVIS · CARISSIMVM — Romae, in vinea quondam Ammendola. *Giorn. Arcad.* XIII, 1822, p. 381; *Cardinali*, *Dipl.* n. 95.

1) Leg. SILIO . COS, i. e. a. 13 p. C. 2) a. 16.

7380. IVNIAE · M · F ‖ IVCVNDAE · M ‖ IVNIVS · M · F ‖ SVCCESSVS · ET ‖ LAELIA · L · LIB · VRSVLA ‖ INFELICISSIMI · PARENTES ‖ PIENTISSIMAE FILIAE ‖ ET · C · REFIDIVS ‖ GEMINVS · VXS ‖ VIX · AN · XVI · ME · VIII · D · DV ‖ COT (sic) · FATA · PROPOSTERA · FVERVNT ‖ DEBVIT · IN HOC TITVLO MATER ‖ ANTE LEGI ‖ P — Interpromii. Mommsen, I. N. 5341, ubi v. cet.

7381. QVOD · A · TE · MIHI · FIERI ‖ CYRILLE ‖ INIQVA · FORTVNA · INVIDET ‖ HOC · EGO · TIBI · FECI ‖ MATER · INFELICISSIMA — Romae. Cardinali, *Dipl.* n. 125.

§. 6. AFFECTVS CONIVGVM.

N. 4625: v. 1. PETVELLIVS . Q . F . FALE; v. 2. MONEMENTVM; Mommsen, I. N. 1710; vidit Ambroschius.

N. 4628: spurius Mommsenio, I. N. 340*.

N. 4629: Mommenius, I. N. 1689, Muratorii scripturam praefert, qui post GENTIAE v. 6. dedit: . . . VISS ‖ C . VALER*ius ian*VARIVS ‖ . . . . FIL . B . M . F.

N. 4645: posteriore tempore Marinius genuinum esse iudicavit; cf. Mar. *Arvali* p. 300.

N. 4648: v. 2. CVPITIAE; v. 3. CASTAE; *Revue Archéol.* III, p. 498.

N. 4658: Mommsenius, I. N. 3080, dubitat de sinceritate tituli.

N. 4663: v. penult. ET . L . LB . L . LBERT; Mommsen, I. N. 6837.

7382. DIS · MANIBVS · MEVIAE · SOPHES ‖ C · MAENIVS · CIMBER · CONIVGI ‖ SANCTISSIMAE ‖ ET · CONSERVATRICI · DESIDERIO · SPIRITVS · MEI ‖ QVAE · VIXIT · MECVM · AN · XIIX · MENSES · III · DIES · XIII ‖ QVOD · VIXI · CVM · EA · SINE · QVERELLA ‖ NAM · NVNC · QVEROR · APVT · MANES · EIVS · ET · FLAGITO ‖ DITEM · AVT · ET · ME · REDDITE · CONIVGI · MEAE · QVAE ‖ MECVM · VIXIT · TAN (sic) · CON-

CORDE · AD FATALEM · DIEM ‖ MEVIA · SOPHE · IMPETRA · SI · QVAE · SVNT · MANES · NE ‖ TAM · SCELESTVM · DISCIDIVM · EXPERISCAR · DIVTIVS ‖ HOSPES · ITA · POST · OBITVM · SIT · TIBI · TERRA · LEVIS · VT · TV ‖ HIC · NIHIL · LAESERIS · AVT · SIQVIS · LAESERIT · NEC · SVPERIS ‖ COMPROBETVR · NEC · INFERI · RECIPIANT · ET · SIT · EI · TERRA · GRAVIS — Romae, rep. in Vinea quondam *Ammendola*. Fea, *Varietà* p. 174; Cardinali, *Dipl.* n. 51; vidi ipse et correxi cum Mommsenio in horreis Vaticanis.

7383. AVE AMABILIS Q · · · · · · IO
D M
TVO CARISSI · · · [1])
ET QVIETI AETERNAE TERTINI ‖ CASSI VETERANI LEG · VIII · AVG ‖ ET TERTINIAE AMABILIS SIVE CY‖LE NATIONE GRAECA NICOMe‖DEA CONIVGI KARISSIMAE ET PIE‖NTISSIMAE CASTISSIMAE CONSE‖RVATRICI MIHI PIENTISSIMAE FOR‖TVNAE PRESENTI QVAE MIHI ‖ NVLLAM CONTVMELIAM NEC ANI‖MI LAESIONEM FECIT QVAE MECVM ‖ VIXIT IN MATRIMONIO ANNIS XVIII ‖ DIEBVS XX SINE VLLA LAESVRA NEC ANI‖MAE OFFENSIONE QVAE DVM EGO ‖ IN PEREGRE ERAM SVBITA MORTE DIE ‖ TERTIO MIHI EREPTA EST ET IDEO HVNC TITV‖LVM MIHI ET ILLE VIVS [2]) POSVI ET POSTERISQVE ‖ MEIS ET SVB ASCIA DEDICAVI — Lugduni. Férussac, *Bull.* 1831, 17; *Archives du Dép. du Rhône* XII, p. 189.

1) Lege: AVE AMABILIS *Quae mari*TO ‖ TVO CARISS*ima* ‖ D M ET QVIETI cet. 2) L. ILLaE (pro *illi*) VIV*us*.

7384. D M S ‖ CAECILIAE FESTI‖VAE CONIVGI CARISSIMAE MONNAE ‖ QVAE MECVM VIXIT ANNIS ‖ XXI SINE QAERELLA (sic) ‖ POMPVLLIVS ANTIOCHVS ‖ MARITVS BENEMERENTI ‖ LABORIBVSQVE EIVS — Corfinii (Pentimae). Mommsen, I. N. 5390.

7385. AVFIDIA · L · F · SATVRNINA ‖ VIXIT · ANNIS · XXX ‖ C · IVLIVS · C · F · CELER ‖ CONIVGI · CARISSIMAE ‖ FECIT ‖ A · QVA · ACCEPIT · INIVRIAM ‖ NVLLAM ‖ NEQVE · MALDICTV (sic) — Romae, in columbario prope portam Latinam detecto. Iahn, Specimen p. 26, n. 20.

7386. D · M · ‖ AVFIDIAE AGATHE ‖ C · AVFIDIVS FIDELIS ‖ LIB · ET · CONIVGI BENEMERENTI ‖ SI MERITIS POSSEM DARE MVNERA TANTVM ‖ QVANTA TIBI DEBENTVR PRAEMIA LAVDIS ‖ AVREVS HIC TITVLVS ET LITTERA NOMINIS AVRO ‖ CONDECORATA LEGI DEBET TAM SIMPLICI VITA ‖ QVE SVPERIS SEMPER TAM GRATA FVISTI ‖ INTER SECVRAS SINE CRIMINE VITAE SIT PRECOR ‖ ET SVPER H · C · [1]) SIT TIBI TERRA LEVIS — Sassinae. Antonini, *Sarsina*, ed. 1768, app. p. XXX.

1) De his mihi non liquet.

7387. . . . . ‖ VXORI ‖ M · ALLIO · M · F · FESTO ‖ FILIO ‖ HOSTILIAE · C · L · SEVERAE ‖ N · F · F · N · S · N · C [1]) — In Museo Cataiensi. Grut. 667, 4; Furlanetto, *lap. Pat.* n. 341.

1) *Non Fui Fui Non Sum Non Curo*; Cavedonius, *Museo del Catajo*, p. 116, recte.

7388. C · PAPIRIO · C · · · · ‖ STATIA · M · I · · · · ‖ VIRO · SVO · · · · ‖ QVOD · FORE · MORTE · MEA · SPERABAM · *a coniuge · nobis* ‖ ID · CINERI · INFELIX · CONSTITVI · AC · LA*crimis* — Beneventi. Mommsen, I. N. 1704, et Bull. Inst. Arch. 1847, p. 21.

§. 7. VARIAE NECESSITVDINES.

N. 4693: duos vv. ultimos male prioribus adiunctos esse, affirmat Mommsen, I. N. 3300.

§. 8. VARII GENERIS SEPVLCRALIA.

N. 4698: v. 1. C. POBLICIO; v. 3. POPVLIQVE; v. 4. MONVMENTO. Vidi ipse.

N. 4711: v. 4. VRSILLA MERE*nti*; Mommsen, I. N. 505.

N. 4712 = 1450: Mommsen, I. N. 2589, ultimum versum primo loco posuit; v. 2. H . S . P . S . C . P . S; ut idem coniecit, LOC*o Hoc Sibi Permisso Senatus Consulto Pecunia Sua*.

N. 4722, b: male, ni fallor, lectum pro *d* . M.

7389. D M S ‖ BONVS VICTVALIS ‖ C IVLIVS C F Q PON-‖TICVS PERE‖GRI (sic) POTIVS QVAM ‖ DOMVI SVE PROR‖SVS SICVT MERVIT ‖ APVD LARES SVOS ‖ VITA PRIVATvS ‖ V · A · LXII O T B Q [1]) ‖ IVLIA C FIL OPTAT ‖ V A XIII · H S E O T B Q [1]) — Sigus Numidiae. *Exploration de l'Algérie, archéol. pl.* 53, 6.

1) Cf. n. 4759: *Hic Sita Est Ossa Tua Bene Quiescant.*

7390. D M S ‖ Q MAECIO RVS‖TICO FERRO PE‖TITO QVI VIXIT ‖ ANN XXXIII ‖ M III D XXI H V ‖ MAECII AFRI‖CANVS ET DO‖NATVS FRA‖TRI INNOCEN‖TISSIMO — Tlemsen. *Journal des Savants* 1837, p. 430; *Journal général de l'Instruction publique*, 7 *août* 1836.

7391. SEIO DALMATE HO‖MINI BONO QVI ‖ INCENDI · OP-PRES‖SVS EST AVRELiA ‖ VICTORINA VXoR — In peninsula *Vranjic* prope Salonas. Misit Sablyar v. c.

7392. *d · m* . ET MEMORIAE AETERN‖E SECVNDI OCTA-VI TREVERI ‖ ACERBISSIMA MORTE DE‖FVNCTI QVI CVM EX INCEN‖DIO SEMINVDVS EFFVGIS‖SET POSTHABITA CVRA SALVTIS ‖ DVM ALIQVID E FLAMMIS ERI‖PERE CONATVS RVINA PARIE‖TIS OPPRESSVS NATVRAE SOCIA‖LEM [1]) SPI-RITVM CORPVSQVE ORI‖GINI REDDIDIT CVIVS EXCES‖SV GRAVIORE DAMNO QVAM ‖ REI AMISSIONE ADFLICTI ‖ RO-MANIVS SOLLEMNIS ET SECVN‖DI IANVARIVS ET ANTIO-CHVS ‖ CONLIBERTI MERITA EIVS ‖ ERGA SE OMNIBVS EXEMPLIS ‖ NOBILISSIMA TITVLO SEPVLCHRI SACRAVE-

RVNT ET [1] ‖ PRODILLIVS IN MODVM FRATER‖NAE ADFECTIONIS ET AB IN‖EVNTE AETATE CONDISCIPV‖LATV ET OMNIB · BONIS ARTIBVS ‖ COPVLATISSIMVS AMICVS ET ‖ SVB ASCIA DEDICAVERVNT — Lugduni rep. 1844. Caumont, *Bulletin monumental*, 2^e^ série, II, p. 245; Boissieu, *Inscr. de Lyon* XIII, 3, p. 477.

1) SOCIA‖TA, C. minus recte.

7393. C · TADIO · C · F · SEVE*ro* ‖ ABDVCTO · A · LATRONI*bus* ‖ ANN · XXXV · ET · ‖ PROCVLO · F · ANN · VI ‖ FABRICIA · L · L · PRIMIGEN ‖ CONIVGI · ET · FILIO · POSIT ‖ VIVIS · HVNC · TITVLVM ‖ · · · · · · PONERE · MATRI — Salonis. Lanza, *lap. Salonitane* p. 140, ed. 2.

§. 9. ACCLAMATIONES FVNEBRES ET SEPVLCRALES.

7394. HAVE ‖ IN AETERNVM ‖ Q · ANCHARI ‖ AETERNVMQ ‖ MARIANE ‖ VALE — Lugduni. *Archives du département du Rhône* III, p. 457.

7395. T · FLAVIO · T · L · ANTIOCHO ‖ EROS · ET SVIS · FECERVNT ‖ FLAVIAE · T · L · APAMEAE ‖ T · FLAVIO T L · AMPHIONI ‖ FLAVIAE · T · L · TERTIAE ‖ QVOD · QVISQVE · VESTRVM · MORTVO · OPTARIT · MIHI ‖ ID · ILLI · EVENIAT · SEM‖PER · VIVO · ET · MORTVO — *Stimigliani.* Guattani, *Mon. Sabini* II, 160.

7396. BENE SIT · TIBI · QVI ‖ IACIS · INTVS · ET · TV ‖ QVI · TRASIS (sic) · ET · LEGES ‖ HVNC · TITVLVM ‖ OPTA · TIBI TERRA ‖ LEVE — Ostiae. Cardinali, *Dipl.* n. 53.

7397. ODIT · AMAT · PVNIT · CONSERVAT ‖ HONORAT ‖ NEQVITIAS · LEGES · CRIMINA · IVRA ‖ PROBOS — Pompeiis rep., nunc in R. Museo Neapol. Mommsen, I. N. 2305, qui de sinceritate tituli non dubitat.

7398. RE*spic*E ET · CREDE — In margine superiori sarcophagi columnis in quattuor spatia distributi, in quibus singuli visuntur equi a singulis hominibus manu ducti. Supra singulas columnas haec leguntur: (1) HOC EST . (2) SIC EST (3) ALIVT FIERI (4) NON LICET — Sarcophagum nunc in Museo Cataiensi asservatum aeri incisum v. apud Spon, Misc. p. 308, n. XVI, Cavedoni, *Indic. del Museo del Catajo* p. 46 seqq.; Furlanetto, *lap. Pat.* n. 550, qui simillimam refert inscriptionem a Borghesio Romae apud Campanam exscriptam: HOC · EST · SIC · EST · ALIVT · FIERI · NON · POTEST · HOC · AD · NOS.

7399. L · CRITONIVS · L · L · ‖ FELIX · SIBI · ET ‖ CRITONIAE · L · L · RVFILLA*e* ‖ TANTVM — Canusii. Mommsen, I. N. 671.

7400. PETE PRO PARENTES TVOS ‖ MATRONATA MATRONA ‖ QVE VIXIT AN · I · · · — Romae. Act. Acad. pontif. arch. I, 1, p. 93.

§. 10. SENTENTIAE SEPVLCRALES. ELOGIA. CARITAS MVTVA. VITAE BREVITAS. IMPRECATIONES CET.

N. 4778: susp. Mommsen, I. N. 360*.

N. 4786: v. 2. INQVITARE (sic); v. 3. CONPARABIT; Kellermann, apud Orell. Anall. p. 45.

N. 4789: v. 10. OMIS (sic); v. ult. DEOSEPVLCRO (fortasse DEOS sEPVLCROrum); Furlanetto, *lap. Pat.* n. 304.

N. 4794: est Romanus; v. Ind. inscriptt. Orell. apud Mommsen, I. N. p. 486.

N. 4801: v. 4. AETERNAM, id. 3329.

N. 4803: v. 3. BLANDINIAE; *Mém. de l'Institut royal de France* 1846, XVI, p. 53.

N. 4816: not. 1. *Balnea*, *Vina*, *Venus*.

N. 4817: v. 6. dele OMNIB; Mommsen, I. N. 3325.

N. 4829: v. 3. DVLCISSVME; vidi ipse ad S. Mariae trans Tiberim.

N. 4838: v. 2. 3. QVISQV‖E; POSSVIT (sic); Mommsen, I. N. 166.

N. 4856: susp.; id. 366*.

7401. C · VIBIVS · FIRMVS · C · ‖ VIBIO · AMPLIATO · PATRONO ‖ SVO · BENEM · TITVLVM ‖ POSVIT · QVOD · IVSSIT · ET · RO‖GAVIT · CVM · PATRONA · SVA ‖ PONI · ITA · FACTVM · EST — Romae, in columbario ad Portam Latinam effosso. Iahn, Specimen p. 26, n. 22.

7402. V · F ‖ MINICIA ‖ FORTVNATA ‖ SIBI · ET ‖ MINICIAE ‖ TRYPHENE · LIB ‖ QVAERERE · CESSAVI · NVNQVAM · NEC ‖ PERDERE · DESI · MORS INTERVENIT ‖ NVNC · AB · VTROQVE VACO · VIVITE ‖ FELICES · QVI · LEGITIS — Cardinalio misit Labusius; *Dipl.* n. 559; fortasse Brixiae?

7403. CLAVDIA · A‖GELE · FECIT ‖ TI · CLAVDIVS ‖ CRATINVS · COLLI‖BERTAE · SVAE ‖ FOSSOR · PARCE ‖ HIC · IAM · CVBAT — Romae, in vinea quondam Ammendola. Id. n. 113.

7404. D · M ‖ OFILIAE AMPLIATAE ‖ VIX · ANN · XXII · M · IIII ‖ HOC EST PVELLA · QVAM DE‖LICATO CORPORI RVRE ‖ MORARI · DESTINAS — In R. Museo Neap. v. Mommsen, 6593.

7405. . . . . ‖ . . . QVO MODO ‖ MALA · IN · ARBORE · PENDVNT ‖ SIC · CORPORA · NOSTRA ‖ AVT · MATVRA · CADVNT · AVT ‖ CITO · ACERVA · RVVNT ‖ DOMATIVS · TIRAS ‖ FILIAE · DVLCISSIMAE — Romae. Melchiorri et Visconti, *Silloge* n. 86.

7406. D M ‖ . . . . ‖ . . . . ‖ IVS ADFECTIONE MARITI PERMANENTI AETERNA ‖ BENEFICIA ET LICET SORS INĪQVA FATORVM VĪTAM ‖ ABSTVLERIT MEMORIA TAMEN LAVDIS EIVS ET GLO‖RIAE MANENTE HOC TITVLO DVRABIT AETERNA ‖ AVRELIA SABINA CONIVGI KARISSIM · DVLCISSIM · ‖ PIENTISSIM INCOMPARABIL ·

QVI MECVM VĪXIT SINE VL‖LA ANIMI · LAESIONE ANN · XX · M · II ET SIBI VĪVA P · C · ET · S · A · D[1]) — Lugduni. Férussac, *Bull.* 1831, 17, p. 382.

1) *Ponendum Curavit ET Sub Ascia Dedicavit.*

7407. P · CLODIVS · P · F · STE · PIVS · LEG · XX*v* ‖ DVM · VIXI · VIXI · QVOMODO ‖ CONDECET · INGENVOM · QVI‖OD · COMEDI · ET · EBIBI · TANTVM MEV · EST — Sciarrae in Beneventano. Mommsen, I. N. 1446, ex Borgia, *memorie storiche di Benevento* II, p. 234.

7408. QVAE FV*erint* praeteRITAE ‖ VITAE TESTIMONIA NVNC DECLA‖RAMVS HAC SRIBTVRA[1]) POSTRE‖MA · HAEC SVNT ENIII[2]) MONTIS[3]) ‖ SOLACIA VBI CONTINET*u*R *n*OM*i*-‖NIS VEL GENERIS AETERNA MEMO‖RIA · ENNIA HIC SITA EST FRVCTV‖OSA KARISSIMA CONIVNX · CER‖TAE PVDICITIAE BONOQVE OBSE‖QVIO LAVDANDA MATRONA · ‖ XV ANNO M*a*RIT*ae no*MEN · ACCE‖PIT · IN QVO AMPLIVS QVAM XIII ‖ VIVERE NON POTVIT QVAE NON ‖ VT MERVIT ITA MORTIS SORTEM ‖ RETVLIT CA*rmi*NIBVS DEFI‖XA IACVIT PER TEMPORA MV‖TA · VT EIVS SPIRITVS · VI ‖ EXTORQVERETVR QVAM ‖ NATVRAE REDDERETVR · ‖ CVIVS · ADMISSI · VEL MA‖NES · VEL DI CAELESTES · E‖RVNT · SCELERIS VINDICES ‖ AELIVS · HAEC POSVIT PROCV‖LINVS · IPSE · MARITVS · LEGIO‖NIS · TANTAE · III AVGVSTAE ‖ TRIBVNVS ⁎ — Lambaese. *Mém. des Antiquaires de France* XXI, p. 124; rest. Mommsen, qui mecum communicavit.

1) L. ScRIBTVRA, M. 2) ENIM, id. 3) MORTIS, id.

7409. D M ‖ PAR*i*DI ‖ VALER*i*AE ‖ POLLA*e*[1]) SER ‖ VĪX · ANN · XVI ‖ H F ‖ HILA*r*VS ‖ VALER*i*AE ‖ POLLA*e* DISP ‖ FRATRI · O*pt*IMO ‖ ET · SANC*tis*SIMO ‖ VNICE · DE SE *me*RENTI — In parte aversa: VOCVRTVM ‖ STATIVM ‖ VICTOREM ‖ TIBI ‖ COMMENDO — Romae, in V. Appia Ann. Inst. Arch. 1852, p. 310, 3; cf. p. 305.

1) Hanc sororem esse suspicatus sum Valerii Triarii, uxorem D. Bruti (Cic. ad fam. VIII, 7, 2; XI, 8, 1).

7410. Tibur erat mihi patria, Agricola sum vocitatus; ‖ Flavius ille ego sum discumbens, idque videtis. ‖ Sic et apud superos annis quos fata dedere, ‖ Hanc animam colui, nec defuit ipse Lyaeus. ‖ Praecessitque prior Primitiva probissima coniunx ‖ Flavia, et ipsa Lyaei cultrix, vel maxime casta ‖ Sedulaque et famae formaeque decore repleta; ‖ Cum qua ter denos dulcissime exegimus annos. ‖ Solamenque sui genii aulam[1]) dat Primitivam, ‖ Quae pietate sua colerat[2]) fastidia nostra, ‖ Hospitiumque mihi semper servavit in aevum. ‖ Omnes qui legitis, moneo: miscete Lyaeum ‖ Et teneros coitus formosis ferte puellis. Caetera post obitum tellus consumit et ignis — Rep. anno 1626 Romae sub confessione basilicae D. Petri, in basi statuae iacentis, pateram manu tenentis. Versus in loco tenebroso statim descripti sunt, deinde

vero cum ipsa statua iussu summi pontificis deleti. *Eff. lett. di Roma* XII, 35, p. 263 ex codice Barberiniano, cuius auctor passim se versus parum diligenter exscriptos emendasse fatetur.

1) Haec non intelligo. 2) Num pro COLVERAT?

7411. D M ‖ C · DOMITI PRIMI ‖ HOC EGO SV IN (sic) TVMVLO PRIMVS NOTISSI‖MVS ILLE · VIXI LVCRINIS POTABI SAEPE FA‖LERNVM · BALNIA (sic) VINA VENVS · MECVM ‖ SENVERE PER ANNOS HEC (sic) EGO SI POTVI ‖ SIT MIHI TERRA LEBIS SET TAMEN AD MA‖NES · FOENIX ME SERBAT IN ARA QVI ME‖CVM PROPERAT SE REPARARE SIBI ‖ L · D · FVNeRI · C · DOMITI · PRIMI · A TRIBVS · MESSIS · HERMEROTE PIA ET PIO — Rep. Ostiae 1783, nunc in R. Museo Neapolitano. Mommsen, I. N. 3090, et p. XXIV; cf. *Antologia romana* 1783, p. 368.

7412. DIS · MANIBVS ‖ M · PVBLICI · M · LIB · VNIONIS ‖ TE · ROGO · PRAETERIENS · FAC ‖ MORA · ET · PERLEGE · VERSVS · QVOS · EGO ‖ DICTAVI · ET · IVSSI · SCRIBERE · QVENDAM ‖ EST · MIHI · TERRA · LEVIS · MERITO · SED · QVIESCO ‖ MARMORE · CLAVSVS · REDDIDI · [1] DEPOSITVM ‖ COAGLAVI · [2] SEMPER · AMICOS · NVLLIVS · THALAMOS ‖ TVRBAVI · NEMO · QVERETVR · CONIVNX · KARA ‖ MIHI · MECVM · BENE · VIXIT · SEMPER HONESTE ‖ PRAESTITI · QVOD · POTVI · SEMPER · SINE · LITE · RECESSI ‖ VNVS · AMICVS · ERAT · TANTVM · MIHI · QVI ‖ PRAESTITIT · OMNIA · SEMPER · HONESTE ‖ T · FL · HERMES · $\overline{\text{V}}$ · Q · [3] ‖ TVNC · MEVS · ADSIDVE · SEMPER · BENE · LVXIT · [4] AMICE · FOCVS ‖ FECIT · VNIO · SIBI · ET · GALLIAE · TYCHE ‖ OPTIMAE · CONIVGI · ET · AEMILIO ‖ ISIDORO · VERNAE · SVO · ET · POSTERISQ · ‖ SVORVM · ET · CONIVGIS · SVAE ‖ ET · ISIDORI · ET · EORVM · POSTERISQ · ET ‖ M · PVBLICIO · FELICI · ALVMNO · SVO — Frascati. Nibby, *Dintorni* III, p. 353; corr. Brunn.

1) REDDEDI, N. 2) COAMAVI? N. [Imo *coagulavi* i. e. *convocavi*. MOMMSEN.] 3) *Viator Quaestorius* 4) VIXIT, N.

7413. TV QVI SECVRA SPATIARVS (sic) MENTE VIATOR ‖ ET NOSTRI VOLTVS DERIGIS INFERIEIS ‖ SI QVAERIS QVAE SIM CINIS EN ET TOSTA FAVILLA ‖ ANTE OBITVS TRISTEIS HELVIA PRIMA FVI ‖ CONIVGE SVM CADMO FRVCTA SCRATEIO ‖ CONCORDESQVE PARI VIXIMVS INGENIO ‖ NVNC DATA SVM DITI LONGVM MANSVRA PER AEVM ‖ DEDVCTA ET FATALI IGNE ET AQVA STYGIA — Beneventi rep., nunc Neapoli in Museo Jesuitarum. Mommsen, Bull. Inst. Arch. 1847, p. 24; *Arch. Ztg.* IV, p. 334; I. N. 1623, ubi v. cet.

7414. · D · M · ‖ GLYPTES ‖ CONIVGI · OPTIMAE · FIDELIS ‖ MARITVS · FECIT ‖ DVLCE ISTIC NOMEN C · LYPTE (sic) IACET OMNIBVS OLIM ‖ QVAS VENVS · INSPEXIT · PRAEFI-

CIENDA · BONIS ‖ ET · PROBA IVDICIO · CVNCTORVM ET · AMICA · PVDORIS ‖ NEC · SINE · LAETITIA · SERMO · FACETA LOQVI ‖ SI · DE CONSVLTA · PALMAM · LOQVERERE · FEREBAT ‖ SI · DE FORMOSA · NEMO · NEGATOR · ERAT ‖ APSTVLIT · HAEC · VNVS TOT · TANTA · Q · MVNERA · NOB*is* ‖ PERFIDVS · INFELIX · HORRIFICVSQVE DIES — Baiis, nunc Neapoli apud Temple oratorem reginae Anglorum. Mommsen, I. N. 3133.

Praetermitto capita XXI et XXII, quorum alterum criticas quasdam exhibet Hagenbuchii observationes[1]), alterum kalendaria antiqua comprehendit, quae si ita, ut fas est, emendare vellem, nova plane eorum editio paranda esset. Ceterum kalendaria Allifanum, Amiterninum, Capranicorum, Venusinum habes in Inscriptionibus Neapolitanis Mommsenii, Antiatinum ipsi correctum dedimus (n. 6445).

1) N. 4883. 84. 85. figlinas ex n. 4887 confictas esse iudicat Marinius in libro ms. Vaticano de figlinis, n. 20 falsarum. — N. 4872 vidit cl. de Rossi Veronae et falsum esse mihi affirmavit.

Ad caput XXIII, *Analecta nonnulla* continens, pauca liceat adnotare:

N. 4904 = 1219, et vol. II, p. 446.

N. 4906 = 3669, ubi nonnulla melius. — Nota enim FN nihil est nisi EN vocis *flamen*, cuius pars prior periit, et pro $\overline{\text{II}}$.VIR . I . D recte in altero exemplo exhibetur $\overline{\text{II}}$. ‖ $\overline{\text{IIII}}$.VIR . I . D.

N. 4908, v. corr. ad 2483.

N. 4921, v. 3. HYPATIANO; v. 6. PVTEOLANOR; Mommsen, I. N. 6799.

N. 4926: v. 1. CRYSEROS; v. 2. CONPAR; v. ult. EOFRVM (sic); ex altera parte: D . M ‖ FLA . CRYSOROTE . ‖ COCAIVS DERISOR ‖ LIBAIRTIS LIBAR — id. 6871.

N. 4934: v. ult. PRAET . VRB; vidi ipse in hortis Vaticanis.

N. 4935: v. 2. PYRGENSIS; Kellerm. apud. Orell. Anall. p. 45.

N. 4940: v. 2. C . MESSIO; v. 7. pro I . AE Neigebaur, qui vidit in loco *Stenjevetz* Dalmatiae, legit IK, qua nota *iterum* videtur significatum esse. At quum tribunicia potestate prima Decius ornatus esset, consul iterum designatus erat.

N. 4941 = 3270: v. 3. V . F; v. 4. T . F; v. ult. CVRARVNT; ex schedis Antinorii Mommsen, *Bull. Inst. Arch.* 1846, p. 179, et I. N. 5351.

N. 4942: Brocchius, qui Borghesio exscripsit, legit MINVS EST MALE . . RFAT, parum recte. Supple: *malus est, male pereat.*

N. 4943: n. 1. mira Orellii interpretatio; ENATER quin errore scriptum sit pro FRATER, mihi certe minime dubium, probatque idem omissum nomen gentilicium, quod omitti vix poterat, nisi et ipsum erat *Domitii.*

N. 4944: corrige:

QVID TIBI . NVNC . PRODEST STRICTE VIXISSE
*to*T ANNIS HEREDVM . RATIO . NVNTIAT
. . . . TIBI PRIMA FVIT . LITIS . VICESIMA
. . . ESOLVTA DENDE . RVDES . HOMINES
. . . IE SATVRNO . MORANTES . DELATI
. . . . . IS . AMEN HOC SVB IVDICE IVSTO
. . . . . MEL SED LONGIS PROTRACTIBVS
VICTOR CVM PALMA . RELATVS . SEMANIMIS
ARTE MALORV VICI . QVIDEM . DOMINE
IACVI . MEDICI . MALE . MEMBRA . SECARVNT
CORPORI . QVOD . SVPER . EST . TVMVLVM . TIBI
FECI LIBENTER . NON . MIHI . MANDAST*i*
SED . VIVOS . SAEPE . VOLEBA*s*

Mommsen, I. N. 7143.

N. 4952 = 3569.

N. 4955: spurius.

N. 4962: v. 7. LEG . X̅; v. 8. COH . I̅; Vodnek, *Mittheil. f. Krain* 1848, p. 90: *Istria* II, p. 236.

N. 4965: not. 1. multo probabilius Or.

N. 4970: v. 1. supple M . *aurelio*; v. 7. COS . I . . , i. e. I̅I̅I̅; v. 8. COI . . . . , i. e. *cohors iv Vindelicorum*, ut Steinerus, I. Dan. et Rh. I, 628 ex monumentis eius ibidem obviis coniecit.

N. 4971 fin. V . C . R, *voluntariorum civium Romanorum*; l. l. II, n. 917.

N. 4974: v. 2. Q pro C l. l. n. 50; v. penult. explica *Piae Fidelis Dedit*, vel *Dedicavit*.

N. 4979: v. 2. SOEMVS; v. 3. COH . I . FL; v. 4. DAMASC ∞; l. l. n. 208; cf. Borghesi, Ann. Inst. Arch. 1839, p. 135.

N. 4983: v. 3. CONLABSVM; v. 4. RESTITVERVNT; v. 6. imperatoris nomen abrasum; v. 7. pro II l. HI; v. 8. ISTA; v. 9. MEDDEGNATIVS; CVR BIS (pro C . VRBIVS); v. 10. QVETVS; v. 11. VITALINIVS; MACRINIVS; v. 13. C RIXIVS (?); . . ERRIVS; v. 14. C LAMILLIVS; v. 15. BELATVLLVS; v. penult. LICINIVS . COSTAS male omissus; SERVANDIVS; Vescovalius, qui vidit, apud Borghesium, *fasti sacerdotali*, *Memorie d. Inst. Arch.* p. 219; Steiner, I. Dan. et Rh. I, n. 239. v. 9. MEDDIGNATIVS; v. 10. male OVIETVS et ARROSVS; v. 12. CONSTANTIVS; v. 14. IAMILLIVS; v. 15. BELLATVLVS. — Num *hastiferi* pro interpretatione Latina *dendrophororum* habendi sunt? an pro militia quadam municipali? [Hoc verum esse puto me demonstrasse *Ber. der sächs. Ges.* 1852, 197. Mommsen.]

N. 4984: not. 1. male Osannus litteras illas AIE certo corruptas et mutilas restituit, nam *ex auctorit*ATE legendum esse patet; cf. Grut. 197, 4. 5; 198, 4.

N. 4985 = 1024.

N. 4986: v. 2. TORI fortasse male lectum, ita ut restituere liceat: BONO *Puero posph*ORo.

N. 4994; v. 1. coniunge CLOVTIVS; v. 3. pro I̅I̅ l. I; SVSARRV; in fine tituli CA . . . ; Lanza, *lap. Salon.* LVI.

N. 4995: fin. Kellerm. apud Or. Anall. p. 45. pro P posuit D ex schedis Lanzae; sed ipse Lanza l. l. p. 80, n. LI habet P.

N. 4996: not. 1. *Miles*.

N. 4997: v. 8. SYR; v. 9. INPENDIIS; et n. 4998: v. 3. pro IM l. M; v. 5. LEG . XVI; dedit mihi Abeken, qui vidit; cf. Lepsius, *Arch. Ztg.* 1846, p. 279.

N. 5019, v. ult. AECLANI; Mommsen, I. N. 1092.

N. 5020: repetii n. 7082.

N. 5022: v. 5. MINISTORVM (sic); v. ult. PONERET; consules anni 44 (Borghesius); Mommsen, I. N. 2225.

N. 5024: male corrigitur n. 1767, ubi vide.

N. 5027: restitue: *in h*ONOR . D . D ‖ GENIO . STA*tio*‖NIS . *Vale*RIu‖S . PROBVS . *m*‖ILES . LEG . XXII ‖ ALEXANDRI*n*‖*a*E . P . F . IMP . D . N ‖ *al*EXAND*r*O ‖ . . . . — Borghesi, Ann. Inst. Arch. 1839, p. 169.

N. 5030; v. corr. n. 6770.

N. 5031: NARIÆ ‖ NOVSAN‖TIÆ ‖ T . FRONTIN ‖ HIBERNVS ‖ V . S . L . M; Bull. Inst. Arch. 1832, p. 167.

N. 5034: spurius. Ipse Murat. ex Ligorio eum dedit.

N. 5037: v. 4. S*an*CTAE; v. 6. HONORIB . FVNCTI; CVRTI; v. 7. ROMAN; deinde vv. 2. omissi ab Orellio: OMNIB . HONORIB . FVNCTI VXOR GA‖VI . IVSTI . SPLENDIDI . EQVIT . ROMAN; v. 10. IN . MATVRA; v. 12. FOLEVM; v. 13. HON; v. 14. PEQVN (sic). — In inscriptione laterali corrige: v. 1. NOVEMBR; v. 2. CAEP; COSSVTIVS; v. 3. CL PRISCVS CALP PRISCVS; v. 4. LOCISQ; v. 6. EGNATIVS; DVOVIRVM; v. 8. PRIMARII; v. 9. GAVII; SOCERI; B M F; v. 11. QVAEREREMIIS (sic); EI (sic) IDEO; PERTINEAT ETIAM AD; v. 12. ANNI. Mommsen, I. N. 2517, cuius lectionem confirmavit nuper Brunnius. — Not. 2. male Or. et Osannus *foleum* pro *oleo* dictum esse opinantur; est enim *folium* unguentum

notissimum, de quo plura nuper congessit Gervasius, *sul monumento sepolcrale di Gavia Marciana, Napoli*, 4, p. 15 seqq. — Not. 4. cos. anni 187. — Not. 6. *Ornati Viri*; cf. n. 7169.

N. 5040, v. n. 6928.

N. 5042: quam maxime dubito de Heinrichii explicatione, de iisque, quae inde deduxit v. d.; OPER*a* (ablat.) legendum esse reputo, licet ipsam tituli sententiam me non perspexisse fatear.

N. 5044: spurius; Mommsen, I. N. 169*.

N. 5048: v. 10. fin. ADITVM; v. 11. HABEB . ET; Kellerm. apud. Orell. Anall. p. 45.

N. 5049. *tempor*VM IN*iur*IA NYMFEVM ‖ *l*ABE FOEDATVM CVIVS ETIAM AQVA ‖ *fluens s*VO MEATV TAMEN CORRVPTIONE ‖ *sordiu*M ITA FVERAT POLLVTA VT QVANDAM ‖ *pernicie*M HAVRIENTIBVS INFERRE VIDERETVR ‖ *cur*A FL . ARSINI V C CONSVLARIS P . S ‖ *restitu*TVM ADQVE VSVI POPVLI SPLENDIDISSIMI ‖ *ad cultu*M REDDITVM REFORMATVMQVE EST ‖ *cur*ANTE FL . AMBROSIO V . P . D D L R I — Vidit Mommsen. Gervasius nuper (*de' Lucceï* p. 16) apographum publicavit Patris Tornabene, quod accuratissimum ei videbatur; id etiam Orelliano minus accuratum esse, ex Mommsenii lectione apparet.

ADDENDA ET CORRIGENDA.

CAPVT I. GEOGRAPHICA.

§ 1. n. 58: spurius ex Ligorio.

Ad n. 5089 cf. Mommsen, *Edict des Diocletian* p. 76 (*Ber. d. S. Ges. d. W.* 1851).

§ 2. ad n. 5099: dele n. 18; in titulo enim Or. 2179 male legi *col. aug. laur.* pro COL · AVG · TAVR(*inorum*) recte proposuit v. c. Constantius Gazzera, *del ponderario e delle antiche lapidi eporediesi*, Torino 1852, 4, p. 58 seqq. (ex *Memorie d. R. acc. di Torino*, serie II, t. XIV). — De auctoritate libro coloniarum tribuenda cf. Mommsen in volumine altero *gromaticorum veterum* ed. Lachmann p. 145 sqq., praesertim p. 181 sqq.

Ad n. 5137, not. 1. *Hedonéi* dictum credo pro *Hedoni* = *Hedonii*, nom. *Hedonium*, ut *poseit* = *posit*, *posiit*, *posuit* Mommsen I. N. 5409; *expoleit* = *expolit*, *expoliit* Or. 6588; *Iovei* = *Iovi*, *Iovii* 3793; *Vergilei* 7267; cf. etiam *turareis* = *turarieis* = *turarii* 6365.

§ 3. ad n. 5203 pro *Togana* scr. TAGANA; praeterea legendum esse ANNII facile apparet.

Ad civitates Hispanicas adde:

7414 *α*. L · LVCRETIVS ‖ SERG · ROBVS‖TVS · SCALLABI [1]) ‖ MILES LEG [2]) VIX ‖ AN XXX · · · · · · · ‖ · · · · · · · · · · · · ‖ H E ‖ S — Lambaese. Renier, *Inscr. de l'Algérie* 936.

1) cf. Forbiger, *Geogr.* III, p. 39. 2) i. e. *leg. III. Aug.*

§ 4. ad provinciam Britanniam adde:

7414 *β*. D M S ‖ P · FVRIO RVS‖TICO PRAEF ‖ COH · P · ASTV‖PROV · BRITT ‖ INFER · [1]) TRIB · ‖ MIL · LEG · III ‖ AVG · P · V · VIX ‖ ANN · XL · P · FV‖RIVS RVSTI‖CVS PATER ‖ FILIO KARISSI‖MO · FECIT — *ibd.* l. l. 670.

1) cf. Herod. III, 8, 2: (Severus) *διοικήσας δὲ τὰ κατὰ τὴν Βρεττανίαν καὶ διελὼν εἰς δύο ἡγεμονίας τὴν τοῦ ἔθνους ἐξουσίαν*, i. e. post devictum Albinum; Marquardt, *R. Alterthth.* III, 1, p. 99.

§ 5. Inscriptiones Helveticas omnes habemus nunc correctas in libro Mommsenii, cui titulus est: Inscriptiones Confoederationis Helveticae Latinae, Turici, 1854, 4, ex *Mittheilungen der antiquarischen Gesellschaft in Zürich*, *X Band.*

§ 7. ad Or. 497 pro *faciendum* scr. FACIENDVM.

Ad Or. 509: titulus interpolatus potius quam spurius; Borghesius enim in Cod. Vat. 5250, p. 35 ita invenit adnotatum: „fragmenta in Transilvania prope ecclesiam Valacchorum in vico Varhel, qui est antiqua Sarmiz: *Saris Divi Nerv Traiani Augusti condita colonia Dacica per V. M. Scaurianum.* Caetera abolita.“ Iam vero ex tabula honestae missionis n. VI. ab Arnethio edita M. Terentium Scaurianum paucis

annis post Daciam subiectam eam provinciam rexisse constat, quapropter Borghesius titulum male interpolatum ita fere redintegrandum esse suspicatus est: . . . . . *imp* ‖ *cae*SARIS · DIVI · NERV*ae* · *f* ‖ *nervae* TRAIANI · AVGVSTI ‖ CONDITA · COLONIA · DACICA · PER ‖ *m. terenti*VM · SCAVRIANVM

Ad n. 5277: editores quidem ut integrum titulum exhibent, neque tamen mihi dubium, quin nomina desiderentur ducis Romani, qui bello *Batoniano Iapudiae et Liburniae praefuit*; cf. Dion. 55, 29.

Ad n. 5286: exemplum in Museo Vaticano asservatum recens videtur incisum esse.

§ 8. ad Or. 529: ad easdem res gestas spectat titulus Lambaesitanus apud Renier, *Inscr. de l'Alg.* 101:

7414 γ. I O M ‖ CETERISQ DIIS DEABVSQ IMMORTALIB ‖ C MACRINIVS DECIANVS V C LEG ‖ AVGG [1]) PR PR PROV NVMIDIAE ET NO‖RICI [2]) BAVARIBVS QVI ADVNATIS IIII ‖ REGIBVS IN PROV NVMIDIAM IN‖RVPERANT PRIMVM IN REGIONE ‖ MILLEVITANA [3]) ITERATO IN CONFI‖NIO MAVRETANIAE ET NVMIDI‖AE TERTIOQVE · · · · · NTANEIS ‖ GENTILIBVS MAV*re*TANIAE CAE‖SARIENSIS ITEM GENTILIBVS FRA‖XINENSIBVS [4]) QVI PROVINCIAM ‖ NVMIDIAM VASTABANT CAP‖TO FAMOSISSIMO DVCE [5]) EORVM ‖ CAESIS FVGATISQVE —

1) i. e. Valeriani et Gallieni; cf. quae de aetate monumenti mox exponentur. 2) Noricum usque ad aetatem certe M. Aurelii a procuratoribus administrabatur (cf. Or. 3574); postero tamen tempore legatos ei praefuisse litteris nuper ad me datis exposuit Borghesius, inscriptione usus Appii Claudii Laterani COS . DESIG . LEG . AVG . PR . PR . LEG . III . ITAL (Grut. 51, 1), quem una cum legione provinciam quoque rexisse ipso titulo *legati pro praetore* clare apparet; legio autem III Italica aetate certe itinerarii Antonini in Norico castra habebat (p. 249 ed. Wess.; p. 115 ed. Pinder). Accedit, quod Eutropius (IX, 6) Valerianum *in Raetia et Norico agentem* imperatorem ab exercitu factum esse narrat; qui quum iam ante a. 238 fasces gessisset (Zosim. 14), duas provincias praetorias coniunctas ei ut consulari datas esse B. suspicatus est. Cf. etiam Or. 798. 3) i. e. in territorio *coloniae Milev;* cf. It. Ant. p. 28; tab. Peut. 4) Gentiles Fraxinenses iidem sunt, qui apud Or. 529. *satellites* dicuntur *rebellis Faraxen.* 5) Idem *Faraxen* sub auspiciis Deciani captus et interfectus a Gargilio, qui ipse deinde *insidiis Bavarum deceptus* est. Id si verum est, res titulo Lambaesitano traditae ad annos circiter 259 et 260 pertinent. Monumentum enim Gargilii annum provinciae CCXXI prae se fert; cf. ad n. 5337.

ad n. 5299: . . . . . OCT ‖ . . . . . IIIIID; v. 6. denuo mihi inspicienti videbatur re vera legi TYNNA. ad n. 5334: not. 1. pro 505 scribe 525.

CAPVT II. MONVMENTA HISTORICA.

§ 1. ad Or. 537: male Kellermanno assensus sum; scalis enim admotis inscriptione denuo inspecta exiguum quidem, neque tamen dubium vestigium litterae I superesse cognovi.

§ 2. post n. 5351 adde hunc lapidem miliarium Hatriae effossum:

7414 δ. P · POPÍLLIVS · Є F ‖ COS [1]) ‖ ⅬXXXI — V. de Vit, *le antiche lapidi romane della provincia del Polesine*, *Venezia* 1853, 8. p. 11.

1) a. 622; cf. ad Or. 3308. De viis per Italiam ab eo factis cf. nunc Mommsen, *R. Gesch.* II, p. 370.

§ 3. ad Or. 611: suam opinionem Zumptius defendere studuit contra Mommsenium libello, cui titulus: *de fastorum municipalium Campanorum*

fragmento defensio, *Berolini* 1853, 4, contra Rossium *epistola critica de fastorum municipalium Campanorum fragmento*, ibd. 1854, 4.

§ 4. ad n. 5366: denuo Zumptius Sentio Saturnino inscriptionem tribuit Comment. epigr. II, p. 109 seqq.; neque tamen mihi certe persuasit, non Asiam, sed Africam Quirinium rexisse (p. 91), quum apud Florum epit. II, 31 valde incerta codicum lectio sit, et Marmaridas praesidi potius Cyrenaicae, quam Africae subigendos datos esse crediderim. Praeterea ipsa temporum consecutione Marmaricam illam expeditionem post annum 759, quo Gaetulos Cossus vicit, factam esse apparet; id si verum est, ad quaestionem hic propositam nihil pertinet. Quod autem Z. Balbum easdem gentes vicisse dicit, quas Augustum Quirinio subigendas dedisse credit, ne hoc quidem verum est; nam inter gentes ab eo devictas Garamantes quidem, minime vero Marmaridas Plinius commemorat (Plin. N. H. V, 5, 36). Contra, quamquam Quirinium Asiae proconsulem fuisse disertis veterum testimoniis non elucet, in serie tamen proconsulum eius provinciae annus 747 liber est et consuli anni 742 commode assignatur. Ipsum autem Saturninum Africae proconsulem fuisse, Tertulliani verbis probari videtur (de pallio c. 1; cf. adv. Marc. IV, 10), ubi de colonia Carthaginiensi sic loquitur: *post Gracchi obscoena omina et Lepidi violenta ludibria*, *post trinas Pompeii aras et longas Caesaris moras*, *ubi moenia Statilius Taurus imposuit*, *sollemnia Sentius Saturninus enarravit*, *quum concordia iuvat*, *toga oblata est*. Ibi enim verba *sollemnia enarravit* ad coloniam inaugurandam referuntur, demonstrat autem exemplum coloniae Patrensis, longum interdum temporis intervallum inter decretum de colonia deducenda factum ipsamque eius inaugurationem intercidisse; cf. Eckhel II, p. 236; III, p. 335. Quapropter fieri sane potuit, ut decretum quidem de deducenda colonia Carthaginiensi anno 725 fieret (Dio 52, 43), deducta vero circa annum demum 740 inauguraretur. Sin autem Saturninum Africam rexisse concesseris, lapidem Tiburtinum ad eum non spectare patet. Praeterea Z. de duplici legatione Syriaca Sentii Saturnini nihil constare, constare contra de Quirinii confitetur (p. 108 et p. 123). Qui quum propter castella Homonadensium expugnata triumphalia quoque meruisse a Tacito narretur (Ann. III, 48), nihil certe impedit, quo minus sententiam Sanclementii adoptemus; quod enim Z. in expeditionibus illis duas tantas victorias accidisse negat, unde duplices supplicationes decernerentur, id eodem iure aliquis negare atque affirmare potuerit.

§ 7. ad n. 5395: Rubellium Blandum ante annum 772 fasces non gessisse, fastis Antiatibus nunc patet (n. 6442). Quum vero inter consulares anno 774 a Tacito nominetur (Ann. III, 51), anno autem 772 P. Petronius Balbo suffectus cum Silano consul fuerit, Rubellio sex tantum menses posteriores anni 773 restant, quibus cum Annio Pollione fasces gessit (ex litteris a Borghesio missis).

ad n. 5398: nuper v. cl. Canina ad templum Fortunae muliebris pertinere titulum proposuit (Ann. Inst. Arch. 1854, p. 59 seqq.).

§ 11. ad n. 5423: ab initio versus 6. scribe IVS pro *eius*, quod nescio quo errore vel meo vel typothetae in textum irrepsit. — Explicatio Mommsenii non placet; vix enim dici posse puto *neptis Augusti eius beneficio*, omisso nomine mulieris.

§ 14. N. 777 suspectus; ex Ligorio enim desumptus est.

§ 15. ad n. 5441, not. 1, b. 2. dele *esse*.

§ 16. ad n. 5458: nuper A. W. Zumptius (Comment. epigr. II, p. 10 seqq.) Severum ab Hadriano Aug. bello Iudaico gerendo praepositum eundem esse affirmavit cum Ti. Severo, cui notissimae inscriptiones Ancyranae (C. I. Gr. 4033. 4034) dedicatae sunt; at cf. Borghesium, qui eundem eum fuisse reputat cum *Sexto* Iulio Ievero cos. anni 880 *età di Giovenale* p. 29 et Ann. Inst. Arch. 1853, p. 216; Card. Dipl. XIV.

§ 17. adde inscriptionem, ut videtur, Pollentinam, quam Augustae Taurinorum ipse descripsi:

7414 δ. ······ NTVTI ‖ ····· DESIG ‖ *sa*CERDOTI ‖ *div*AE PLOTINAE ‖ *p*OLLENTIAE ‖ *d*IVAE · FAVSTINAE ‖ TAVRIN ‖ DIVAE · FAVSTIN*ae m*AIO*ris* ‖ CONCORDI*a*E ‖ COLL · DENDR · POLL ‖ L · D · D · D

§ 18. ad n. 5473: quae de familia M. Aurelii olim proposuerat Borghesius, nuper ipse correxit, *Bull. Nap. N. S.* III, p. 124 seqq., Fadillam Cn. Claudio Severo consuli a. 916 et 926 nupsisse affirmans, qui gener dicitur M. Aurelii Augusti C. I. Gr. 4154. Inde probabile, Vibiam Sabinam uxorem fuisse Petronii Mamertini, Cornificiam vero Antistii Burri; l. l. p. 125.

Ad n. 5478: de *dilectatoribus* v. ad 7420 a.

§ 19. ad n. 5484: pro *Doneir* scribe *Dmeir* Syriae.

§ 22. ad n. 5494, not. 1: pro *Pannoniam* scribe *Moesiam*. — De hoc titulo pluribus nuper egit Renier, *Mélang. d'épigr.* p. 163 seqq., qui exemplum secutus v. cl. de la Mare v. 10. pro AVG · PII legit AVGVSTI, minus recte, ut opinor. Idem v. d. hoc documento usus est, ut Septimium Severum una cum Pannonia etiam Germaniae praefuisse confirmaret, imperatorem eum unquam in hac provincia commoratum esse negans; sed oblitus est, Severum, quum contra Albinum legiones duceret ex oriente reversas, nullo alio itinere, nisi per Germaniam superiorem, in Gallias invadere potuisse.

§ 25. ad nn. 5514. 5515 adde titulum sequentem, quo recte Borghesium sacerdotium Elagabali illis inseruisse confirmatur:

7414 a. ··· *hon*ORI IM*p* ‖ *m*. AVRELII ANTO‖*n*INI PII FELICIS AVG ‖ *sa*CERDAIII[1]) INVIC‖TI SOLIS ELAGABA‖*li p*ONT MAX TRIB · POT ‖ III (vel IIII) COS III[2]) P P ‖ *s* · P · Q · F ·[3]) — Olim Ferentini. Marinius in schedis suis Vaticanis in Museo Vaticano lapidem exstare dicit, ubi frustra eum quaesivi. Ed. Amadutius, Anecd. III, p. 462, 5. Ego apographum Marinii dedi, sed ne hic quidem titulum intellexit.

1) Erit *sacerdot . dei.* 2) a. 220 vel 221. 3) *senatus populusque Ferentinas.*

§ 27. ad n. 5521: quae de inscriptione Maximino Aug. tribuenda proposui, iam non placent; Augusti enim nomine bis obvio monumentum eo tempore positum esse constat, quo solus Septimius eo nomine utebatur. Supplendum igitur ANTONINI CAESARIS; unde inter annos 196 et 198 monumentum factum esse, litteris de praesidibus Daciae nuper ad me datis Borghesius censuit.

§ 28. adde:

7414 a α. IMP CAES M ‖ AN[1]) GORDIANO ‖ P F INVICTO AVG ‖ PONTIF · MAX ‖ TRIB POT III[2]) ‖ PATRI PATRIAE ‖ COS PROCOS ‖ COH I ∞ HEM[3]) GORDIANA ‖ SAGITT · EQ · C · R ‖ NVMINI · EIVS ‖ DEVOTISSIMA — *Duna pentéle* Pannoniae. Seidl, *Beiträge zu einer Chronik d. arch. Funde* cet. ex *Archiv f. Kunde Oesterr. Gesch.-Quellen* XIII, 1, p. 123, 2.

1) corr. ANT. 2) a. 240. 3) Cf. n. 6927.

§ 30. ad 5535 typothetae errore omissa est not. 6: *Quae* EST *Sub* CL*audio* N · · · · CIA *Sub* PR*aefecto*.

Decium, antequam imperaret, legatum fuisse Lusitaniae probavit Borghesius, *diploma di Traiano Decio* p. 22, titulo Grut. 151, 5, correcto ex schedis quibusdam apud Labusium olim asservatis et ex cod. Vat. 5242, p. 97; cf. Grut. 1019, 11 et Murat. 2010, 3. 4.

§ 36. adde titulum Cuiculitanum a Borghesio mecum communicatum:

7414 a β. IOVI OPTIMO MAXIM ‖ CETERISQVE DIS ‖ IMMORTALIBVS ‖ GRATVM REFERENS ‖ QVOD ERASIS FVNDITVS ‖ SIBVS[1]) SECVNDA PRAEDA ‖ FACTA SALVVS ET INCOLVMIS ‖ CVM OMNIB · MILITIBVS ‖ DD · NN · DIOCLETIANI · ET ‖ MAXIMIANI AVGG ‖ REGRESSVS ‖ AVREL · LITVA V · P · P · M · C[2]) ‖ VOTVM LIBENS POSVIT —

1) HOS†BVS, corr. B. 2) *Vir Perfectissimus Praeses Mauretaniae Caesariensis*. — Cf. 7414 γ et Or. 529.

§ 39. ad n. 5594: immerito Mommsenius novicia iudicavit esse exempla Mesae asservata, quae praeter Philippium etiam de Rossi et vidit et antiqua esse mihi asseveravit. — De duobus exemplis Tarricinensibus disseruit Marinius, *difesa per la serie de' prefetti di Roma del ch. P. Corsini*, Bologna 1772, 4, qui paullo post annum 510 titulum incisum esse docuit, p. 60. De nota Ē minime rara in monumentis illius aetatis cf. l. l. p. 58.

Post n. 5595 adde titulum Capuae (*S. Maria di Capua*) nuper effossum:

7414 a γ. · · · · · · · · IISCI[1]) ‖ · · · · · · PLM ‖ ANNVM VNVM M OC‖TO DEPOSITVS SVB ‖ DIE NONV KAL IVNIA‖S IMP DN IVSTINO PP ‖ AVG ANNO QVARTO ‖ ITERVM PC EIVSDEM ‖ AVG ANNO TERTIO *[2]) — Bull. Nap. N. S. IV, p. 38.

1) l. *requiescit*, Minervini. 2) cf. I. N. 3896 et 3897. — Spectat ad annum 569, Min.

CAPVT IV. DII IMMORTALES.

§ 1. ad n. 5633 a: pro *Calibitae* scribe *Calybitae.*

Post n. 5635 adde titulum Pisauri nuper effossum, quem de ectypo chartaceo a Rocchio subministrato descripsit mihique misit Borghesius, in lapide valde evanido de nonnullis litteris non satis sibi constare confessus:

7415. C V L T O R E S · I O V I S · L A T I I [1])
M. FREMEDIVS SEVERVS · ET · BLASSIA VERA PATRONI
IN DEDICATIONE DEDERVNT PANE ET VINV ET · X · S [2])
P SENEKA CORNELIVS PATRONVS · AREAM · D · D ·
M FREMEDIVS IVSTVS ET IVSTINVS SECVNDVS MVRS · Ɔ [3])

L · LVRIVS CLEMEN S	P CEIIENNIVS [4]) LEO
T COSSONIVS SEVERVS	M INSTEIVS PVDEN S
C TEDIVS SALVTARI S	AVGVSTALIS VETV L [5])
· · · · · IIIIII · · · · · ·	T SVEDIVS PROCVLV S
	C · INSTEIVS · · · · · ·
· · · · · · · · · · · · · · ·	· · · · · · · · · · · · · · ·

1) Iuppiter Latius in monumentis epigraphicis antea ignotus. 2) i. e. Ӿsemis. 3) Haec corrupta. 4) Fortasse CESSENNIVS, B.; num CERFENNIVS? 5) Insteius Pudens Augustalis Vetuloniae erat.

Post n. 5369 insere inscriptionem arae fulmine Iovis ornatae, rep. in civitate *Heddernheim:*

7416. IOVI · OLBIO [1]) ‖ SELEVCVS ‖ HERMOCRA‖TVS · [2]) QVI · ET · DIO‖GENES · D · D — Becker, *die R. Inschriften im Gebiete der Stadt Frankfurt a. M.*, p. 12.

1) De Olba Ciliciae et templo Iovis celeberrimo cf. Strabon. XIV, p. 672. 2) i. e. Hermocrateos, B.

Post n. 5650 adde monumenta Lambaesitana, Renier, *Inscr. de l'Algérie* n. 28 et 29:

7416 α. IOVI VALENTI AESCVLAPIO ET SALVTI SILVANO ‖ IMP · CAES · M · AVRELIVS ANTONINVS AVG · PONT · MAX · ET ‖ IMP · CAESAR · L · AVRELIVS VERVS AVGVSTVS ‖ HAS AEDES PER LEG · III · AVG · FECERVNT — Inscriptio in aede Aesculapii et aediculis ad latera eius positis distributa; cf. l. l. n. 28.

7416 β. IOVI VALENTI ‖ D · FONTEIVS FRONTINIANVS ‖ L · STERTINIVS RVFINVS LEG ‖ AVGVSTOR · [1]) PR · PR · COS · DESIG · In aede Aesculapii.

1) M. Aurelii et L. Veri.

§ 3. ad n. 5666: eundem GEMINIVM Capellianum (ita enim scribendum est) habes Grut. 19, 4, neque mihi certe dubium, quin in tabulis honestae missionis Arneth. XI et XII idem legatus Pannoniae commemoratus sit; quod si verum est, sub Antonino Pio eum vixisse et ab adversario Gordianorum omnino diversum esse apparet.

§ 4. ad Or. 1356 adde:

7416 γ. N • AVG ‖ DEO MAR‖TI • SEGOM‖ONI DVNATI [1]) CASSI‖A SATVR‖NINA EX VOTO ‖ V · S · • L · M · • — *Culoz, dép. de l'Ain. Revue archéol.* 1852, p. 315.

1) cf. SEGOMONI CVNTINO; l. l.

§ 10. ad n. 1446: corr. v. 2. DIANAE; v. 3. EISDEM; v. 4. D · S · F · C · Furlanetto, *Iscr. Pat.* p. 18, n. 26; Cavedoni, *Museo del Catajo* p. 108, n. 1511.

Ad n. 5706: suspicionem movent et nomen legionis a me correctum et veteranus miles sevir Augustalis; Romanum saltem monumentum esse nequit, quum Romae Augustales non fuerint.

§ 12. ad n. 5716: ex exemplo meo edidit Fr. Ritschl in indice scholarum in universitate Bonnensi per menses aestivos a. 1855 habendarum, Bonnae 1855, 4, versibusque *ionicis a minore* eum constare demonstravit. Idem optime inscriptionem interpretatus est, de qua minus accurate ipse disputavi in Bull. Inst. Arch. 1854, p. XXXVI. — Not. 3. intellige: *facias me videre R. a dominis*, sc. imperatoribus, *munere et honore auctum* cet.

§ 15. ad n. 5721: cf. p. 163, n. 1 libri laudati, quem opere absoluto et typis expresso tandem accepi. Coniecit tamen magis, quam legit, Renierus ABRECVRAE, quamquam satis probabiliter.

Post n. 5724 adde hos titulos Lambaesitanos:

7416 δ. DEO INVICTO SATVR‖NO SACR P ANTO‖NIVS DONATVS ‖ SACERDOS VNA ‖ CVM ANTONIO DO‖NATO FILIO SVO A SOLO RE‖STITVIT LA — et

7416 ε. FRVGIFERO ‖ SATVRNO ‖ AVG · SAC ‖ TI · TELTONIVS ‖ MARCELLVS ‖ PRAEFEC ‖ LEG III NG · P · V ‖ V · S · L · M — Renier, *Inscr. de l'Algérie* 167. 168.

§ 21. post n. 5749 adde:

7416 ζ. SILVANO PEGASIANO ‖ D · FONTEIVS FRONTINANVS ‖ L · STERTINIVS RVFINVS LEG ‖ AVGVSTOR · PR · PR · COS · DES — Lambaese. Renier, *Inscr. de l'Alg.* 30.

Silvanum Sinquatem v. n. 7416 a.

§ 23. ad Or. 1632: De Severo et Pompeiano II cos disputavit nuper Borghesius *Bull. Nap. N. S.* III, p. 121 seqq. ad hanc inscriptionem Naronae inventam:

7416 η. TEMPLVM LIBERI ‖ PATRIS ET LIBERAE VETVS ‖ TATE DILAPSVM RESTITVIT ‖ COH · I · BLG · ADIECTIS POR‖TICIBVS CVRAM AGENTE ‖ FL · VICTORE 7 LEG · · · AD · P · · · [1]) ‖ SEVERO ET POMPEIANO ‖ II · COS [2]) —

1) l. *legionis adiutricis piae fidelis.* 2) Generi sunt M. Aurelii Aug., Cn. Claudius Severus primum fascibus ornatus anno 163, et Ti. Claudius Pompeianus legatus consularis Pannoniae inferioris anno 167, mariti hic Lucillae, ille Fadillae (cf. ad 5473 corr.), qui iterum consules processerunt anno 173. De singulis cf. l. l.

§ 24. ad Or. 1658: v. 5. l. BARNAI; v. 7. PLOTI · ANTEROTIS; ubique littera T super ceteras litteras eminet; vidit de Rossi in villa Carpinea ad viam Aureliam.

§ 25. adde inscriptionem hanc Lambaesitanam, Renier, *Inscr. de l'Algérie* 103.

7416 ϑ. GENIO CASTRORVM ‖ LEG · III · AVG · PRO ‖ SALVTE ET INCOLVMITATE · DD · NN ‖ IMPP ////////////////////// ‖ ////////////////////////////// 1) ‖ M AVREL DECIMVS ‖ V P P P · N · 2) EX · PRIN‖CIPE PEREGRINO‖RVM VOTVM ‖ SOLVIT DEVO‖TVS *numini maies*‖TATIQVE EIVS 3)

1) Nomina erasa Diocletiani et Maximiani sunt; cf. 6922. 2) *Vir Perfectissimus Praeses Provinciae Numidiae.* 3) Verba minoribus litteris indicata ad erasam quandam inscriptionem priorem pertinent, R.

§ 27. ad n. 5802: scr. *ΑΕΣΗΟΙΝΗ.*

§ 35. ad n. 5862: inscr. Graecae v. 3. *ΣΕΞΤΟΣ;* inscr. Lat. v. 3. recte MENIS; cf. Renier, *Mél. d'épigr.* p. 129 seqq., qui *menis magistrum* deum pro *menotyranno* dictum esse non sine probabilitate suspicatus est, de inscriptione autem Vario Marcello tribuenda et omnino ad Severum referenda ingeniosius quam verius disputavit.

§ 36. post n. 5902 insere sequentes inscriptiones Lambaesitanas:

7416 ι. DIS MAVRIS ‖ AVG SACR ‖ L · FLAVIVS ‖ M · FIL · QVR ‖ GEMINVS ‖ KALAMA ML ‖ |LEG III| AVG ‖ V · S · L · A — Renier, *Inscr. de l'Algérie* 149.

7416 κ. MEDAV‖RO AVG ‖ *Sacru*M — l. l. 153.

7416 λ. MOENIA · QVI · RISINNI · 1) AEACIA · QVI · COLIS · ARCEM ‖ DELMATIAE · NOSTRI · PVBLICE · LAR · POPVLI · ‖ SANE MEDAVRE DOMI ESNCTE 2) HC NM TEMPLA QVOQ ISTA ‖ VISE · PRECOR · PARVA · MAGNVS · IN · EFFIGIA · ‖ SVCCVSSVS · LAEVA · SONPES · 3) CVI · SVRGIT · N · AVRAS ‖ ALTERA · DVM · LETVM · LIBRAT · AB · AVRE · MANVS ‖ TALEM · TE · CONSVL · IAM · DESIGNATVS · IN · ISTA ‖ SEDE · LOCAT · VENERANS · ILLE · TVVS ////////////// 4) ‖ NOTVS · GRADIVO · BELLI VETVS · AC · TIBI · CAESAR ‖ MARCE · IN · PRIMORI · PATRVS · VBIQVE · ACIE

ADEPTO · CONSVLATV ////////////////////////// 4) ‖ TIBI · RESPIRANTEM · FACIEM · PATRII · NVMINIS ‖ HASTAM · EMINVS · QVAE · IACVLAT · REFRENO · EX . EQVO ‖ TVVS · MEDAVRE · DEDICAT · MEDAVRIVS · — l. l. 36.

1) Est *Rhizinium* Delmatiae; cf. Forbiger III, p. 842. — Idem (II, p. 859) *Medaurum* civitatem fuisse Numidiae, quae vulgo *Admedera*, *Ammedera* vocatur, ex inscr. Grut. 600, 10 apparere male credit; *Medaurianus* enim agnomen est *Numidae* Augusti servo ideo inditum, quia antea Medaurio cuiusdam servus fuerat, ipsius, ni fallor, legati hac inscriptione clari. 2) l. DOMI ES·ANCTE. 3) = equus. 4) Nomen dedicantis, legati, ut videtur, legionis III Aug., abrasum. — Habemus igitur deum sive heroem quendam patrium Delmatiae.

7416 μ. MOTMANO ‖ ET ‖ MERCVRIO ‖ SACRVM ‖ Q MANLIVS ‖ VICTOR ‖ 7 LEG III AVG ‖ V · S · L · A — l. l. 160.

§ 36. post n. 5911:

7416 a. DEO SILVANO SINQV[1] ‖ PATERNIVS PRO SA‖LVTE EMERITI FILI ‖ SVI · IOS[2] L M — In basi aerea parvulae statuae rep. anno 1851 in loco, cui nomen est *le Château*, *prope Géromont* in finibus Francogalliae et Belgicae. Jeantin, *les chroniques de l'Ardenne et des Woëpures*, t. I, Paris et Nancy, p. 567.

1) l. SINQV*ati*; v. n. sequentem. 2) l. POS.

7417. DEO SINQVAT ‖ L · HONORATI‖IVS ANVS ‖ V · S · L · M — Lamina aerea affixa basi parvulae statuae, rep. a. 1846 in eodem loco, quo n. 7416 a. Op. cit. l. l.

CAPVT V. RES SACRAE.

§ 2. ad n. 5973, not. 2 fin. nota inscr. Grut. 331, 5 e schedis Knibbii, apud Murat. 1250, 4 e Ligorio datam esse.

7417 α. D M S ‖ AVILLIVS ‖ CELSVS SACER‖DOS SATVRNI ‖ VIXIT AN LXXX ‖ AVILLIA SATVR‖NINA FILIA ‖ P · M · F — Lambaese. Renier, *Inscr. de l'Algérie* 380.

§ 3. 7417 β. D M S ‖ SALLVSTIA VIC‖TORIA SACERDA (sic) ‖ MAGNA V A XCV ‖ MENSIB VII IV‖LIVS FAVSTINVS ‖ ET IVLIA DONATA ‖ MATRI BENE MERENTI — Lambaese. Op. cit. 744.

§ 5. ad Or. 2202: l. 5 pro p. 202 scr. p. 220.

Adde n. 7417 γ. M · LVCRIITIO · FLAM · MARTIS DIICVRIONI POMPIII — Pompeiis, in epistola picta in pariete domus cuiusdam. Bull. Nap. N. S. IV, p. 55.

§ 8. ad Or. 2242: idem Sullinus commemoratur anno 186 in albo Saliorum Palatinorum.

Post n. 6008 insere inscriptionem, quam nescio quo casu ineditam descripsi nuper haud exiguo cum labore in Museo Vaticano:

7418. D · M · IN · HOC · TVMVLO · IACET · CORPVS ‖ EXANIMIS (sic) · CVIVS · SPIRITVS · INER DE‖OS · RECEPTVS · EST · SIC · ENIM MERVIT ‖ M VLPIVS MAXIMVS EQVES ROMANVS QVI ET ‖ LVPERCVS CVCVRRIT[1] VIVS[2] LOCI REFRIGE‖RAT[3] CVIVS FAMA IN ETERNA (sic) NOTA EST ‖ QVI VIX ANN · XL · MENSIB · III · DIES · XXVIIII · ‖ · · · · · · IESIS · CONIVGI · INCONPARABILI ‖ · · · · · · · · TISSIMO MARITO MEO QVI · VI ‖ XIT MECVM PLVS · MINVS ANNOS · XVIII · IN QVO ‖ NVLLA QVERELLA ABVIT CVM BIXIT BIXIT (sic omnia) ‖ VBI DEFVNCTVS ES (sic) MALE BIXI ‖ · P · —

1) Nota verbum currendi huius sacerdotii proprium. 2) i. e. *huius*. 3) Incertum, utrum T, an S in marmore fuerit.

Post § 9. adde § 10: *fratres Arvales.*

7419. . . . . . T SEXTIVS · AFRICANVS · AEL*ius* · *lamia* · *m* · *valerius* [1])
*m*ESSALLA
IIII · K · IVLIAS · INCAP*itolio* · *l* · *vitellius* · *magister* [2])
*co*NLEGI · FRATRVM · ARVALIVM · N*omine* · *vota* · *nuncupavit* · *pro valetudine* [3])
*ne*RONIS · CLAVDI · DRVSI · GERMA*n* · *caes* · *praeunte* · · · · · *in e* · *v* · *q* · *i* · *s* · *s* [4])
*iu*PPITER · OPTIME · MAXIME · TE · PR*ecamur* · *atque* · *obsecramus* · *uti*
*t*V · NERONEM · CLAVDIVM · SVBO*lem* · *agrippinae* · *aug* · *imp. claudii* · *germ* ·
*d*IVINI · PRINCIPIS · PARENTISQVE · *publici* · *filium* · *princ* · *iuvent* · *salvom* · *incolu* [5])
*m*ENQVE · CONSERVES · ET · INRELIQ*uom* · *malae* · *valetudinis* · *primo* (sic)
QVOQVE · TEMPORE · PRAESTES · EX*pertem* · *quae* · *si* · *ita* · *sunt* · *eruntve* · *astu* · *ea* · *ita*
*f*ACXSIS · TVM · NOS · TIBI · BOVE · AVR*ato* · *vovemus* · *esse* · *futurum* [6])
*iu*PPITER · OPTIME · MAXIME · QVAE · I*n verba* · *tibi* · *b* · *a* · *vovimus* · *esse* · *futurum*
QVOD · HODIE VOVIMVS · ASTV · EA · IT*a* · *facxsis* · *tum* · *nos* · *in eadem* · *verba*
QVOD CONLEGIVM · FRATRVM · AR*valium* · *hodie* · *vovit* · *b* · *a* ·
*ti*RI · VOVEMVS · ESSE · FVRVM (sic)
*iu*NO REGINA · QVAE IN VERBA · IOV*i* · *optimo* · *maximo* · *b* · *a* · *vovimus* · *esse*
*f*VTVRVM · QVOD · HODIE · VOVIMV*s* · *astu* · *ea* · *ita* · *facxsis* · *tum* · *nos* · *tibi* · *in e* · *v*
*c*ONLEGI · FRATRVM · ARVALIVM · NO*mine* · *bove* · *aurata* · *vovemus* · *esse* · *futurum*
*mi*NERVA · QVAE IN VERBA · IVNONI · *reginae* · *b* · *a* · *vovimus* · *esse* · *futurum* · *quod*
*h*ODIE · VOVIMVS · ASTV · EA · ITA · FAC*xsis* · *tum* · *nos* · *tibi* · *in eadem* · *verba* · *conlegi*
*frat*RVM · ARVALIVM · NOMINE · BOV*e* · *aurata* · *vovemus* · *esse* · *futurum*
*sa*LVS · PVBLICA POPVLI · ROMANI · Q*uiritium* · *te* · *obsecramus* · *preca* [7])
*m*VRQVE · VTI · TV · NERONEM · CLAV*dium* · *subolem* · *agrippinae* · *aug* · *imp* · *claudii*
*g*ERMANICI · DIVINI · PRINCIPIS · *parentisque* · *publici* · *filium* · *princ* · *iuvent*
*s*ALVOM · INCOLVMEMQVE · CON*serves* · *et* · *in reliquom* · *malae*
*v*ALETVDINIS · PRIMO · QVOQVE · *tempore* · *praestes* · *expertem* · *quae* · *si* · *ita* · *sunt*
*e*RVNTVE · ASTV · EA · ITA · FACXSIS · TVM · *nos* · *tibi* · *b(ove)* · *a(urata)* · *vovemus* · *esse* · *futurum*
IN CONLEGIO · ADFV*erunt*
· · · · AIICI. *[m]*SSILA [8]) . . . .

— Fragmentum actorum collegii fratrum Arvalium Romae erutum, nunc in Museo Capitolino. Melchiorri, *appendice agli atti de' fratelli Arvali di G. Marini, Roma* 1855, 4 (opus postumum). Ipse vidi et paucis locis correxi.

1) cf. Mar. Arv. XIV, XV, XVI, XVII a, XVII b, et p. 105 de Sextio Africano (Tac. Ann. XIV, 46). Aelium post hunc commemoratum Melchiorrius ex sententia Borghesii Aelium quendam Lamiam esse censet, p. 5. 2) Dies *iiii kal. iulias* quum in ceteris actis fratrum Arvalium nunquam commemoretur, extra ordinem collegium

convenisse ac vota singulari quadam oblata occasione nuncupasse apparet; quapropter editor ad vota pro *adoptione* Neronis Caesaris nuncupata tabulam pertinere suspicatus est. At melius verba cum sententia Mommsenii conspirant, qui vota pro *valetudine* Neronis nuncupata esse censuit. — Messallam ab initio versus eiusdem obvium M. Valerium M. consulem anni 58, magistrum vero collegii in fine desideratum L. Vitellium esse putat, quem tabula Mariniana XI eo magisterio functum esse sub Claudio imperatore docemur. 3) Ita Mommsenius, cui supplementa quoque debentur versuum 9. 10 et 25. 26. 4) Supplementa Melchiorrii, quamquam ceterorum versuum modum paullulum excedunt, vera tamen videntur esse; quae verbis per compendia notatis breviora reddere conatus sum. 5) Nota titulum *divini principis* hoc documento primum obvium: *parentis publici* nomen habes Mar. Arv. XIII. XXVIII et p. 90. — Titulum *principis iuventutis* ipse addidi vv. 8 et 24. — 6) Melchiorrius voce *aurato* versum terminat, eam cum *esse furum* v. 15 fortasse ratus coniungendam esse, versumque 12 voce *In verba* explet; sed parum bene sermonem tum procedere patet. Quamobrem ipsum votum equidem credidi repetitum versusque sequentes ea ratione supplendos esse, qua feci. In his nota errore quadratarii scriptum *tiri*, *furum* pro *tibi*, *futurum*. 7) Melch. supplevit: *Quae . in . verba . Minervae . voeimus . b . a . esse . futurum . te . obsecrumus . precamurque*, et in v. 27: *tum . nos . tibi . in eadem . verba . conleg . fr . arv . nomine . b . a . vovemus . esse . futurum*; quibus verbis versus ceteris multo longiores fieri nemo est qui non videat. Praeterea ipsa verba, in quae vovetur, quum denuo proferantur (*uti — eruntve*), formulae de Iunone et Minerva usitatae in Salute publica locus esse nequit. Immo redeundum esse videtur ad ea verba, quibus votum continetur Iovi nuncupatum, nisi quod pro *bove aurato* ponendum erit *bove aurata*. — Q litteram *Quiritium* nominis vestigium esse credidi, licet in ceteris monumentis fratrum Arvalium *Salus publica populi Romani* simpliciter appellata sit. 8) Male Melchiorrius legit AEL et LLA, *Aelii* et *Messallae* nomina hic exstare ratus. Mihi de prioribus litterarum fragmentis non plane constat num littera quarta re vera fuerit C, neque igitur decidere ausim de nomine iis indicato. Pro *Messalla* contra legendum est *iuniVS SILAnus*; cf. Marin. VIII. IX. — Nota litteram Claudianam Ⅎ raro admodum in tabula nostra positam.

Ad n. 7419 *a*. 1) Commodus quintum consul processit anno 186, sextum anno 190, unde recte R. aetatem fragmenti his annis circumscribi declaravit. 2) Omisi *et* particulam ab Rossio ante DIVI admissam. — PRQ est *Populi Romani Quiritium*. 3) Hoc versu praenomen *Gaio* fuisse docemur Arrio Antonino n. 6485. — M. Antonium Iuvenem habemus Mar. Arv. XXXII. XXXIII. 4) De L. Novio Rufo cf. Borghesium l. l. p. LIII, qui anno 193 eum legatum Pertinacis fuisse Hispaniae Tarraconensis inscriptione Grut. 209, 1 probat; anno 197 ut amicus Albini a Severo interfectus est (Spart. Sev. 13). Hinc Borghesius Rufum ducem fuisse suspicatur factionis Albinianae in Hispania, quam a Candido devictam esse scimus; cf. ad Or. 798. De consulatu eius nihil constat nisi quod de ipso fragmento proposuimus. 5) Errore quadratarii *segmetatis* pro *segmentatis*. 6) Pertinax iunior filius eius, qui postmodum imperavit, tum praefecti urbi. — Flavium Sulpicianum pro eodem cum Fl. Claudio Sulpiciano socero Pertinacis Rossius habet.

7419 α.

I · · ISI · · · · · · ·

· · · · *iovi · o · m · bovem · marem* · IVNONI RE*ginae bovem feminam*
saluti · bovem · feminam · iSDEM COS · · · *idus · ianuarias*
*in pronao · aedis · concordiae · fratres · arv*AL · SACRIFIC · DEAE DIAE IN*dixerunt*
ibique . T. Fl. Sulpicianus · promagister · velato CAPITE CONTRA ORIENTEM S*ub divo · columine*
*quod · bonum · faustum · felix · fort*VNAT · SALVTAREQ · SIT IMP CAES M · A*urelio · commodo*
*anton'no · aug · pio · sarm · germ · max · p · m ·*PP COS V · OPTIMO MAXIMOQ · PRINC*ipi · divi · marci* [1])
*antonini · filio · divi · ant*ON · PII NEPOTI · DIVI HADRIANI · PRO*nepoti · divi*
*traiani · parthici · abnepo*T DIVI NERVAE ADNEPOTI SENATVI · P R Q *fratribusque* [2])
arvalibus · sacrificium · DEAE DIAE HOC ANNO ERIT . ANTE DIEM VI K · IV*nias · romae*
ante · diem · IIII · kal · iunias · iN LVCO ET DOMI · III · K · IVN · CONSVMM · DOMI · AD*fuerunt*
*in collegio · t · flavius · sulpici*ANVS · PRO MAG · C · ARRIVS ANTONINVS · M · ANTO*nius · iuvenis* [3])
· · · · · · · · · · VOL NOVIO RVFO COS VI K IVN*ias* [4])
in palatio · in divorum · PER PROMAG · FL · SVLPICIANVM FRATR . AR*vales · prae*
*textati · sacrificium · deae · di*AE TVRE ET VINO FECERVNT · IBIQVE D*iscumbentes*
*toralibus · segm*ETATIS MINISTRANTIB · PVERIS PATR*imis · et · ma* [5])
*trimis · senatorum · filii*S ACILIO AVIOLA ET · ACILIO SEVERO E*t m · ulpio · boetho* (?)
*et · helvio · pertin*ACE IVN · CVM PVBLIC · AD ARAM RE*tulerunt* [6])
adfuerunt · in · collegio · t · fl. sulpicianus · promag · m · antonius · iuvenis · · ·

— Fragmentum actorum fratrum Arvalium rep. Romae in Aventino ad D. Sabinae. Bull. Inst. Arch. 1855, p. LII. Supplementa sunt Ioannis Baptistae de Rossi; cf. imprimis Marin. Arv. tabb. XXXII et XXXIII.

§ 20. post n. 6061:

7419 β. C · POMPONIVS · ZOTICVS · COLLEGIO ‖ APOLLINARIO D · D — Cumis in vase aereo Bull. Nap. N. S. IV, p. 51.

§ 24. ad n. 6110: habes nunc delineatum et aeri incisum in Annalibus Instituti Arch. 1854, p. 83.

Ad n. 6115: Mommsenii explicatio non placet; neque enim accusativus vocis *Danaës Danaënen* esse potest, nec sensus verborum convenit. Mihi *Danaë* vocativus est, *habes* autem male pro *habeas* scriptum, ita ut *Danaae* hostia a Sotericho offeratur, qua manes eius placentur, ne uxorem Eutychiam rapiant.

§ 25. ad n. 6123: v. ult. corr. Renier, *Mél. d'épigr.* p. 252: QVI DI‖ES POST BIS VI K FVIT, anni bissexti mentionem in hac inscriptione exstare demonstrans.

CAPVT VI. LVDI. RES SCENICA CET.

Post n. 6153 adde:

7419 *γ*. .... ‖ DIVISIONES RELIQ .... CONSENTIENTE PLEBe ‖ IN MVNVS GLADIATORIVM ET SAEPTA LIGNEA ‖ INPENDERE ITA VT DEDICATIONE STATVAE ‖ IMP ANTONINI AVG PIÍ PP EDITIO INCHOETVR ‖ ET EODEM DIE OMNIBVS ANNIS CELEBRETVR ‖ DVM EA QVAE LEGIBVS PLEBÍSVE SCITIS ‖ SENATVSQVE CONSVLTIS CAVTA COMPRE‖HENSAQVE SVNT SERVENTVR — Rep. in loco, cui nomen est *Calorretta*, prope *Saluzzo*, nunc Augustae Taurinorum. Muletti, *Saluzzo* p. 28; Durandi, *città di Pedona* p. 106; Vernazza, *lapide romana spiegata*, cet. Ipse descripsi; neque tamen de litteris mutilis in medio v. 1 plane mihi constat.

7419 a. DIVO PERTINACI ‖ AVG · PATRI [1]) ‖ L · SCANTIVS · L · FIL · QVIR ‖ IVLIANVS · EQ · PVB ‖ EXORNATVS STATVAM ‖ QVAM PROMISIT ‖ EX REDITIBVS LO‖CORVM AMPITHE‖ATRI (sic) DIEI MVNERIS ‖ QVEM DE LIBERA‖LITATE SVA OB HO‖NOREM IIIVIRA‖TVS EDIDIT DEDIT — Constantinae. Renier, *Mél. d'épigr.* p. 182.

1) sc. Severi Augusti.

7419 b. CVRANTE FVLVIO ‖ AEMILIANO C V [1]) ‖ LOCA QVAE IVLIVS IANV‖ARIVS [2]) REIP DONAVERAT ‖ CENTONARI SVO IMPEN‖DIO RESTITVERVNT — Lugduni. Boissieu, *Inscr. de Lyon* p. 466, et ex eo Renier, *Mél. d'épigr.* p. 10.

1) Idem cum n. 3134, diversus autem a n. 6486; cf. *Addenda* ad hunc titulum.
2) Cf. Maff. M. V. 312, 1 = Boissieu l. l.: LOCA N D IN CIRC ‖ SEX . IVL . IANVARIVS ‖ AEDIL DAT.

Post n. 6160 insere:

7419 b *α*. HYPOLITVS ‖ SEPTIMII ‖ SP · K · IAN ‖ M · LOLLIO · COS [1]) — Romae. Descr. ipse.

1) Spectat ad a. 733 = 21 a. Chr.; cf. Dion. 54, 6.

Ad nn. 6162. 6163: consules fuerunt Sentius Saturninus anno 735 = 19, imp. Caesar Aug. X et C. Norbanus a. 730 = 24. — N. 6163 spurium indicat Mommsenius auctoritate Marinii, neque tamen, ubi

hanc tesseram condemnet, invenire mihi contigit, nec rationes perspicere, quibus adductus falsam eam reputare possim. Num Mommsenius fallitur, tesseram una cum nostra editam (I. N. 6304), quam re vera condemnavit Marinius Arv. 26, cum hac confundens? — Nota tamen SPECT pro SP scriptum.

Post n. 6173 adde:

7419 c. D · M ‖ PAERAEGRI (sic) ‖NO MVRMIL‖LONI PRISCA‖ COIVX PRIMO ‖ PALO [1]) BENE ‖ *merenti* — Rep. prope Puteolos, neque tamen certum, num Puteolis an Cumis tribuendus; exstat Neapoli apud Baronem antiquarium. Bull. Nap. N. S. III, p. 95.

1) Cf. Or. 2572. Nomen *primi pali* a *palo* deducendum esse, quo gladiatores exercebantur, exposui in explicatione musivi in villa Borghesiana asservati, p. 37 (in Actis acad. pont. archaeol. Rom.).

Or. 2596 spurius est.

Ad Or. 2643 cf. Minervinium, Bull. Nap. N. S. IV, p. 4 seqq. et p. 49. Cf. etiam nostros nn. 7421 $\alpha-\gamma$.

CAPVT VII. MATRIMONIVM.

7419 c α. D M S ‖ IVLIA FORTV‖NATA V A XXVIII M‖X CVM SPONSO SVO · ‖ ANN XII V CORNIFIC ‖ FORTVNATVS MENS LEG ‖ III AVG SPONSAE SVAE ‖ KARISSIMAE FECIT — Lambaese. Renier, *Inscr. de l'Alg.* 564.

7419 c β. D M ‖ CASSIAE ‖ FAVSTINAE ‖ PVPAE V A IV ‖ CASSIA RVF‖INA FIL · P · FEC — Ibd. Op. cit. 497.

7419 c γ. D M ‖ CL · BACVLO QVI ‖ VIXIT ANN V ET DI‖ES XXX TELTONIVS ‖ EROSION COLL‖ACTITIO DVLCISSI‖MO FECIT — Ibd. Op. cit. 509.

CAPVT VIII. NOMINVM RATIO.

Ad n. 6212: cognomina tunc praesertim ante nomina ponebantur, quum pluribus cognominibus aliquis utebatur.

N. 6227 est iam n. 5395, ubi v. in *Corrigendis*.

Ad n. 6239: certum exemplum praenominis *Gaiae* hoc repperi:

7419 c δ. D M S ‖ C · ANNIAE ‖ MAXIMINE ‖ VIXIT ANIS (sic) ‖ XXXIII — Lambaese. Renier, *Inscr. de l'Alg.* 301; nam in alio monumento Lambaesitano, op. cit. 727, cognomen potius est praenominis instar ante nomen collocatum:

7419 c ε. D · M ‖ GAIAE · IVLIAE ‖ C · IVLI · CELERIS ‖ FILIAE · VIXIT ‖ ANNOS · XVI · DIES · II ‖ C · IVLIVS · FLACCVS ‖ CONIVGI PIENTISSIMAE ‖ AC DE SE BENE MEREN‖TI · ITEM · C · IVLIVS · CE‖LER · PATER · FILIAE · PI‖ENTISSIMAE FECE‖RVNT · — (cf. ad n. 6231.)

Ad n. 6246: nomen *Iulii* et *Iuliae* per compendium I expressum habemus nunc etiam in titulis Lambaesitanis, op. cit. 730 et 868:

7419 c ζ. D · M · ‖ I · DEMETRIAN‖VS · MIL · LEG · III ‖ AVG · VIX · AN ‖ XXV · FRATRES ‖ B · MERENTI ‖ FECERVNT — et

7419 c η. D M S ‖ I · MAXIM‖A · V · AN · VII ‖ II · PATER · IN ‖ FECIT —

Eosdem autem consules exstare in fragmento actorum Arvalium Mar. II, et suffectos esse anno 774. Ipsas litteras in Ann. Inst. Arch. 1855 mox publicandas curabo. — Quod deinde in fastis Capitolinis nomina suffectorum abrasa esse dixi, id minus accurate proposui. Abrasa enim re vera pars prior versus est, neque tamen suffectorum nominibus ibi spatium sufficiebat; praeterea collatis fastis annorum praecedentium facile concesseris, minime fieri potuisse, ut hoc quidem loco suffecti signarentur. Quapropter ibi quoque nomina *Caecina Largus* incisa fuisse conieci, deleta tum, quum effigies eius consulto senatus aboleretur; Tac. Ann. XI, 35. — Not. 5. quae de praenomine Pomponii Graecini Borghesius olim litteris mihi significavit, parum recte disputata erant; nam inscriptio Fabrettiana 701, 224 ad consules pertinet anni 797 = 44 p. C.; conf. Borghesium, Bull. Inst. 1848, p. 41 et n. 6445, not. 7. Nihil igitur obstat, quin Graecinus Scribonio Kalendis Iuliis suffectus esse credatur. — Not. 6. Nihilo minus *Caelium* verum hominis nomen fuisse, nunc videtur constare titulo n. 7419 d β contra auctoritatem Dionis et fastorum Lunensium. Inscriptio Maff. M. V. 353, 1 Antoninio debetur; cf. Mommsen, I. N. 20.* — Nuper in Actis acad. pont. arch. vol. XIV. Grifi, *iscrizione antica dell' Auriga Scirto*, tab. III, fragmentum parum accurate edidit.

7419 d β. (Anni ab U. c. 766 — 778.)

CARISIANESIS . Ↄ . L
SCIRTVS . AGITATOR . FACTION . ALBAE

L · MVNATIO · ET · C · SILIO · COS · QVADR ·	VIC · I · SEC · I · TER · I
SEX · POMPEIO · SEX · APPVLEIO · COS ·	VIC · I · SEC · I · TER · II
DRVSO · CAESAR · C · NORBANO · COS ·	VIC · I · SEC · II · TER · V
SISENNA · STATILI · L · SCRIBONIO · COS ·	VIC · II · R · I · S · V · T · V
C · CAELIO · L · POMPONIO · COS ·	VIC · II · R · I · S · IIX · T · VI
TI · CAESARE · III · GERMANICO · CAESAR · II · COS	SEC · VII · TER · XII
M · SILANO · L · NORBANO · COS	R · I · S · V · TER · V
M · VALERIO · M · AVRELIO · COS	SEC · III TER · IIII
TI · CAESARE · IIII · DRVSO · CAESAR · II · COS	SEC · II · TER · V
D · HATERIO · AGRIPPA · ET · SVLPICIO · COS ·	SEC · III TER · IV
C · ASINIO · C · ANTISTIO VETERE · COS ·	R · I · S · I · TER · V
SER · CORNELIO · CETHEGO · L · VISELLIO · COS ·	SEC · I TER · IIII
COSSO · CORNELIO · LENTVLO · M · ASINIO · COS ·	TER · II

SVM · SVM · QVADR · VIC · VII · REVOC · IIII · SEC · XXXIX · TER ·
LX · [1]) ET · IVSTITIALE · I · SEIVGES · II

Rep. Romae, in via Latina. Grifi, l. l. tab. II. Videre mihi non licuit. De singulis vide in Annall. modo laudatis.

1) SVM*ma* SVM*marum* QVADR*iga* VIC*it* VII, REVOC*atus* IIII. SEC*undas (tulit)* XXXIX. TER*tias (tulit)* LX. Hinc explica notas in titulo obvias. Quid IVSTITIALE sit, equidem ignoro.

7419 d γ. (Anni U. c. 771 et 772.)



Fragmentum hucusque ignotum, quod in codice Pighii Berolinensi repperi, loco non indicato. Illustravit Borghesius in Bull. Inst. Arch. 1856. Hic repetii propter praetores in eo commemoratos, quos *praetores aerarii* esse ex Or. 3128 apparet. Inde B. fastos esse collegit cuiusdam suspicatus est cum aerario coniuncti.

Ad n. 6453: fieri potest, ut interpolata inscriptio sit; quam totam spuriam esse haud facile credam, quum honorum series optime se habeat.

Ad n. 6456 a: de rebus cf. nunc Bull. Inst. Arch. 1855, p. XXIV.

§ 7. ad Or. 3186: Smetius 67, 3 et cod. Vat. 5253, p. 52 solos versus 8 priores et fragmenta quaedam versus 9. exhibent; quibus male a Boissardo partem inferiorem alius cuiusdam tituli adglutinatam esse, ipso bello Germanico anni 168 expeditioni Armeniacae anni 163 anteposito facile intelligitur. Ceterum *Laeliano* legendum est (Borghesi).

Ad n. 6472: I. B. de Rossi, *Nicomaco Flaviano* p. 61, n. 1 (Ann. Inst. Arch. 1849, p. 351) ex cod. Vat. 5253, p. 158 priores duos versus inscriptioni mutilae ab Aldo Manutio adiunctos esse affirmat; reliqua pars exstat in Museo Capitolino.

Ad n. 6476: not. PALASS mihi cognomen est Panckarii per compendium expressum.

Ad n. 6485: editus circa idem tempus, quo a Borghesio et Mommsenio, amplissimoque instructus commentario ab A. W. Zumptio, qui et ipse Arrio Antonino titulum tribuendum esse recte invenit; Comment. epigr. II, p. 3—70. — Praenomen Arrio fuisse *Gaio*, iam constat e fragmento tabulae Arvalium n. 7419 α.

Ad n. 6486: Renier, *Mél. d'épigr.* p. 40 titulum ita restituit, ut eundem hunc Fulvium esse reputet cum eo, cui Or. 3134 positus est; id quod parum recte disputatum esse eo mihi probatur, quod pontifi-

catum illi quidem post praeturam, huic iam ante quaesturam datum esse ipsa honorum serie satis elucet; nam quod R. affirmat, sacerdotium *secundum consuetudinem* Romanorum statim post consulatum ante ceteros honores positum esse, eam nego equidem eorum fuisse consuetudinem, quum inter tot exempla Saliorum in hoc certe libro obvia decem (2242. 2285. 3134. 3135. 3782. 5003. 5435. 5447. 5999. 6007.) reppererim, quibus sacerdotium eo loco recensetur, quo in serie honorum re vera positum erat. De quattuor aliis (560. 2243. 2245. 4495) nihil constat, quum vel sola sacerdotia iis commemorentur, vel unus addatur magistratus. In n. 2761 sacerdotia ab initio tituli ante omnes honores collocantur. Ita solus titulus n. 6006 cum sententia Renieri conspirat; de n. 2151 enim certum iudicium non pronuncio, quum ad praetorem pertineat. Saliorum autem exempla ideo proposui, quia eo sacerdotio iuvenes functos esse constat patrimos et matrimos, qui impetrato alio quodam sacerdotio illo se abdicare tenebantur, ita ut de Saliis tantum certi aliquid affirmare possimus.

Ad n. 6487: ab hac inscriptione edenda tunc, quum librum conscriberem, abstinendum esse credidi, quia ipsum Melchiorrium eam mox editurum esse noveram; quem quum litteris et amicis nuper morte ereptum adhuc lugeamus, nihil nunc obstat, quo minus monumentum dudum a Borghesio mecum communicatum publici iuris faciam:

7420. C · SABVCIO · C · F · QVIR · MAIORI ‖ CAECILIANO · COS ‖ SODALI · AVGVST · CLAVDIAL · PROCOS · PROV ‖ ACHA · LEG · AVG · PR · PR · PROV · BELGICAE ‖ PRAEF · AERARI · MIL · LEG · IVRID · PROV ‖ BRITANNIAE · IVRID · PER · FLAMIN · ET ‖ VMBRIAM · CVRAT · VIAE · SALAR · ET ‖ ALIMENTORVM · PRAET · CANDID · TR · PLEB ‖ ....

Post n. 6489 insere:

7420 *a*. L · NOVIO · CRISPINO ‖ MARTIALI · SATVRNINO ‖ COS · DESIG · LEG · AVG · PR · PR ‖ PROVINCIAE · AFRICAE · 1) PROCOS · GALLIAE ‖ NARBONENSIS · LEG · AVG · LEG · I · ITALICAE ‖ LEG · AVG · IVRIDICO · ASTYRIAE · ET · GALLAECIAE ‖ PRAETORI · TRIB · PLEB · QVAESTORI · PRO · PRAET ‖ PROVINCIAE · MACEDONIAE · TRIB · MIL ‖ LEG · VIIII · HISP · IIII · VIRO · VIARVM ‖ CVRANDARVM · SEVIRO · EQ · ROMANORVM ‖ VETERANI LEG · III AVG ‖ QVI · MILITARE · COEPERVNT · GLABRIONE ‖ ET · TORQVATO · ITEM · ASIATICO · II · ET · AQVILINO · COS 2) — Lambaese. Renier, *Inscr. de l'Alg.* 19.

1) Numidiam rexit sub Antonino Pio trib. pot. X et XI (l. l. 17. 18), i. e. annis 147 et 148, ita ut anno 146 C. Prastinae Messallino cos. 147 successisse videatur (l. l. 10. 11). Ipse igitur anno 149 fasces gessisse credendus est. 2) i. e. annis 124 et 125.

Ad n. 6502: vv. 10. 11. correxit Renier, *Mél. d'épigr.* p. 81. *dilect. per* ‖ AFRICAM · MAVR*etanias*, recte opinor; neque enim *legato*, quem equidem admisi, nec *comiti* ibi locum esse facile constat. — Idem

l. l. p. 75. titulum affert patris fortasse Caesernii, quem propterea hic proponendum esse censui, quia *missus* dicitur *ad dilectum iuniorum* cet.

7420 a. T · CAESERNIO · · · F · PALAT · STATIO ‖ QVINTIO · STAT*ia*NO · MEMMIO · MA‖CRINO · COS · SOD*al*I · AVGVSTALI · LEG · PR · PR ‖ PROVINCIAE · AF*ri*CAE · LEG · LEG XIIII · G · M · V[1] ‖ MISSO · AD · DILEC*tu*M · IVNIORVM · A · DIVO ‖ HADRIANO · IN · R*e*GIONEM · TRANSPADA‖NAM ·[2] TR · PL · QVAE*st* · CANDIDATO · DIVI · HADRIANI ‖ COMITI · EIVSDEM · I*n ori*ENTE · XV · VIRVM · (sic) STLITIB ‖ I*udican*DIS ‖ D · D · PAT*rono* · *iiii* COLON P · P — Constantinae. Renier, qui bis titulum exscripsit, *praeturam* omissam et pro X*virum* re vera XV*virum* scriptum esse testatur. Eius supplementa recepi.

1) *Geminae Martiae Victricis*. 2) Cf. n. 5478, et *dilectatores*, quos minus recte ex solis praefectis electos esse scripsi ad titulum modo laudatum; cf. praeter n. 6502 inscriptionem n. 6453, quae quamvis interpolata, pro spuria tamen haberi nequit.

N. 6505 = 5575.

Ad n. 6509, not. 2: Titulus Toriniensis nunc exstat in civitate *Saint-Lo*; v. Mommsen, l. l.

Post n. 6521 adde:

7420 a *a*. · · · AELO RVFO FLAM‖*r*IO VE FL PP[1] DVVMVRA‖LCIO DO[2] RP CVRATORI ‖ AD FISCI ADVOCATONES ‖ TER NVMERO PROMOTO ‖ THEVESTNAM HADRVMETI‖NAM THAMVC AD ANNONAM ‖ PERP[3] AEL VICTORNVS ‖ FL PP IIVR E HOR PARTOR AML[4] ‖ IIVR CONCoRDSSIMO — Lambaese. Renier, *Inscr. de l'Alg.* 237.

1) F*L*a*mini* P*er*P*etuo*. 2) Num QQ, *quinquennalicio?* Lapidem enim valde detritum esse asserit R. 3) R. THAMV*gadinam*, C*uratori* AD ANNONAM PERP*etuo*; sed melius credo coniungi THAMVC = THAMV*gadinam* vel THAMVGAD*inam*, nisi potius in voce ANNONAM ipsa latet terminatio adiectivi *Thamugadinam*. Quod si minus placet, *ad annonam* credo simpliciter dictum esse pro *procuratore annonae*. 4) A MIL*itiis*, R.

N. 6525 = 5412.

CAPVT XI. OFFICIA MINORA.

Ad n. 6567: lapidem nuper cum Hübnero in amphitheatro Flavio ipse inspexi et Borghesium quidem nomen Carini, Feam vero · · · SV · · · TABVL recte legisse cognovi.

CAPVT XII. LOCA PVBLICA. OPERA PVBLICA.

Ad n. 6579, not. 1. pro *militum* supple M*unici*PVM.

Ad n. 6601: postea vidi ectypum chartaceum. Titulus litteris magnis et pulchris altioris antiquitatis exaratus est. Recte conieci *Rutilus*, sed omissa est nota *quaestorum*; versus enim duos priores ita scribe:

M · SAVFEIVS · M · F · RVTILVS
C · SAVFEIVS · C · F · FLACVS Q

N. 6608 nunc melius exhibetur a Reniero, *Inscr. de l'Alg.* 131: TABVLAR‖VM PRINC ‖ *cu*M IMAG ‖ DOMVS DI‖VINAE R*e*‖NO-

VATVM ‖ aB VLPIO ‖ aNTONiNo ‖ pRINC · Et ‖ OPTIONes ‖ COH PRim ‖ ET ADIVtor ‖ DE SVO FeCERVNT ‖ M AVRELIVS AVRELIANVS PP [1]) — Lambaese, *„au praetorium, sur deux fragments de schola, comprenant: le premier, le pilastre de gauche, relativement au spectateur, et une partie de la face principale; le second, une autre partie de la face principale."* R. Hoc fragmentum nimis mutilum omisi.

1) Sic intellige: *tabularium principalium cum imaginibus domus divinae renovatum ab Ulpio Antonino, principales et optiones cohortis primae* (sc. legionis III. Aug.) *et adiutores de suo fecerunt. M. Aurelius Aurelianus primus pilus* (sc. eiusdem cohortis). — Renierus vv. 11. 12. cohortem quandam PRaETToriam ADIV*tricem* invenisse sibi visus est, plane ignotam; cetera recte interpretatus est.

Post n. 6634 adde hos titulos Lambaesitanos:

7420 a β. IMPP CAESS C VALERIVS DIOCLETIANVS P ‖ F INVICTVS AVG ET M AVRELIVS VALERIVS MAXIMIANVS P F INVICTVS AVG AQVÆDVCTVM ‖ TITVLENSEM AB ORIGINEM VSQVE AD CIVITATEM LONGA VETVSTATE CORRVPTVM ‖ PER AVRELIVM MAXIMIANVM VPPPN [1]) AD MELOREM STATVM ADDITS LIMIS RESTTVERVNT CVRANTBVS AEMILIO LVCINO AVGVRE CVR REI P ET IVLO AVRELIO · 7 · — Ad nymphaeum. Renier, Op. cit. 108.

1) *Virum Perfectissimum Praesidem Provinciae Numidiae.*

7420 a γ. AQVAM TITVLENSEM QVAM ANTE ANNOS ‖ PLVRIMOS LAMBAESITANA CIVITAS INTERVERSO DVCTV VI TORRENTIS AMISERAT ‖ PERFORATO MONTE INSTITVTO ETIAM A ‖ SOLO NOVO DVCTV SEVERINIVS APRONIANVS VP · PPN ‖ PAT · COL · RESTITVIT · CVR · AELIO · RVFO · V · E · FL · PP · CVR · RP — Ibd. l. l. 117. — Ad stativa legionis III. Aug. pertinet haec inscriptio pone praetorium reperta:

7420 a δ. AQVAEDVCTVM ‖ LEG III AVG DIOCLETIANI ET MAXIMIAN AGG ‖ NN MVLTORVM INCVRIA DILAPSVM ET PER LONGAM ANNORVM SERIEM NEGLECTVM INVICTISSIMI AC RESTITVTORES ET PROPAGATORES ‖ ORBIS SVI DIOCLETIANVS ‖ ET MAXIMIANVS AVGG [1]) CVRANTE AVRELIO ‖ MAXIMANO VP PPN ‖ ET CLODIO HONORATO ‖ VE PRAEF LEG EIVSD ‖ IN MELIVS REFORMATVM AD INTEGRITATEM RESTITVERVNT — Op. cit. 109.

1) Nomina imperatorum scalpro deleta, sed leguntur; R.

Nota denique inter monumenta Lambaesitana SEPTIZONIVM commemoratum in fragmento epistylii ad nymphaeum effosso; op. cit. 78.

CAPVT XIII. VECTIGALIA CET.

Post n. 6644 adde:

7420 a ε. D · M · S · ‖ IVLIA · FORTVNATA · VIX · AN · XXVII ‖ MARVLLVS · IVLIANVS ‖ EX · OFF · RAT · HER ·

EIVS ‖ CONIVGI • DVLCISSIME (sic) — Lambaese. Renier, *Inscr. de l'Alg.* 981.

Ad n. 6663: in iis, quae adnotavit Mommsenius, scribe 6905 pro 6915; ceterum titulus mihi etiamnunc videtur sincerus esse, licet exemplum Neapolitanum spurium sit, confictum ex consuetudine falsariorum, qui inscriptiones genuinas in lapidibus incidere, raro novas ipsi sibi excogitare solent.

CAPVT XIV. RES MILITARIS.

§ 1. post n. 6713 insere inscriptionem Lambaese repertam; Renier, *Inscr. de l'Alg.* 784:

7420 a ζ. MEMO‖RIAE ‖ C · IVL · NEPOTIS ‖ DOMO · AMME ‖ DARA · [1]) PED · SNG [2]) ‖ VIX · ANN · XVIII ‖ C · IVL · VERVS · BF ‖ COS · FRAT · PIISSIM —

1) It. Ant. p. 26 ed. Wess.; p. 10 ed. Pind. *Admedera colonia* inter Lares et Thevesten; cf. Forbiger, Geogr. ant. II, p. 859, ubi v. ceteros. 2) PEDes SINGularis.

Ad n. 6741: parum recte titulos cohortium singularum legionis III. Augustae hoc quidem loco a me laudatos esse, elucet nunc ex Renier, *Inscr. de l'Alg.* nn. 11—16.

§ 2. post n. 6781 adde hos titulos Lambaese repertos:

7420 a η. D M ‖ COCCEIAE ‖ MARCIAE ‖ CONIVGI ‖ CARISSIMAE ‖ ET MATTIAE ‖ COCCEIANE (sic) ‖ FIL · DVLCIS ‖ Q · MATTIVS ‖ QVARTVS ‖ FICINO ‖ PRINC · LEG ‖ III · AVG ‖ FACIEND ‖ CVRAVIT — Op. cit. 982.

7420 a ϑ. D · M ‖ HAVE · CL · [1]) BENE · VALEAS ‖ TI · CL · FIRMO · PRN ‖ LEG · III · AVG ‖ VIX · AN · LX ‖ CLAVDIA · RVFA · CVM ‖ LIBERTIS · ET · HEREDES ‖ EIVS · PATRONO ‖ B · M · F ‖ NAM · MESOLAEVM ‖ ROMAE · IN · PRAEDS ‖ SVIS · EX · HS · L · M · N ‖ FACTVM · EST — l. l. 512.

1) CLaudi.

7420 a ι. DIS *man*‖RIS · SAC ‖ L · PVRTISI‖VS · FIRMVS ‖ HAST · CVM ‖ PORILIAMAR‖CIANE CON‖IVGE . FECER ‖ L A — l. l. 150.

7420 a κ. (protome viri dextra volumen tenentis) D M ‖ T • FL • VIRILIS 7 LEG II AVG ‖ 7 LEG XX VV • 7 LEG VI VIC ‖ 7 LEG XX VV • 7 LEG III AVG ‖ 7 LEG · III PARTH SEVE ‖ VIIII • HAST • POSTER • [1]) VIXIT ANNIS LXX · ‖ STIP XXXXV LOLLIA ‖ BODICCA CONIVX ‖ ET FLAVI VICTOR ET ‖ VICTORINVS FILI • ‖ HEREDES • EX • SI ‖ ICC [2]) N FACIENDVM ‖ CVRAVER • — l. l. 653.

1) *nonus hastatus posterior*, recte R.; cf. Marquardt, *R. Alterthth.* III, 2 p. 281. 2) *mille ducentis*, R. — Hinc corrige, quae ad n. 3452 adnotavi.

7420 a λ. *d* M *s* ‖ *m* · AVRELIVS A*man*‖DVS 7 LEG III A*ug* ‖ HIC SITVS E*st* ‖ T· FIL · EX · DEC ‖ EQ · SING · IMP [1]) ‖ VIX · ANNIS · XLV ‖ HEREDES EIVS ‖ *au*RELIVS AMANDV*s* ‖ *e*T

AVRELIVS GEN‖TILIS 7 LEG EIVS‖DEM FACERE ‖ CVRAVERVNT ‖ EX · SS · II · MIL ‖ N — l. l. 387; supplementa sunt Renieri.

1) Amandus igitur *ex decurione equitum singularium* factus est centurio legionarius; cf. Ann. Inst. Arch. 1850, p. 25 et Or. 3592.

7420 a μ. D M S ‖ L CORNELIO ‖ CATONI 7 LEG III AVG ‖ QVI ET CALIGATVS ‖ STP XIIII M 1) CORNEL ‖ CATO E AVRASSVS FILI ‖ · · · · · · · ATRVM — l. l. 544.

1) *Meruit*, R. Cf. 1646. 3868.

§ 3. adde inscriptiones sequentes Lambaesitanas:

7420 a ν. D M S ‖ M CORNELIVS FESTVS ‖ MIL LEG III AVG ‖ ARCHITECTVS VIC‖SIT ANNIS XXX — l. l. 547.

7420 a ξ. · · · · · · · · · ‖ L · IVLIVS · PRIM*us* ‖ SIG · 1) LEG · III · A*ug*. ‖ L · FVRNASI*us* ‖ ASCLEPIADES ‖ ARM · CVS · 2) LEG · EIV*sd* ‖ HEREDES · EIV*s* ‖ FECERV*nt* — l. l. 793.

1) SIG*nifer*. 2) ARM*orum* CVS*tos*. — Idem officium alio modo scriptum habes in his titulis:

7420 a ο. D M S ‖ C IVLIVS PROCV‖LVS VIXIT ANNIS XXV ‖ C IVLIVS MARTIALIS ‖ ARMORVM C ‖ LEG III A FRATRI ‖ KARISSIMO — l. l. 777.

7420 a π. D M ‖ C CORNELI‖VS PIETAS ‖ ARMORVM ‖ LEG · III · AVG ‖ VIXIT A XXXXV ‖ PIVS FRATER FE‖CIT — l. l. 556.

7420 a ρ. D M ‖ CLODIA LACAENA ‖ VIX · AN · LIIII ‖ L · CLODIVS · FORTVNTVS ‖ ARMO · LEG · III · AVG ‖ L · CLODIVS · SATVRNINVS ‖ 7 COH · I · FL · EQ ‖ L · CLODIVS · CRESCENS ‖ MIL · LEG · III · AVG ‖ CLODIA · VITALIS · FILI ‖ MATRI KARISSIMAE ‖ · · · · · · · · · · · · · · · ‖ CLODI · · · · · · 1) LEG · III · AVG ‖ FECER*unt* — l. l. 514.

1) *coniugi l. clodius* CLODI*anus vel* cet. R., quod minus placet.

7420 a σ. D M S ‖ P EGNATIVS ‖ DONATVS CAND‖IDATVS LEG III AVG 1) ‖ FECIT CONIV‖X MARITO ‖ MERENTI VIX ‖ AN XXXXV ∗ — l. l. 603.

1) Hinc corrige, quae ad Or. 3514 adnotavi.

7420 a τ. M AQVILVS ‖ M F ANIES ‖ PROCVLVS ‖ ARIMIN ‖ COMMENTAR 1) ‖ VIX AN XXVII ‖ HIC SITVS EST — l. l. 343.

1) COMMENTAR*iensis*; cf. 3487. cet.

7420 a υ. D M S ‖ IVLIA VRBA‖NA · V · A · XXIII ‖ IVL · QVIETVS ‖ A · C · 1) CVM · FIL ‖ IVLIA VITA‖LIS ET IVLIVS ‖ QVIETIANVS ‖ MATRI M F — l. l. 799.

1) A *Commentariis*, R. recte, credo.

7420 a φ. D M S ‖ HERENNIVS ‖ VICTORINVS ‖ DISC · EQQ · 1) LEG · III · AVG · VIXIT ‖ ANN · XXVII ‖ H · S · E — l. l. 701.

1) DISC*ens* EQ*uitum*, R.

7420 a χ. · · · · IAL · · · ‖ · · · · · LET LEG ‖ III AVG GALLIE‖-

NAE · AEMILI‖VS FLORVS BF · ‖ DOMICVRIVS[1]) ‖ EIVS · PATRONO ‖ *pr*AESTANTIS — l. l. 260.

1) Quamquam *domicurii* officium privatum esse apparet, inter militaria tamen posui, quia *beneficiarius* apud legatum vel alium principalem eo functus est.

7420 a ψ. D M S ‖ L · ANTONIO ‖ SATVRO ‖ HARVS · 1) LEG · ‖ FLAVI · GEME‖LINA MARITO ‖ DVLCISSIMO ‖ FECIT — l. l. 326.

1) HARVS*pici*, R; cf. 6792 a.

7420 a ω. D M S ‖ C · MANILIVS SA‖TVRVS IMM[1]) LEG III ‖ AVG · V · AN XXX AELIA ‖ MAXIMA CONIVGI ‖ ET MANILIA SATVR‖NINA FILIA EIVS ‖ KARISSIMO FECE‖RVNT — l. l. 960, et:

7420 a αα. D · M ‖ FLAVIAE VIC‖TORIAE CONIV‖GI · RARISSIMAE ‖ VIXIT · AN · XXXIII ‖ IVLIVS · EXTRCATVS ‖ IMMV · 1) LEG III AVG · P · V · EX ‖ PRAECEPTO · PIVS · PAREN‖TIBVS · FECIT — l. l. 743.

1) IMMV*nis*, R.

7420 a ββ. D M S ‖ LOLLIVS VIC‖TOR LIBRATOR[1]) ‖ LEG · III · AVG ‖ STIPENDIOR ‖ XI ANN XXXIII ‖ MAT · F · F · CAR — l. l. 926.

1) Cf. 3493. Hinc patet nota LIBR simpliciter posita in legionibus LIBR*atorem* non minus bene quam LIBR*arium* indicari posse, ut Renierius vult in titulo sequenti.

7420 a γγ. D M S ‖ M · HOSIDI*us* ‖ GETA VIXIT AN‖NIS LXXVIII HO‖SIDIVS FELICISSI‖MVS LIBR LEG III AVG ‖ PATRI PIISSIMO FEC — l. l. 708.

7420 a δδ. D M ‖ T · FL · ONE‖SIPHORO ‖ MED[1]) LEG III AVG ‖ AEMILIVS FE‖LIX SCRI[2]) — l. l. 641.

1) *Medicus*, R. 2) SCRI*psit*, R.

7420 a εε. D M S ‖ P · AELIO · P · F ‖ CRESCENTIANO ‖ NOTARIO · LEGAT[1]) ‖ IN OFFICIO IVVENA‖LIS PRAEF · PRAETORI ‖ DEFVNCTO VIXIT ‖ ANNIS VIGINTI DVO ‖ ET MILITAVIT AN IIII ‖ AELIA PROCESSA ‖ MATER FILIO ‖ INNOCENTI — l. l. 204.

1) i. e. legionis III Aug.

7420 a ζζ. D M S ‖ Q BAEBIVS ‖ IANVARIVS ‖ PEC · 1) LEG · V · A ‖ XXXIIII · M · VII ‖ CÆCILIA FAVSTA CONIVGI ‖ ET BÆBIAE FAVSTINA CÆCILIA ‖ PATRI IER · FEC — l. l. 423, et:

7420 a ηη. D M S ‖ C · CAELIO SA‖TVRNINO ML ‖ LEG III AVG VIX ‖ AN XL AELIVS S*a*‖RVS PQ[1]) LEG EIV*sd* ‖ MVN[2]) E IER F*ecit* — l. l. 465.

1) PEC*uarius*, PeQ*uarius*, R. 2) MVN*iceps*, id.

Ad *familiam rationis castrensis* pertinent hae inscriptiones Lambaesitanae:

7420 a ϑϑ. IMP · CAES ‖ L · SEPTIMIO ‖ SEVERO PIO ‖ PERT · AVG ‖ ARAB · ADIAB ‖ PART · MA‖XIMO · PP ‖ TRIB · POTEST ‖ XI · COS · III[1]) ‖ PROCOS ‖ FAMILIA ‖ RATIONIS ‖ CASTREN‖SIS — l. l. 69.

1) a. 203.

7420 a ιι. · D · M · S · ‖ CASSIO AVGGG ‖ NNN[1]) VERN ‖ DISP ·[2]) LEG ·[3]) III · ‖ AVG · P · V · ‖ QVI VIXIT ANN ‖ CX · M · VII · D · XXI ‖ VRSINVS ARK ‖ LEG · EIVSDEM ‖ FECIT ‖ B M — l. l. 493.

1) sc. Severi, Caracalli, Getae. 2) DISPensator. 3) ARKarius, R.

7420 a κκ. D · M · S ‖ HYGINO · SER ‖ FIDELISSIMO ‖ V · A · XXIII ‖ ADVENTVS · AVG ‖ VERN · EX · DISP ‖ LEG · III · AVG — l. l. 192; cf. n. 191. *Tabularium castrense* habemus in mutila inscriptione Lambaesitana, l. l. 551, in qua officium videtur commemorari *a tabulario castrensi*, *evocato* datum, qui postea centurio factus est:

7420 a λλ. · · · RENTNVS · 7 · LEG III · AVG · II · PI · · · ‖ · · · OIC · · · A TABVL · CASTR · EVOK · E · · · · ‖ · · · E · · · · · · · *p*RAET · VIXIT · A · · · · —

Ad indolem collegiorum militarium melius declarandam nonnullas inscriptiones Lambaesitanas afferre liceat a Reniero nuper publici iuris factas, cum quibus cf. nn. 6790 et 6792 a.

7420 a μμ. IMPP · CAESS · L · SEPTIMIO · *severo* · *pio* · *pertinaci* · *aug* · *et* · *m* ‖ · AVRELIO · ANTONINO *Pio* · *aug* · (*et* · *l* · *septimio* · *getae* · *caes*[1]) ‖ ET IVLIAE AVG · MATRI AVG [·] [2]) ET *castrorum*, *dedicante q. anicio* ‖ FAVSTO COS · AMPL ·[3]) EX LARGI*ssimis stipendiis* (*et liberalitatibus?*) *quae in* ‖ EOS CONFERVNT FECERVNT OPTIONES VALET*udinarii* · · · · · · · · · · · · · · · · ‖ PEQVARI · LIBRARIVS · ET DISCENTES CAPSARI · · · · · *ob quam* · *sol*‖LEMNITATEM DECREVERVNT VNIVERSI ARCA*m* · *instituere ex qua si qui veterani ex* ‖ EODEM COLLEG · DIMITTENTVR ANVLARI · N · SING*ulis kal* · *ian* · (?) *hs* · · · *mil* · *n* · *dentur* ‖ ITEM DISCENTIB · PRO PORT · SCAMNARI · SVI · IS ∞ IN · · · · · · · · ·[4]) — l. l. 63.

1) Cf. Eckhel VII, p. 221 et 228. 2) Altera G deleta, in loco eius · positum. — 3) *Consule amplissimo*, R. — Q. Anicius Faustus *consul designatus* fuit anno 198, l. l. 56; suffectus igitur fasces gessit anno 199. Sin vero recte titulum supplevimus, absens consulatu functus est; nec video equidem, quo alia ratione inscriptio restitui possit, nam vix consuli una cum imperatoribus monumentum positum esse credideris. 4) In restituendo titulo praeter n. 6790 a Reniero praecipue adhibitum inscriptione equidem usus sum apud eum n. 57 insigni; quamquam ipsa tituli verba me assecutum esse minime credo. Cf. etiam sequentem titulum nostrum.

7420 a νν. PRO FELICITATE · ET · INCO‖LVMITATEM (sic) SÆCVLI DO‖MINORVM N N [·] AVGG [·] ‖ L · SEP · SEVERI · PII PERTINACIS · ‖ AVG · ET · M · AVRELI ANTONIN ‖ AVG · [PART · BRIT · GERM ·] ‖ [MAX] · AVG ·[1]) ET · IVLIAE · AVG · ‖ MATRI AVG [N] ET CASTR‖ [ET · SENATVS · ET · PATRIAE] [2]) ‖ ANTONIN AVG · NOSTRI · [INVICTI] [3]) ‖ COR[4]) LEG III AVG P V ‖ L · CLODIVS SECVNDVS OPT[5]) (sequuntur nomina 35 duabus columnis disposita cornicalariorum videlicet sodalium collegii, cuius lex

ita concepta deinde legitur:) SCAMNARI N DABVNT · COL · QVI · FAC · FVER ‖ ✕ ĐCCL · SI QVI DCOL · TRAA · PRO · CVM · ‖ PRS · ACC · VIAT · PRO · M · ✕ CC EQA · R · Đ[6]) ‖ ITEM VITRANIS (*sic*) ANVLARIVM[7]) NOM · ✕ Đ ‖ ITEM SI QVI EX COLL · AMPLIO · GRAD PROF[8]) ACCIP ✕ Đ ‖ ITEM SI QVI OBITVM NATVRAE RED ACC HER IPS SIVE PRO[9]) ✕ Đ ‖ ITEM QVOD ABOM SIQ · LOCVSVN AMIS ·[10]) ACCIPIET ✕ CCL · ‖ EIS T M QVI ARC SOLVT SVNT ET SI QVIS DE TIRONIB · AB HAC DIE SATIS ‖ ARCAE FEC · ACCIPIET QVITQVIT DEBET · LEX FACT XI KAL SEP · /////////[11]) II ET GETA II COS CENINIS ANTONINVS · PIIINVS MARCVS — l. l. 70.

1) Nomina Getae erasa. 2) Nomina Fulviae Plautillae erasa. 3) verbum *coniugis* deletum. 4) COR*nicines*, R.; ego, quum nota COR *cornicularios* fere semper indicari vidissem, hoc quoque loco idem officium intelligendum esse censui, editorem commentario suo rationes publicaturum esse sperans, quibus adductus *cornicines* potius significatos esse credidit. 6) Ita legendum esse docet Renierus: *scamnari(o) n(ostro) dabunt col(legae) qui fac(ti) fuer(int) denarios* ĐCCL. *si qui d(e) col(legis) tram(are) pro(ficiscentur), cum pr(ofecturi) s(int), acc(ipient) viat(orium) pro m(ari)* ✕ *CC, eq(ue) a(bsentia)* (??) *r(egressi)* Đ (??). — Ego nihil melioris afferendum habeo, nisi quod ab initio scribendum puto *scamnari nomine*, deinde pro *viatorio viaticum*, loco autem numeri pluralis ubique singularem ponendum esse. — *Scamnarium* igitur est pecunia, quam pro introitu collegii solvunt, inde fortasse dicta, quia ius in collegio sedendi ea comparabatur. 7) l. ANVLARII; cf. ad 6790. 8) *amplio(re) grad(u) prof(iciscetur)*, R. 9) *red(diderit), acc(ipient) her(edes) ips(ius) sive proc(urator)*, R. 10) *item quod abom(inamur) si q(uis) locu(m) su(um) amis(erit)* cet., R.; quae deinde sequuntur usque ad vocem SVNT, ne R. quidem explicavit. 11) Supple PLAVTIANO, i. e. a. 203, R. — Ceterum *cornicularios*, quorum nomina supra legem collegii leguntur, huius vel praepositos, vel auctores, non omnes eius collegas fuisse ideo dixerim, quia in ipsa lege *tirones* quoque commemorantur inter collegas admissi. — Collegium praeterea novimus *cornicularii et beneficiariorum tribuni laticlavi mil. leg. III. Aug.*, l. l. 57., et eodem modo tum *beneficiarios legati*, tum *speculatores et beneficiarios et quaestionarios* in collegia coisse, titulis elucet *quaestorum*:

7420 a ξξ. M · AVRELIO ‖ COMINIO · ‖ CASSIANO ‖ LEG · AVGG ‖ PR · PR ·[1]) C · V ‖ BENEFICIAR ‖ EIVS ‖ CVRANTE · P · VALERIO ‖ DONATO · QVAESITORE · — l. l. 80, et:

7420 a οο. M · VALERIO · SENECIONI · LEG ‖ AVG · PR · PR · PRAE‖SID PROVIN GER‖MAN INFER CoS[2]) ‖ SPECVLATOR ‖ ET BENEFIC ET ‖ QVAESTIONAR ‖ CVRANTE AGILIO FELICE QVAESITORE — l. l. 87.

1) Sub Caracallo et Geta impp., id quod probat altera G erasa in voce AVGG titulorum l. l. 77. 81. 2) Legatus Numidiae sub Caracallo, cf. l. l. 86.

Denique partem principalem sufficiat protulisse monumenti a *duplariis legionis III Aug.* **anno 218 Elagabalo positi, l. l. 90, in quo nomina abrasa optime Renierus restituit:**

7420 a ππ. *pro salute · d · n · imp · caes · m · aurelii · antonini · pii · felicis · aug · p · m* · PP · TRIB · POT · COS ‖ PROCONS · DIVI · MAGNI ‖ ANTONINI · FIL · DIVI · PII ‖ SEVERI · NEPOT · ET *iuliae* ‖ *maesae · aug · aviae · aug* ‖ *n* · MATRIS · CASTRORVM ‖ ET SENATVS · *et · iuliae* ‖ *soaemiadis · bassianae* AVG ‖ *matris* · AVGVST · N · ‖ DVPLARI LEG III AVG P V *an*‖*toninianae* DEVOTI NVMINI ‖ MAIESTATIQVE EORVM · ‖ REGRESSI DE

EXPEDITIO‖NE FELICISSIMA · ORIEN‖TALI (Caracalli) — In latere dextro post versus nonnullos lapidis ruptura deperditos nomina sequuntur 92, duabus columnis disposita, et primo quidem loco TESserarius, deinde TVBicines 4, CORnicines 2, BVCcinatores 2, IMmunes 4, ARcarius 1, BeneFiciarii TRibuni 2, MESor 1, LIBrarius 1, POB (?) 1, IMaginifer (? quia immunes antea) 1, AMR (? fortasse ARMorum custos) 1, DVPlarii (vel Duplarii) 69, quorum unus dicitur SEQD, sequutor duplarius. Accedunt duo inter duplarios quidem recensiti, sed alter deleta nota officii, alter EXPRIMPP, qua nota R., licet dubitanter, Evocatum decem PRIMum PrinciPalium indicari voluit. — In latere sinistro nomina leguntur 109, dupliariorum, ut videtur, quamquam in nonnullis nota muneris periit. Tribus nota DX PRIM PP adiungitur, ut R. explicat, Duplarius decem PRIMus PrinciPalium.

Indici munerum militarium ad n. 6791 proposito paucas addere liceat notas obscuriores ex inscriptionibus Lambaesitanis desumptas: ADQS, fortasse ADiutor QuaeStionarii; 129, v. 34.

A L D (?); 129, v. 29.

A R, a rationibus, R.; num ARcarius? 134, v. 10.

CVR · SCO, curator scholae, sc. collegii militaris, R.; 135, v. 12.

D AQ, discens aquiliferi R.; 129, v. 26.

D A R ARCAR, discens a rationibus arcari (?) R.; 100, v. 34.

D S, discens signiferi R.; num Duplarius Secutor? 129, v. 9.

EX A, ex actario R.; 102.

EXAC, exactus R.; 133, v. 54.

EX A E, ex actario, evocatus R. }
EX A L, ex actario legati R. }
EX D, ex dispensatore R.; num ex duplario? Dispensatores enim milites non sunt. }
EX D F, ex dispensatore fisci, R. (?) }
EX L, ex librario, R. } 102.
EX L C, ex librario caducorum, R. (?); num cohortis? }
EX L F, „ „ fisci, R. }
EX L L, „ „ legati, R. }
EX L L T „ „ „ (et) tribuni, R. (?) }
EX L T „ „ tribuni, R. }

POL, EX POL, polione, ex polione 100, 10 et 16; R. recte quidem v. 16. explicat, sed v. 10. tribum Polliam putat indicatam esse; quod si verum esset, munus ibi omissum esset.

Or. 3502 parum caute cum Maffeio spurium reputavi; licet enim Orellii certe explicatio erronea sit, optimae tamen fidei inscriptio, nota autem COM pro Commentariensi habenda est.

Ad Or. 3538 adde inscriptiones in villa Pamphilia exstantes, quas descripsit mihi Aemilius Hübner:

7420 a *ϱϱ*. PAETINVS ‖ TI · CLAVD ‖ CAISAR · AVG ‖ CORP · CVST ‖ DEC · PACATI ‖ NAT · BATAVS ‖ VIX · ANN · XX ‖ H S E ‖ POS · VIRVS · DEC · PACATI ‖ H EIVS · EX · COL · GERMA —

7420 a *σσ*. POSTVMVS ‖ TI CLAVDI ‖ CAISAR · AVG ‖ CORPOR · CVST ‖ DEC · SYNEROTIS ‖ NAT VBIVS ‖ VIX AN XXV ‖ H S E‖POS CAPITO DEC ‖ SYNEROTIS HER · EIVS ‖ EX · COL · GERM —

7420 a *ττ*. PHOEBVS ‖ NERONIS · CLAVD ‖ CAESARIS · AVG ‖ CORP · CVST ‖ DEC · RABVTI · ‖ NAT · BAETESIVS ‖ MIL · AN · VIII · VIX · AN · XXV ‖ H · S · E · POSVIT · GNOSTVS ‖ DEC · EADEM · HERES · EIVS ‖ EX · COLLEG · GERMAN —

Ad n. 6810, not. 1: pro *aquiliferi* l. *aquilifer*.

Ad n. 6827 adde nunc titulos sequentes:

7420 b. M · AVRELIO ‖ COMINIO · CAS‖SIANO · C · V · ‖ LEG · AVGG · PR ‖ PR · 1) OMNIBVS ‖ VIRTVTIBVS ‖ ABVNDAN‖TI . VIRO ‖ MEMMI‖VS · VALERI‖ANVS · A · IIII ‖ MILITIIS 2) V · E · — Lambaese. Renier, *Mél. d'épigr.* p. 222; *Inscr. de l'Alg.* 77.

1) Cf. n. 7420 a ξξ, et Renier l. l. 2) Cf. C. I. Gr. 4483: *τετειμημένος ὑπὸ τῶν θειοτάτων αὐτοκρατόρων ΤΕΤΑΡΤΗΣ ΣΤΡΑΤΕΙΑΣ, ἔπαρχος εἴλης* . . . (cf. ibid. 4499); et 3484, a: *ΑΠΟ ΤΡΙΩΝ ΧΙΛΙΑΡΧΙΩΝ*, R., qui pro *militiis* Romanorum Graecos vocabulo *ΣΤΡΑΤΕΙΑΙ* et minus accurate voce *ΧΙΛΙΑΡΧΙΑΙ* usos esse demonstrat. Cf. *prima militia* n. 2248, de qua parum recte iudicavi ad n. 6827, et:

7420 b *α*. D · M ‖ T · FL · SALVIANI ‖ EX · PRAEF · EXPLORA‖TORVM · DIVITIENSIVM ‖ MILITIAE · QVARTAE ‖ EQVITI · ROMANO ‖ BAEBIVS · ISIDORVS ‖ Ↄ · LEG · AMICO ‖ F · C — Mogontiaci. *Rhein. Blätter*, *Beibl. zum Mainzer Journal* 1854, n. 149. — Vide praeterea ad n. 6849.

Ad n. 6825: plures iam *pecuarios* ex lapidibus Lambaesitanis antea protulimus, ita ut de pecuario quoque legionis XX satis constet, neque argumentis in ipso libro propositis opus sit.

Ad n. 6832 a, not. 1: alterum exemplum *circitoris* militaris habes n. 3414.

§ 4. ad Or. 3554: pro *Muciano* corr. MACRINO; cf. Grut. 441, 10 et Labus, *iscrizz. scoperte in Brescia*, in tabula genealogica ad p. 48 adiuncta. Vidit etiam Borghesius.

Ad n. 6849 cf. Renier, *Mél. d'épigr.* p. 203 seqq. qui multis allatis exemplis *militias* pro *militiis equestribus* (praefectura cohortis, tribunatu legionis, praefectura alae) dictas esse ostendit; cf. praecipue titulum nostrum 6849 cum n. 6517, quo idem vir *tribunus leg. VI* dicitur, qui in illo *a militiis* est. Idem recte vidit Mommsenius, cui id tantum non concedo, quod eosdem fuisse dicit viros *a militiis* cum *IIII militiarum* viris. Huic enim sententiae adversatur titulus hic Lambaesitanus:

7420 c. D M S ‖ FLAVIAE IVLI‖OSAE CONIVGI ‖ VIX AN XXVII ‖ M SERVILIVS FOR‖TVNATVS A MILITIIS ‖ QVI PER

MARIA ET TER‖RAS RETVLIT RELIQVIAS ‖ CONIVGIS EX PROVINCI‖A DACIA — Renier, l. l. p. 218.

Servilius enim Fortunatus minime ex honestioribus illis fuisse videtur, quos quadriennio militiam absolvisse M. censet; nam fratrem habebat *librarium legionis*, cui in eodem loco monumentum plane simile posuit, ita ut dubitari nequeat, quin idem fuerit Fortunatus frater Rustici qui maritus Iuliosae:

7420 d. D · M · S ‖ M · SERVILI ‖ RVSTICI ‖ LIBRARI ‖ LEG · III · AVG · ‖ P · V · VIXIT ‖ ANNIS · XLIII ‖ SERVILIVS FORTVNATVS ‖ FRATRI · PIISSIMO — l. l. p. 210.

Vir igitur *a militiis* mihi est, quicunque sive praefectus sive tribunus militia perfunctus est; vir autem *a IIII militiis* cum Reniero pro eo habendus, qui primum pilum, praefecturam cohortis, tribunatum, praefecturam alae gessit, *omnibus* igitur *militiis equestribus exornatus* est.

§ 6. ad n. 6858 a: prima linea p. 377 errore typothetae ex n. 6859 p. 378, l. 1. huc translata est.

Hic commemorasse sufficiat rescriptum Hadriani Aug. ad exercitum auxiliarem Lambaese tendentem, cuius fragmenta in basi columnae inscripta in ipsis auxiliarium castris descripsit Renierus, l. l. 5.

§ 7. ad n. 6870, not. 1: *stolarchum* et ipse olim pro *praefecto classis* habueram, sed mox eam sententiam deposui, nonnulla quidem munera classiaria Graecis nominibus appellari videns, minime autem modo Graeco modo Latino sermone Romanos in iis usos esse. Praefectus autem classis Misenatis Graece appellatur *ἔπαρχος Μεισηνῶν στόλου* C. I. Gr. 5794.

CAPVT XV. PROVINCIAE CET. POPVLI LIBERI.

Ad n. 6911: corr. ex Renier, *Mél. d'épigr.* p. 114: v. 15. CYRENEICAE; v. 16. MAIORIS. Idem suo iure *legationem super vexillationes in Cappadocia* ad bellum Parthicum L. Veri refert eundemque Marcianum esse credit cum proconsule Asiae C. I. Gr. 2742.

Ad n. 6912: parum caute Sollertem a Plinio commemoratum (ep. V, 4) eundem cum hoc esse reputans, sub Traiano eum fasces gessisse opinatus sum; at qui bello Sarmatico Vespasiani legatus legionis interfuit, haud ita multo post consul factus erit. Quamquam inter legationem legionariam et consulatum eum Galatiae praefuisse docemur tum ipsa inscriptione, in qua nulla fascium mentio, tum praetoria indole provinciae, quam ante annum 78 rexit, quo Neratius Pansa consularis Galatiae una cum Cappadocia praepositus est; cf. Ann. Inst. Arch. 1852, p. 8. Huic successit anno 83 A. Caesennius Gallus, de quo v. n. 6913. — Sollertem igitur si statim post legationem legionariam in Galatiam missum, huic autem provinciae per solitum triennium praefuisse crediderimus, probabile erit, non multo post annum 75 consulatu functum esse. Consul dicitur Grut. 865, 14.

Ad n. 6919: Claudius Fronto primus legatus consularis Daciae fuit (5478. 5479). — De administratione Daciae epistolam Borghesii publicabo mox in Annall. Instituti Archaeologici.

N. 6922 = 5522.

Ad n. 6928 cf. Renier, *Mél. d'épigr.* p. 88, ubi exemplum affertur ex apographo Carteri (*a journey from Gibraltar to Malaga*, ed. 2. Londini 1780, II, p. 97.) correctum, ex quo in exemplo meo adde post nomen legionis *Claudiae* cognomina P · F · *antoninianae*. Deinde pro *potamophylaciae* R. proposuit POTAMOPHYLACI, quod facile mihi probasset, nisi a pluribus descriptoribus litterae AE, a Cartero certe ET post verbum illud notatae essent. In fine idem: TRIVM ‖ *dacia*R*um proc. a rationibus* AVG ‖ (ubi *gallia*R*um* equidem teneo, et optime:) *prae*F *ann*ON*ae praef. ae*GY*p*T*i* R · P ‖ *mun* · MALACITA*n* · PATRONO ‖ D · D — Praefectum Aegypti eum fuisse constat ex monumento Malacitano, l. l. p. 95 ex Carteri op. cit. p. 203:

7420 c. VALERIAE · C · F ‖ LVCILLAE ‖ L · VALERI · PROCVLI ‖ PRAEF · AEGYPTI ‖ R · P · MALAC —

Post n. 6955 insere fragmentum decreti nuper prope Lamiam Phthiotidis effossum, quod ex ephemeridibus Atheniensibus Ἀθηνᾶ 1855, *m.* Jun. 22 in Gerhardi *Arch. Ztg.*, *Anzeiger* 1855, p. 77* edidit Papasliotis, additis nonnullis Mommsenii adnotationibus.

7420 c *α*. Q · GELLIO SENTIO AVGVRINO PROCONS · 1) DECRETA ‖ EX TABELLIS RECITATA 2) KALENDIS MARTIS · CVM OPTIMVS MAXIMVSQVE ‖ PRINCEPS TRAIANVS HADRIANVS AVG · SCRIPSERIT MIHI VTI ADHIBITIS MENSO‖RIBVS DE CONTROVERSIIS FINIVM INTER LAMIENSES ET HYPATAEOS COGNITA CAVSA ‖ TERMINAREM EGOQVE IN REM PRAESENTEM SAEPIVS ET CONTINVIS DIEBVS ‖ FVERIM COGNOVERIMQVE PRAESENTIBVS VTRIVSQVE CIVITATIS DEFENSORIBVS 3) ‖ ADHIBITO A ME IVLIO VICTORE EVOCATO AVGVSTI MENSORE · PLACET INITIVM ‖ FINIVM ESSE AB EO LOCO IN QVO SIDEN 4) FVISSE COMPERI QVAE EST INFRA CON‖SAEPTVM CONSECRATVM NEPTVNO 5) INDEQVE DESCENDENTIBVS RI*g*OREM SER‖VARI VSQVE AD FONTEM DERCYNNAM QVI E*s*T TRANS FLVMEN SPERCHION I*ta ut per* ‖ AMPHISPORA LAMIENSIVM ET HYPATAEORVM RI*g*OR AT FONTEM DERCYNN*am supra* ‖ SCRIPTVM DVCAT ET INDE AT TVMVLVM PELION PER DECVRSVM SIP · · · · · · · ‖ AT MONIMENTVM EVRYTI 6) QVOD EST INTRA FINEM · · · · · · · · · · · · · · · · · ‖ ERYCANIORVM 7) ET PROHERNIORVM 8) · · · · · · · · · · · · · · · · · ‖ · · · · · · STRAXVM ET SID · · · · · · · · · · · · · · · · · ‖ · · · · · · · · · CONST · —

1) sc. Macedoniae. — Ipse Gellius Augurinus ignotus est; Sentium tamen quendam Augurinum editor Graecus invenit apud Plin. epist. IV, 27, 9, 8. 2) Cf. Or. 3671, et Grut. 209, 1, ubi legitur *ex tilia recitavit.* 3) Cave cogites de defensoribus aetatis posterioris, qui iidem fere sunt cum *patronis* civitatum (cf. Philippi, *Rh. Mus. n. F.* VIII, p. 507 seqq.); at cum nostris cf. nn. 3908. 3909. 7088 a cet. — Male pro *evocato* Pap. *advocato* scribendum proposuit; satis enim notum, mensores saepe esse sive centuriones, sive evocatos; cf. 6618. 4) Ignota civitas vel pagus. 5) Lamienses originem civitatis ad Lamiam quandam referebant (Steph. B. s. v.), filia autem Neptuno etiam Lamia erat (Paus. X, 12, 1). 6) Oechalia Euryti civitas a ve-

teribus tum in Euboea insula, tum in Messenia vel in Thessalia ad Peneum collocari solet; a nonnullis tamen etiam in Trachinia sita fuisse traditur (Steph. B. s. v. *Οἰχαλία* et Strab. X, 1, 10, p. 448 C.), eamque narrationem Lamienses quoque et Hypataeos secutos esse Euryti monumento evincitur. 7) De his nihil reperire contigit. 8) *Proërna* s. *Prourna* civitas Thessaliae; cf. Steph. B. s. v.; Strab. IX, 5, 10 p. 434; Liv. 36, 14.

Ad n. 6956: quae de explicando titulo sane difficili M. proposuit, mihi certe ingeniosius quam verius videntur disputata esse. Ut enim taceam de genetivo contra usum anteposito, magistratus in provincia monetae praepositus, si *pro III viro* (*a · a · a · f · f ·*) dicebatur, nullo modo *praefectus quaestoris* appellari poterat, quum re vera praefectus esset IIIvirum. At probandum erat, *triumviros* monetae Romanae praepositos provinciarum quoque monetam administrasse. Praeterea minus recte numerum illum IIII cum praefectura fabrum idem v. d. composuit; nam *praef. fabrum* (legati) *consularis* Gallus minime in Africa fuerat, ubi summus quidem magistratus erat *proconsul*, legati vero viri *praetorii*. Quapropter meam sententiam teneo, Gallum ratus post aedilitatem quater fuisse in civitate *praefectum pro IIviro* (non II, vel IIII*viro*, ut male proposui; cf. 7419, a), deinde primo quinquennaliciis ornamentis, mox ipsa quinquennalitate honoratum, praefectum denique iuri dicundo factum esse.

CAPVT XVI. RES MVNICIPALIS.

§ 3. adde hos titulos:

7420 e β. Q · ALLIO · Q · F · C · L[1]) PVDENTILLO ‖ AVGVRI ‖ CVRIAE · XXIII · [2]) ET ‖ MINIST*ro*RVM ‖ AVG · AERE ‖ COLLATO — *Porto Torres* Sardiniae, nunc in Museo Sassaritano. Bull. Sardo, inscr. n. 11; inde Bull. Inst. Arch. 1855, p. XLIV.

1) l. CL*audia* tribu. 2) Augur curiae alicuius mihi certe novus; sed cf. *haruspicem legionis III Aug.* Fortasse explicandum erit: *curiae XXIII et ministr(i la)rum aug*, licet non videam, quomodo curiae XXIII cum collegio illo servorum et libertorum coniungi potuerint. — Curias XXIIII Lanuvinas habes n. 3740; curiam Aserniam Caeritum n. 5772; porro haud raro commemorantur *curiae* in civitatibus Africanis, e. g. Maff. M. V. 458, 7; 462, 3; 462, 5 = Or. 3727, quibus exemplis inscriptiones sequentes adiungere placet recens editas:

7420 f. L · POSTVMIO FELICI ‖ CELERINO A MIL[1]) FLAM ‖ AVG PP[2]) PONTIFICI $\overline{II}$ VIR ‖ OB MAGNIFICENTIAM ‖ GLADIATORII MVNERIS ‖ QVOD CIVIBVS SVIS TRI‖DVO EDIDIT QVO OMNES ‖ PRIORVM MEMORIAS ‖ SVPERGRESSVS EST OB‖QVE EIVS INNOCENTIAM ‖ SPLENDOREMQVE ET ‖ IN PATRIAM SVAM IN‖COMPARABILEM AMOREM ‖ SINGVLAE CVRIAE SINGVLAS STATVAS DE SVO POSVERVNT ‖ VT EXIMIAM VOLVNTATEM EIVS ‖ TANTI HONORIS TITVLIS ‖ ADAEQVARENT — „*trouvée près de Dréan sur la rive droite de la Seibouse à 16 kilomètres au sud-est de Bone.*“ Renier, *Mél. d'épigr.* p. 220, qui Hipponensibus titulum tribuit.

1) A MIL*itiis*; cf. ad 6849. 2) FLAM*ini* AVG*usti* P*er*P*etuo*.

7420 f *α*. IMP CAES M AVRELIO SE*vero alexandro* ‖ PIO FELICI AVGVSTO *pont · max · et · iuliae* ‖ *mammaeae aug · matri · aug · et castr · et senat* ‖ CVRIAE SABINAE[1]) SENIORES QV*orum nomina infra scripta sunt* (sequuntur col. I. quattuor FL*amines* PP (*perpetui*), tres IM*munes* PP (*perpetui*); alii lapidis ruptura perierunt: in col. II. munera nominibus adiuncta itidem perierunt). Lambaese. Renier, *Inscr. de l'Alg.* 91, cuius supplementa recepi; v. 3. scalpro deletus; nomen *M. Aurelii Se(veri)* erasum, sed legitur adhuc.

1) In gradibus amphitheatri Lambaesitani leguntur praeterea *curiae* ANTONINIANA, AVG*usta*, PAPIR*ia*, SATVRNIA, TRAIANA; l. l. 185. — Cf. praeterea de curiis municipiorum tabulas celeberrimas Malacitanas n. 7421 et quae ad eas adnotavit Mommsenius, *die Stadtrechte der Lat. Gemeinden Salpensa und Malaca* p. 409 seqq.

§ 4. *ordinem castelli* habes in hoc monumento:

7420 f *β*. CERERI ‖ AVG · SACR ‖ IVLIA · MVS‖SIOSA · KASA‖RIANA · EX ‖ CONSENSV ‖ ORDINIS · CAS‖TELLI · ARSA‖GALITANI · ‖ SVA · PECVNIA ‖ FECIT ‖ L · D · D · D — „*Dans la région de Chettâba*, 5 *lieues de Constantine*." *Athénaeum français*, 1855, n. 28. p. 702. Dedit mihi Gomonde Britannus.

§ 6. ad n. 7043: sciscitanti mihi rescripsit v. c. Carolus Gemmellarus professor Catinensis, cippum illum in fundo quodam ducis Carcaci, qui situs est prope collem D. Clarae, ubi antiquorum Catinensium necropolis fuit, anno 1832 effossum, ibidem a se descriptum et delineatum esse; nunc vero exstare in villa eiusdem ducis prope SS. Mariae et Iesu extra moenia civitatis. Patet igitur de falsitate omnino non posse cogitari. Accedit, quod falsi tituli Catinenses Romae fere omnes ex exemplis Romanis incisi sunt.

§ 7. ad Or. 3839: titulus ita fortasse corrigendus est: II*v*IR . I · D ‖ ITER(*um*) vel TER QVINQ. — Ariminensium triumviris adde Cirtenses 6956. 7419 a.

§ 9. ad 7063: confirmat tamen meam de aetate satis antiqua sententiam, quod cognomine Centonius caret.

§ 10. ad n. 3882: exstat in Museo Vaticano, id quod ideo hic adnoto, ne quem decipiat Sartius apud Mommsenium, l. l.

§ 16. hic insere tabulas Malacitanam et Salpensanam n. 7421, quibus plurimae partes rei municipalis optime illustrantur.

CAPVT XVII. COLLEGIA, CORPORA CET.

Post n. 7206 insere titulos Puteolis nuper effossos, quos edidit et commentario instruxit Iulius Minervinius, Bull. Nap. N. S. IV, p 3.

